Non addidi *Guntheros* et *Henricos* antiquiſſimos, quorum rationem is habuit, qui tabulas haſce primus numeris inſtruxit. Cauſa in promtu eſt. Nondum enim mihi licuit reſciſcere argumenta, quibus primi Guntheri et Henrici ſtabilitatem ſuam recipere queunt. Quantum ad Comites Keſernburgenſes adtinet, Otto Dux Brunsuicenſis a Gunthero Comitatum Luchauienſem emit anno 1318, teſte Ven. Rehtmeiero in *Braunſchw. Luneb. Chronica* P. III. c. 28. p. 516.

# TOMI II. PARS II.
## SEV
# DISS. X.
## DE
# FEVDIS AB ECCLESIA GANDERSEMENSI
## recognoſci ſolitis, eisque, qui ea tenuerunt vel tenent.

### SECTIO I.

### De Marchionibus Brandenburgicis, qui Electoratum Brandeburgicum obtinuerunt, et, auſpicante Chriſti gratia, ineunte hoc ſaeculo, Reges Boruſſiae facti ſunt.

QUomodo bona eccleſiae Ganderſemenſis nonnulla peruenerint ad Marchiones Brandeburgenſes, patet ex hoc ſcripto:

Wir *IOHANS* von gotsgnaden Margraffe zcu Brandenburg, zcu Stettin, rc.“
Hertzoge, Burggraffe zcu Nurenbarg. vnd furſte zcu Rugen. Bekennen in diſſem vn-“
ſern briffe vor ydermeniglich: das wir, nach dem vnſere rethe vnd liben ge-“
trawn Herr *Eraſmus Brandburger* Probſt zcu Berlynn vnd *Iorge von Waldenfels* der iun-“
ger, ritter, von vnſern wegen, in dem handel, den ſie an unſer ſtat vnd von vnſern“
wegen gehabt haben, mit der Erwürdigen vnſer liben muhemen fraw *SOPHIEN* ge-“
borne furſtyn von Brunsvvig vnd Eptiſchyn zcu Gandersheym. von wegen der Lehn“
*Dernburg*, *Slos*, *ſtat* vnd *etliche andere Lehne* nach laut der briffe darobir gegeben. vnd“
bei den rathe vnd burgermeiſter der ſtat Helmſtett *tzueihuudert* vnd *driſſig rinſche gulden*“
obirtzalt vnd darnach mit vnſern ſigel vorſigelt in einen ſchwartzen lideren peutel.“
zcu getrawr hant obirantwort vnd eingeleget haben, nach laut eynes bekentnis“
briffs deſſelbigen rathes. in meinung vnd in der wais. *ſo* die gemelte vnſere libe muh“
me. *mit dem capitel von Halberſtat* eynes wirt ir briffe, on gegeben derſelbigen lehen“
halben, von In zcu irlangen, ſolches gelt, wie obbeſtymmet iſt. vnd by den rat ge-“
leget. wen ſie vns das in yren ſchrifften vorkundet, zcu ſolcher irer libe betzalung.“
dem capitel zcu thun, wellen folgen laſſen. das ouch den gemelten rath mit vnſern“
quittancien vorſorgen vnd zcu ſchicken an alles vorhinderung vnſer liben muhmen“
an dem gemelten irem handel, vnd ſagen ir libe das zcu in crafft vnd macht diſſes“
vnſers briffes, der *zcurucke* mit vnſern inſigel *vorſigelt* iſt und gegeben *zcu Helmſtet* am“
dinſtage nach Miſericordia Dom. Anno dni M° CCC° LXXXIII.° “

FRIDERICVS Marchio Brandenburgicus, ſancti Romani Imperii Archicamerarius, Elector, et Burggrauius, anno 1451 die *Laetare* dominica ſuſcepit ab Eccleſia Ganderſemenſi in beneficium *Derneburgenſe caſtrum et oppidum*, cum hominibus, priuilegiis, feudis eccleſiaſticis et ſaecularibus, venationibus, piſcationibus, reliquisque adnexis poſſeſſionibus iuribusque, quae *antea Comites de Reinſteyn* feudi loco tenuerant. Documento ſunt litterae Friderici publicae, hoc nomine ad annum modo commemoratum datae in oppido Coloniae ad Spream. Abbatiſſa floruit ea aetate ELISABETHA.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*IOACHIMVS* I Elector anno 1510 a Gertrude, Comite Regenſteinenſi, Abbatiſſa Gandershemenſi, per *Buſſonem de Aluesleben* (*Ern Buſſen von Aluesleben*) et *Albertum de Schulemburg iuniorem*, clientes ſuos fiduciarios idem recognouit beneficium. *Reuerſales*, quae vocantur, litterae ſunt datae Coloniae ad Spream die dominica, quam vocant *vocem iucunditatis*.

*IOACHIMVS* II, Hector cognominatus, qui Ioachimo primo a. 1535 ſucceſſit, a. 1539 ad Auguſtanam Confeſſionem tranſiit, et obiit anno 1571. 3 Ian. idem dominium Dernburgenſe in feudum ſuſcepit a Magdalena de Clumna, Abbatiſſa, miniſterio Leuini de Schulenburg et Ludolfi de Aluensleben, anno 1550 Coloniae ad Spream, die Lunae poſt *Vocem iucunditatis* datis litteris.

*IOHANNES GEORGIVS*, filius Ioachimi II, natus 1525. ad XI Sept., qui patri ſuccesſit 1571 mortuus 1598. ad octauum Ianuarii, feudum idem reſumſit anno 1572 opera Gunzelini de Berttenſchleben ab Abbatiſſa eadem, vt documentum Electorale Coloniae ad Spream die Lunae poſt *Cantate* datum demonſtrat.

Idem *IOHANNES GEORGIVS*, anno 1596 feudum idem recognouit per Abrahamum de *Bellin* ab *Anna Erica*, Waldeccenſi Comite, Abbatiſſa Ganderſemenſi. Reuerſales ſeu litterae repromiſſionis datae ſunt Coloniae ad Spream anno 1596 ad diem S. Eliſabethae.

Succeſſor filius *IOACHIMVS FRIDERICVS* natus a. 1546. 27 Ian. et defunctus 1608. 8 Iulii, ab eadem Abbatiſſa *Anna Erica* idem dominium in feudi accepit loco, interuentu *Arnoldi de Reyern*, Vaſalli. Vox *Ehrn* tum praepoſita eſt nominibus Comitum minorum & Nobilium, clientes ſi erant fiduciarii, ſignificans *dominum*. Litterae repromiſſionis datae ſunt Coloniae ad Spream die Lunae poſt Trinitatis, anno 1598. Huc vsque mandatum fiduciarium (Volmacht) innexum fuit litteris repromiſſionis. Arnoldo de Reyern nunc ſeorſim mandatariae litterae ſunt datae, quae nominatim meminerunt pagi *Dobberkau* in Palaeo Marchia, allodii eccleſiae Ganderſemenſis, in feudum ſuſcepti, datae, inquam, XII Iunii.

Succeſſit *IOHANNES SIGISMVNDVS*, Elector potentiſſimus, qui in lucem editus eſt anno 1572. 8 Nouembris, patre defuncto ad annum 1608. Ipſe reformatam, quam vocant, religionem amplexus 1614 paullo ante exceſſum, qui incidit in annum 1619. 23 Decembris, mandata dedit 18 Ianuarii eodem anno Iohanni Erneſto de Schlieben vſ Papin, conſiliario ſuo aulico, vt idem dominium Dernburgenſe, ab Henrico II imperatore eccleſiae Ganderſemenſi donatum, feudi loco recognoſceret. Eadem die litterae repromiſſionis, quas vocant reuerſales, Coloniae ad Spream ſunt datae. Abbatiſſa tum fuit Dorothea Auguſta. Idem Elector anno 1610 ab *Anna Erica* per Conſiliarium Iohannem Koppen, iuris vtriusque Doctorem, feuda ſuſcepit.

Ab Abbatiſſa *GEORGIVS WILHELMVS*, natus 1595. 3 Nou. Elector 1619. defunctus poſthaec 1640. 21 Nouembris per Arnoldum de Reyern, Doctor iuris vtriusque, Procancellarium, dominum de Gladebeke, anno 1622 feudum idem ſuscepit. Abbatiſſa definiuerat diem XXX Ianuarii. Mandatariae litterae ſunt datae 8 Ian. Eodem *reuerſales* exaratae Zechlini.

Rogatu Abbatiſſae *Dorotheae Hedwigis FRIDERICVS WILHELMVS* Achatio de Schulemberg, Palaeo-Marchico gubernatori, mandata dedit Coloniae ad Spream anno 1667. vndetrigeſimo Martii, poſcente Abbatiſſa feudi recognitionem xv Aprilis, vt ſuſciperet dominium Dernburgenſe et pagum *Dobberken* Palaeo-Marchicum in beneficium conſuetum. Litterae repromiſſionis datae ſunt Coloniae ad Spream XXIX Martii. Achatius ille tum fuiſſe dicitur *Erbküchmeiſter*, ſummus culinae praefectus hereditarius. *FRIDERICVS WILHELMVS* 1620. 6 Febr. natus, Elector 1640, defunctus eſt anno 1688. 29 Aprilis.

Idem *FRIDERICVS WILHELMVS* Elector Brandenburgicus, ab Abbatiſſa *CHRISTINA SOPHIA* anno 1681. ad diem Aprilis viceſimum primum inuitatus ad recognoſcenda feuda ſolita, delegauit octauo Aprilis *Thomam de Kneſebeck*, conſiliarium ſuum intimum gubernatorem prouincialem Palaeo-Marchicum, et ſupremum Electricis ſereniſſimae curatorem eodem fine Gandershemium. Litterae repromiſſionis eodem mandationis ſubſcriptae die ſunt datae, quem morem imitati ſunt poſteri.

Tertium *FRIDERICVS WILHELMVS* idem a. 1684. luce Maji XIV ab Abbatiſſa *CHRISTINA*, quae diem Iunii quartam praedefiniuerat, feuda eumdem Thomam de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

de Kneſebeck ad recipienda ſolita ſolemniter delegauit, qui paullo poſt, traditis delegationis ſuae et litterarum repromiſſi datis Potzdami tabulis, Gandershemium acceſſit, et feuda ante denominata recepit.

Friderico Wilhelmo Magnanimo, quem *PVFFENDORFIVS* libro ſuo hiſtorico conſecrauit immortalitati, ſucceſſit filius *FRIDERICVS* III, natus 1657 1 Iul., Elector 1688, Rex Boruſſorum anno 1701. 18 Ian. declaratus. Terminum Feudalem ei dixit *CHRISTINA* Abbatiſſa ad IX Iulii. Mandata eo fine data ſunt 3 Iunii, Palaeo-Marchici iudicii quadripartiti (Quartal Gerichts) conſiliario, iudici aulico ac prouinciali *Curtio Gothofredo de Vchteritz*. Litterae repromiſſionis tenent formulam ſolitam: *Wollen vnd ſollen auch ſolche Lehen, als offt es zu falle komt, und noht ſeyn wird, wir, unſere Erben und Erbnehmen, von der gemeldten Abbtiſſin und ihren Nachkommen, den regierenden Abtiſſinnen zu lehen ſuchen und empfahen, als viel an uns iſt; Vnd ob wir daran über Iahr vnd Tag ſaumig würden und die genante Abtiſſin oder Ihre nachkommende regierende Abbtiſſinnen uns, unſere Erben und Erbnehmen, ſolche Lehen zu empfahen erſuchen, vnd wir das verachten würden, alsdan mag Sie und Ihre nachkommenden damit gebahren nach Ihren willen, wie Recht iſt.*

*FRIDERICVS* idem III anno 1695 feuda ſuperius dicta recognouit. Abbatiſſa *HENRIETTA CHRISTINA* dixerat actui feudali diem XXIV Septembris. Mandata eum in finem Elector dederat Coloniae ad Spream 3(13) Sept. Melchiori de Ruck, Conſiliario intimo, Praeſidi regiminis Halberſtadienſis, et dynaſtae Hornburgi, qui exiguo poſt ſpatio temporis acceſſit et ex manu Sereniſſimae Abbatiſſae ſuſcepit, more per maiores tradito, feuda, Dernburgenſe dominium et Dobberkau, pagum Palaeo-Marchicum.

Succeſſit tanto patri Rex Auguſtiſſimus *FRIDERICVS WILHELMVS*, natus 1688. 4 Aug. ſub initia huius ſaeculi anno 1713, 25 Febr. Eisdem feudis Gandersheimenſibus a ſereniſſima *ELISABETA ERNESTINA ANTONIA* recipiendis anno 1722 deſtinauit conſiliarium regiminis Halberſtadenſis Chriſtanum Erneſtum de Meiſenbugk mandato 8 Aug. edito. Subiunctum eſt ſigillum maieſtaticum et regale. Dixerat Abbatiſſa diem Auguſti vigeſimam ſeptimam infeudatio ob valetudinem mandatarii aduerſam in menſem Septembrem dilata fuit. Benigniſſime Deus, benedic Regi et Abbatiſſae!

# SECTIO II.
## DE
## DVCIBVS SAXONIAE LVDOLFINIS.

§. 1. *De LVDOLFO paralipomena.*
§. 2. *De filio, Duce Saxoniae, BRVNONE.*
§. 3. *De Ottone illuſtri paralipomena.*
§. 4. *De Henrico Aucupe nonnulla, eiusque dignitate per patrem accepta.*

### §. I.

De Ludolfo ſupra diſſeruimus ex profeſſo. Heic inquirendum eſt, an ipſe pro poſteris partem bonorum, quae donauit eccleſiae Brunteshuſanae et Gandersheimenſi, reſumſerit nexu feudali. Mos ille non admodum abhorret a Principibus priſcis, liberalitatem ſuam in rebus diuinis augendis oſtendere ſtudentibus. Ex Diplomate fundationis altero (§. 32. p. 60. ſq.) adparet, Ludolfum omnem poſſeſſionis ſuae hereditatem, quinque marcis conſtantem, donaſſe coenobio a ſeſe recens ſtructo in patrimonium, immo praeter eas alia loca plurima. Si hoc ita intelligendum eſt, vt verba videntur ſignificare; veroſimile fit, Ludolfum, filios ſuos vtique non penitus neglecturum, rurſus recepiſſe nonnulla in feudum, praecipue quum in chartariis antiquis legamus, Wolferbuttelam, Giſhornium et caſtrum Luneburgi fuiſſe de patrimonio eccleſiae Ganderſemenſis. Nam Bruno dicitur aedificaſſe et tenuiſſe initia Brunſuici. Otto poſſedit et condidit caſtrum Luneburgi. Nolim tamen cum quoquam hac de re digladiari. Quae de Ludolfo, praeter ſuperius adlata, in euoluendis veterum monumentis ac recentiorum ſcriptis adnotaui, ea heic, loco ſupplementi, adiungam. *IOANNES GEOR-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*GEORGIVS ab ECCARD* in *Commentariis de rebus Francicis* (a) denuo genealogiam ſuam Ludolfinam repetiuit, in qua Idam habet pro filia Theoderici Ducis et Theodradae, procreatae ex Bernhardo, Caroli Martelli filio. Bernhardi illius genealogiam texuit *IOANNES DAVIDES KOELERVS* (b) vir de genealogiis Imperatorum Regumque Germaniae egregie meritus. *Paſchaſius* quidem *ROTBERTVS* (c) teſtatur, Theodradam, *reddito nuptiarum fructu*, nomen vitae ſacrae dediſſe in Parthenone ſueſſionenſi. At maritum eius tacet. Notauerat ſententiam Eccardi D. *Conradus Bertholdus BEHRENS*, (d) et praecipue contradictionem, quod modo Bruno, modo Egbertus, ab Eccardo in Notis ad Agii Vitam Hathumodae pro patre Ludolfi fuerit habitus. Occupauerat hoc telum Eccardus in *Emendandis ad Origines familiae Habs-burgo-Auſtriacas*, oſtenderatque, naeuum typothetae ſubeſſe, et Brunonem eſſe auum; Egbertum patrem Ludolfi. Reſpondit paucula poſthaec Behrenſio, (e) contendens, hunc fruſtra operam impendiſſe naeuo typothetico carpendo. *EBERHARDVS* (f) liberalitatem Ludolfi noſtri in coenobium Fuldenſe praedicat, hunc in modum: *LIVTOLF Comes de Saxonia tradidit Deo et Sancto Bonifacio proprietatem ſuam cum LXXVII mancipiis. ALBERICVS*, Monachus trium fontium, ad annum 859 (g) magnifice de proſapia Ludolfi ſentit. En verba: *Hoc tempore LEVTHVLPHVS, Dux Saxonum, pater Brunonis et Ottonis Ducum, auus Henrici Regis primi Romanorum, corpus Innocentii primi Papae a Roma in Saxoniam transtulit. Ab iſto Leuthulfo deſcendit omnis nobilitas Saxoniae, Germaniae, Galliae, Normanniae, Bavvariae, Sueuiae, Vngariae, Ruſciae et Poloniae.* Anniuerſariam eius memoriam coenobitae Gandersheimenſes celebrarunt ad natalem Ieſu. (h) Diem mortis eius *KOELERVS* conlocat in VI Septembris, (i) inuitatus loco Necrologii Hildeshemenſis: (k) VIII. *Idus Sept. Ludolfus Dux.* Sed is locus de filio Ottonis primi eſt intelligendus, qui fuit Dux Sueuiae. Gothofredus Arnoldus errore abſurdo filium Conradum I, Regem Germaniae, adtribuit. (*) Sed hoc non moramur.

## §. II.

*BRVNO* Dux patri ſucceſſit. De eo *EBERHARDVS*: (l) *Ego BRVN dono et trado predium meum in Saxonia in pago Horgevve S. Bonifacio cum mancipiis et prole. Item BRVNO tradidit predium ſuum in villa Borsheim cum mancipiis et ſubſtantia eorum.* Oren et Börſen ſunt loca ad Brunsuicum. (**) An Bruno vnquam vxorem ſecum matrimonio iunxerit, eſt incompertum. *LEIBNITIVS* olim ab eo deduxerat Comites (***) Brunsuicenſes. Sed paullo poſt ſententiae miſit nuntium, motus, opinor, obſcuritate et hiatu per centum annos porrecto, vbi Brunonis, et vllius ex eo progeniei, nulla fit mentio. Otto et Bruno cum Ludouico II Rege interfuiſſe perhibentur pugnae Andernacenſi (m) et anno 877 confirmationem immunitatis coenobii Gandershemenſis ab eodem Ludouico impetrarunt. Wulfherius Cancellarius, qui ſubſcripſit Diplomati, ab eodem habetur pro Wulfhardo, olim Presbytero Hildeshemenſi, (n) qui Hathumodae Abbatiſſae erat a confeſſionibus ſacris. *Wulfarius* eo tempore fuit Epiſcopus Mindenſis quartus. (o) *ECCARDVS* alterum Diploma Ludouici Saxonis, anno

877

(a) Lib. XXXI. §. 380. p. 713.
(b) In Exercitatione genealogica de Familia Auguſta Carolingica 1725. 4. Altorfii emiſſa Tab. II, ad p. 17.
(c) In Vita Adelhardi apud *Du CHESNE* To. II. p. 652.
(d) In hochgemüſſigten Schreiben p. 8.
(e) In Erklärung eines alten Kleinodien-käſtleins p. 50.
(f) In Summariis Traditionum Fuldenſium c. V. p. 300. ed. Schannati.
(g) P. I. Chronici p. 189. De marcis, quas Ludolfus coenobio recens condito adtribuit, miros ſerit errores *MEIBOMIVS* in *Notis ad Chronic. Comit. Schawenburg.* p. 525. To. I. rer. Germanic.
(h) Supra p. 535.
(i) In Stemmatographia Auguſta Saxonica p. 2. et Tab. I.
(k) To. I. Leibn. p. 766.
(*) In *Haereſiologia* p. 319. Vide *ECCARDI monatlicher Auszug neuer Bücher* a. 1700. p. 296. ſqq.
(l) In *Summariis Traditionum Fuldenſium* c. V. n. 13. p. 300.
(**) *Bruneswic villa* occurrit adhuc ſaeculo XI ineunte. Vnde patet, Brunonem ibi non condidiſſe vrbem. Villam autem ſeu pagum, ſic dictum, ad Ocaram inſtruxiſſe, vnde poſtea Brunsvicum fuit exortum, negari non debet ob teſtimonia autorum, qui ei originem loci tribuunt.
(***) Idem nuper fecit Vir Celeb. I. I. L. *GEBHARDI*, Profeſſor Luneburgenſis, cuius ſententiam, quae omnino eſt veroſimillima, adiunxi infra Comitibus Brunsuicenſibus, §. *vlt.*
(m) I. G. ab *ECCARD* de *rebus Francicis* L. XXXI. §. 251. p. 625.
(n) L. c. p. 627.
(o) *CHRONICON Epiſcoporum Mindenſium* p. 808. To. III. Piſtor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

877 per Brunonem et Ottonem Duces de immunitate obtentum, habet pro ſuppoſititio, eo quod atramento nigriori fuerit ſcriptum, ſigillum habeat ſatis obſcurum vocemque *imperialis immunitatis.* (p) Sed ſigillum ſatis adparet et vox *imperialis* in eo non eſt obuia. (q) Anno 880, IV Nonas Februarii, praelium commiſit Bruno cum Danis ſeu Normannis in ericeto Luneburgico non procul Ebſtorfio. Witichindus, Brunonem, ſcribit, (r) *inundatione repentina fuiſſe circumfuſum*, per tropum metaphorae. Hoc non adtendit *DITMARVS*, (s) qui vocem *inundationis* proprie ſumſit, et Brunonem, fluminis inundatione periiſſe ſubmerſum, memoriae prodidit. (t) Annum indicant Annales Fuldenſes, Necrologium Fuldenſe, et Roswitha. Diem deſignat *ANNALISTA SAXO* Eccardinus ad annum 879: *Hoc tempore Bruno, filius Luidolfi Ducis Saxoniae, quum Ducatum totius Saxoniae adminiſtraſſet, miſſus a Ludouico Rege, contra Danos duxit exercitum, quorum inundatione circumuentus, non habens pugnandi locum, cum duobus Epiſcopis, Marquardo Hildinisheimenſi et Theoderico, ceteriſque militibus occiſus eſt IV. Non. Februarii.* Coniunxit Annaliſta miſſionem, quae in annum 879 incidit, cum exitu pugnae triſtiſſimo. Diem anniuerſaria memoria poſthaec celebrarunt Gandersheimenſes. Legitur apud Eberhardum: (u) *Ego BRVNO de Saxonia trado ad S. Bonifatium predia mea in loco GANDESHEIM cum omni ſubſtantia et familia mea.* Ex eo patet, proprias aliis quoque ac Ludolfinis tum temporis heic fuiſſe poſſeſſiones. Procus Gerbirgae, quae erat Brunonis ſoror, vocatur *Bernhardus Comes.* Fit mentio id temporis *Berenharti Comitis de Saxonia.* (x) Videtur is cecidiſſe in praelio Andernacenſi. Vxorem eius vocant *Chriſtinam*; (y) fratrem *Adalhardum* (z) Sed procus Gerbergae, antequam vxorem duceret, periit. Succurrit igitur *Bernhardus*, filius Vnwani Comitis ex Giſela, Haſſionis, qui anno 775 factus eſt Chriſtianus, filia. (aa) Progenies eius floret adhuc in Principibus Anhaltinis. Sunt, qui vtrumque hunc Bernhardum pro eodem reputant. Cetera de Brunone habes in *Commentatione de LVDOLFO* §. 39. p. 76. ſq. ſupra.

§. III.

De Ottone Illuſtri, fratris ſucceſſore, ibidem diſſerui §. 40. p. 78. 79. et in *Corollario* §. 2. p. 920. *ANNALISTA SAXO* Eccardinus ad a. 907. *His temporibus clarebat in Saxonia Otto, filius Liudulphi Ducis, frater Brunonis Ducis. Ab hoc regalis propago Henrici proceſſit, quem ei Hathwiga genuit.* De Hathwigae genere non eadem omnibus ſedet ſententia. *ECCARDVS* eam habet pro *Hegilwiche*, filia Euerhardo, Comitis et Marchionis Foroiulienſis. (bb) Eam ex Francica ſtirpe repetit *KOELERVS*, (cc) licet patrem eius non definiat. Priorem ſententiam cum poſteriori conciliare poſſumus, ſimulac recordamur, quod Euerhardi Comitis vxor fuerit *Giſela*, Ludouici Pii ex Iuditha filia. (dd) Hathwiga obiit anno 903. (ee) *AGIVS* eam vocat *regum neptem.* (ff) *KOELERVS* arbitratur, (gg) Imperatorum neptem eam fuiſſe dicendam, ſi ex Giſela Ludouici Pii fuiſſet procreata. At vero ipſa Giſela Pippini Regis Aquitaniae, Ludouici Regis Germaniae et Caroli Calui Regis Franciae fuit ſoror. Horum regum ex ſo-

(p) Loco laudato p. 626.
(q) Vide ſupra p. 583. ſqq. Diploma de immunitate Gandersheimenſi denuo is edidit in Append. I. ad To. II. n. XIV. p. 888.
(r) L. I. Annal. p. 634.
(s) Annal. L. II. p. 335. Errorem Ditmari repetiuit *ANONYMVS SAXO* in Hiſtoria *Imperatorum* p. 73. To. III. Menck.
(t) Hoc notauit *ECCARDVS* l. c. §. 283. p. 648.
(u) In *ſummariis traditionum Fuldenſium* c. V. n. 22. p. 301.
(x) Loco laudato n. 25. p. 301.
(y) Loco citato n. 54. 55. p. 302.
(z) Loco citato n. 54. p. 302.
(aa) I. G. ab *ECCARD* in libello: *Gründliche Nachricht von der Kayſerl. und Koeniglichen Alten Salzburg und dem Pallaſte Saltz in Francken* §. 27. p. 50.
(bb) In Notis ad Agii Vitam Hathumodae p. 36.
(cc) In Stemmatographia Auguſta Saxonica p. 4.
(dd) *AGNELLVS* in Part. II. Libri Pontificalis de Vita Pontif. Rauennatum in Vita Georgii I. Cap. 1. in Muratorii To. II. ſcript. Ital. p. 185. *HISTORIA* Ciſonienſis eccleſiae apud *DACHERIVM* To. XII. ſpicileg. p. 37. *KOELERVS* in Exerc. de Familia Auguſta Carolingica p. 65. et Tab. V.
(ee) *EXCERPTA NECROLOGII FVLDENSIS* To. I. Leibn. p. 763. DCCCCIII. *Hadawich Comitiſſa.*
(ff) In Vita Hathumodae c. l.
(gg) In Stemmatographia Auguſta Saxonica. p. 4.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſorore Giſela neptis erat omnino Hegelwich. Otto ipſe obiit anno 912. 30 Nou. ſepultus Gandershemii. Filiam eius, cuius ignoratur nomen, duxit Wichmannus Senior Comes. Charta incertae auctoritatis antiqua, quae nuper forte in manus incidit, *Roswitham* Abbatiſſam habet pro Ottonis Illuſtris filia, vidua Wichmanni, quae Gandershemii velum ſumſerit. Fit mentio *Rihſuvintae*, *ancillae* Chriſti, (hh) circa id tempus, quae bona ſua in duabus villis *Oaſunge* et *Caltebah* cum opibus adnexis ſ miliaque multa coenobio Fuldenſi tradiderit. Ottonis filia alia dicitur *Baba*, quae denominationem Babenbergae dedit, nupſitque Henrico Comiti, qui poſtea nomen *Babenbergici* meruit. Fuit Henricus ſenior et iunior, pater et filius. Henricum patrem Normanni anno 886 ad Pariſios contrucidarunt. (ii) Si Hathuvic, vxor Ottonis, fuit Hegilwich, Comitis Everardi filia, ante annum 873 nuptiae non ſunt celebratae. Eam ob cauſſam *ECCARDVS* in eam propendet ſententiam, Henricum iuniorem fuiſſe Babae maritum. (kk) *ANNALISTA SAXO* Eccardinus ad a. 882. *His temporibus Adelbertus, magnus heros, cuius pater Henricus Dux, mater Baba dicebatur, idemque filius ſororis Henrici, poſtea Regis, nepos vero Ottonis, Saxonum Ducis, - - - totum regnum inimicitiis turbauit.* *WITICHINDVS* etiam Corbeienſis (ll) *Adelbertum* illum adpellat *nepotem ex ſorore Henrici*, ſcilicet Regis. *CHRONICON* Monaſterii Mellicenſis: (mm) *Nota de Alberto Comite Babinbergae, vbi nunc eſt Epiſcopatus. Idem Albertus fuit nobiliſſimus Comes de gente Francorum et Ottonis, Ducis Saxonum, ex filia nepos,* qui *Conradum Ducem Franconiae occidit.* Henricus iunior anno 902 occubuit in certamine, contra Salios Eberhardum, Gebelhardum et Rudolfum fratres ſuſcepto. (nn) Videtur quoque ex Ottone fuiſſe nata, quae Leopoldo primo, qui anno 902 Marchio eſt factus, obuenit in matrimonium. Sed eis, qui ſic ſtatuunt, impoſuit locus, obuius in Fundatione coenobii Mellicenſis, (oo) qui ſic habet: *Primus fundator huius monaſterii Medlicenſis dicitur fuiſſe Leopoldus Primus, qui originem duxiſſe fertur a quodam nobiliſſimo Comite Babenbergenſi de* genere Franconum, *CVI deſponſata erat filia Ottonis Ducis Saxonum.* Quis non illico animaduertit, vocem CVI ad Comitem Babenbergenſem eſſe referendam? Confer Sectionem V huius Partis et eius caput L. de *Comitibus Schwinfurtenſibus.* Otto Illuſtris ex concubina genuit quoque filiam, quae Guidoni Thuringo nupſit. (pp) Inſtituit anniuerſariam ſui memoriam Gandershemii addiditque ei peragendae reditus, qui olim vocabantur *Praebenda Ducis.* Donauit eidem eccleſiae annuos reditus, ex Hollenſtede, Radolueshuſen, Drubere, Sulbeke, Edemiſſen, Odagſen et Embeca accipiendos. (qq) Ipſam enim condiderat, et in ipſa condebatur. *HROSWITHA:*

*Membra Ducis tanti digne ſeruanda locari*
*Fecit in eccleſiae medio, quam ſtruxerat ipſe.*

*CHRONICON QVEDLINBVRGENSE* ad annum 913: (*) *Otto, Ducum praecipuus, de quo velut fertiliſſimo quodam ſtemmate Imperatoria illa Otthonum propago, totius Europae terminis non modicum profutura, proceſſit, onus limoſae molis abiecit. Domina Oda mater eius obiit* CVII. *vitae ſuae. Otto Rex et Imperator futurus natus eſt.*

## §. IV.

De Ducatu Henrici Aucupis eiusque cum coenobitis Gandershemenſibus nexu nonnulla ſunt adferenda. Ad eum vsque Duces Saxoniae pendebant a nutu Regis Germaniae. Ottonis auctoritas erat admodum magna in Imperio, ſed nondum ab omni vinculo obedientiae, Regibus praeſtandae, immunis. Saxones olim liberrimi erant omnium Germanorum. Deuictis autem Carolus Magnus impoſuit Duces Comitesque, qui bella ac iurisdictionem curarent. Ludolfus ſeſe euexerat munus genti Carolingicae praeſtitis, adfinitatibus cum dominis rerum contractis, cultura religionis fere ad ſuperſti-

(hh) *EVERHARDVS* in ſummario traditionum Fuldenſium c. III. p. 294.
(ii) *REGINO* ad a. 887. p. 86. To. I. Piſtor. *ANNALES FVLDENSES* ad a. 886. p. 48. To. I. Freheri. *NECROLOGIVM FVLDENSE* ad e. a. apud *Schannatum* p. 470.
(kk) In Praefat. ad Hiſtor. geneal. Princip. Sax. infer. §. XVI. p. 12.
(ll) Annal. L. I. p. 635.
(mm) Ad a. 906. p. 206. To. I. Script. Auſtr. Pezii.
(nn) *REGINO* ad e. a. p. 98.
(oo) Eam ediderunt *PETRVS LAMBECIVS* To. II. *Comment. Bibliothec. Vindobon.* c. VIII. p. 627. et Ven. Pater *HIERONYMVS PEZIVS* To. I. *Scriptor. Auſtriac.* p. 296. ſqq.
(pp) *WITICHINDVS Annal.* L. I. p. 641.
(qq) Supra p. 536. ſq. 587.
(*) Pag. 179. To. III. Menck.

ſtitionem progreſſa. *OTTO* ex infirmitate Regum Germaniae ſuaque fortitudine ac memorabili in rebus agendis dexteritate multum profecit. *WITIKINDVS* incrementum ipſius ſatis ſignificat, (rr) *Bruno*, inquiens, *periit cum omni exercitu, fratri quidem natu minori, ſed omni virtute multo potiori relinquens Ducatum.* Ab Arnolfo Imperatore Mediolano cum praeſidio valenti praeeſſe iuſſus (ss) vbique ſparſit fulgoris ſui ac virtutis documenta. In primis contra Dalemincios diu multumque pugnauit, eosque crebris praeliis fractos opera Henrici filii ſui ad incitas redegit. Quis abnuet, Ottonem inter haec opes ſuas ad modum locupletaſſe? Quum tanta eſſet auctoritas Ottonis, nemo non ipſum (tt) reſpexit oculosque in eum conuertit. Oblatam ſibi ſummam rerum ac ob ſenium ab ipſo detrectatam non prius Germani Conrado, Franconico Duci, demandarunt, quam Ottoni id videretur e re publica fore. Saxones, quibus tum Weſtfali adnumerabantur, et Franci ea aetate erant populi Germaniae potiores, tum ob libertatem diutiſſime propugnatam, tum ob virtutem & multitudinem. Saxones tamen Francis videbantur inferiores. Quod igitur Otto ſibi ſuisque inuidioſum credidit, illud Duci non adeo potenti eum, credo, in finem deferri maluit, vt ſtirpi ſuae pararet potentiam et amplitudinem. Conrado recens electo ſeſe ſubiecit Otto cum (**) filiis, Henrico et Thancmaro ſeu Luitolfo. Vnicus ex hiſce Henricus patri ſuperſtes libera poteſtate regnauit in Saxonia. Conradus Rex ei poteſtatem omnem, quam Otto illuſtris adhibuerat, tradendam eſſe, minus conſultum duxit. (uu) Verum Saxones ſic fauebant Duci ſuo, vt promitterent vno ore, ſe fortunam belli pro eo cum Conrado, ſi forte quid nouaturus eſſet, experturos. (xx) Hinc res armis diſceptata. Dubia initio fortuna modo has, modo illas, partes turbauit et aequauit. Ad Eresburgum Eberhardus, Conradi frater, cum exercitu ad internecionem deletus poenas ſuperbiae et iactantiae dedit. (yy) Quum vero Conradus in caſtro *Grone* ad *Gottingam* Henricum (zz) cum ſuis obſediſſet, et fere de honeſta liberatione desperaret incluſus, Ditmarus Comes fictione callida, qua aduenire auxilia obſeſſo omnibus perſuaſerat, Conradum ad obſidionem ſoluendam adduxit. Quibus rebus (*) Rex fractus, mortique vicinus cum Henrico gratiam pacis reconciliauit nec amplius de imminuenda Henrici poteſtate fuit anxius, quin potius anno 918, in lectulo emortuali defixus, eum ſibi adlegit ſucceſſorem. (a) Ex donationibus ſacris Henrici patet, ipſum inſignia tenuiſſe praedia, curtes diuites, et villas opulentas. A patre obtinuit Luneburgum eique adiectas poſſeſſiones; Brunſuicum, ſiquod tum fuit, certe terras, in quibus poſitum eſt Brunſuicum: Hirutfeldiam ad Lupiam, quae alio praedio fuit permutata: pleraque, quae poſtea ab Ottonibus et in primis Henrico ſancto Epiſcopatui Hildeſienſi ſunt dono data. Hatheburga adtulerat heredium patris, maximam oppidi Altſtadii partem: Mathildis loca in Freſia et ad Viſurgim ſita. Saxoniam ac Thuringiam oppidis firmauit et impleuit, (b) quae maxima ex parte ſibi vindicauit ac poſteris. Tenuit in vicinia Ambergavvi et Herrehuſemarcum. Praedium Freſiacum, quod Mathildis Ganders-

(rr) Annal. L. I. p. 634.

(ss) *LIVTPRANDVS* L. I. c. VII. p. 96. *Arnulfus Ottonem Saxonum potentiſſimum Ducem - - Mediolanum dirigit, gratia defenſionis.*

(tt) Permulti exiſtimant, Hattonem Archiepiſcopum Moguntinum et Ottonem noſtrum tutelam Ludouici Infantis geſſiſſe, quos inter etiam eſt *IOANNES LATOMVS* in *Catalogo Archiepiſc. Moguntin.* p. 465. To. III. Mencken.

(**) *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 325. *Otto, ab omnibus Regni Principibus in Regem electus, Conradum ſibi quaſi ad hoc indigno praepoſuit, ſeque cum filiis fidei ſuae ac poteſtati ſubdiderat.*

(uu) *DITMARVS* Annal. L. I. p. 325.

(xx) *WITIKINDVS* l. c. p. 635.

(yy) *WITICHINDVS* l. c. p. 636.

(zz) - - - - l. c.

(*) *ANNALISTA SAXO* ad a. 917. *Karolus, Galliarum vrbibus firmiter obtentis, quum Paſchalis ſolemnitas immineret, Aquisgrani palatio ſe recepit. Ex omni Gallia Principes confluunt: adſunt etiam Duces, ex Saxonia Henricus, ex Gallia Ruotpertus - - Cuius luculenta oratione ex amica* (Remenſis Epiſcopi) *ad Regem rediit multoque ambitionis honore ante eum admiſſus, in praecipuae gratiae loco familiariſſime recipitur,* ſc. Henricus.

(a) *LIVTPRANDVS* L. II. c. 7. p. 105. *WITICHINDVS* l. c. Ex loco Annaliſtae Saxonis, quem adfero in *, conligit I. G. ab *ECCARD*, anno 917 Aquisgrani Henricum Ducem cum Carolo Rege Galliae de transferendo regno Germaniae et de Conrado inde deiiciendo conſilia agitaſſe, Lib. XXXIII. *rerum Francicarum* §. 59. p. 857.

(b) *WITICHINDVS* l. c. p. 639. *VRSPERGENSIS* p. 200.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dersheimenſi eccleſiae dono dederat, traditum fuit fidei Regis, et id indubie ab Egbertis, Brunſuicenſibus Comitibus, fuit poſſeſſum, ab eis ad Henricum Pinguem transmiſſum et nece huius deperditum. Duces enim, a Ludolfo progeniti, conſeruatores et patroni ſupremi eccleſiae Ganderſemenſis, conſuluerunt quidem victui ſuarum filiarum; ſed noluerunt tamen, eas regimine terrarum ab inſtitutis ſacris retardari vel abſtrahi. Ea de cauſſa mos ita tulit, vt bona disiunctiora et tuendis regionibus apta retinerentur a Ducibus et continuo ex vno eorum ad alterum transferrentur. Vnde accidit, vt Duces ex gente Billungica, Lotharius, Welfi et Duces Brunſuicenſes antiquiſſima illa feuda nunquam non poſſederint eoque nomine eccleſiae Gandersheimenſi opem tulerint et patrocinium.

## SECTIO III.
## DE
## DVCIBVS SAXONIAE BILLVNGICIS.

§. 1. *De paralipomenis nonnullis antiquis.*
§. 2. *Diploma antiquum.*
§. 3. *An Otto, Comes Northeimenſis, ſimul cum Magno geſſerit Ducatum Saxoniae.*
§. 4. *Nexus Ducum Billungicorum cum eccleſia Gandersheimenſi et nonnulla paralipomena.*
§. 5. *Nonnulla genealogica.*

### §. I.

De Ducibus Saxoniae Billungicis ex profeſſo dixi. (c) Reſtant paucula, quae vel ſpicilegii inſtar reliquis adiungenda vel huic loco propria ſunt. Quum enim Otto Magnus Hermannum Billungi filium creauit Ducem Saxoniae, Luneburgum eidem tradidit, beneficium ea quoque aetate (**) eccleſiae, ab Ottone illuſtri in Gandeshem conditae. In vltima Billunganorum ſtirpe occurrunt *Billunc* et *Bennicho* cum fratre *Rudrato*. *EVERARDVS*: (d) *Billunc et Bennicho tradiderunt S. Bonifatio bona ſua ob remedium fratris ſui Rudrati, quaecunque habuerunt in villa Orda, in pago Hardegevve prouinciae Saxonicae.* An Bernhardus Comes et frater Adalhartus huc quoque pertineat, inquiri poteſt. An Bennit ſit Bennicho, ignoro. Ille tradidit nonnulla Bonifacio. (e) De Amalungo ſupra dictum. Eius filius fuit Billungus. Billungi et Aedae filia exſtitit Oda, Ludolfi vxor.

### §. II.

Caroli M. praeceptum pro Bennito Comite ex Saxonia orto. (f)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Carolus Sereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus magnus pacificus Imperator. Romanum gubernans Imperium. qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum. omnibus fidelibus noſtris preſentibus et futuris notum ſit. quia *BENNIT* Comes fidelis noſter innotuit Serenitati noſtre. eo quod pater illius *AMALVNGVS*. dum ceteri *Saxones pagenſes illius* contra nos infideliter egiſſent. prefatus *AMALVNGVS* mallens fidem ſuam ſeruare. quam cum ceteris infidelibus perſeuerare. relinquens locum natiuitatis ſue. ueniens ad nos et dum in noſtro eſſet obſequio. uenit ad uillam. cuius eſt uocabulum Vuluiſanger. quam tunc temporis Franci et Saxones inhabitare uidebantur. cupiens ibi cum eis manere. ſed minime potuit. Tunc pergens ad locum. qui dicitur Vualdisbecchi inter Vuiſeraa et Fuldaa. propriſit ſibi partem quandam de ſilua. que uocatur Bocchonia. quam moriens

(c) In Diſſ. II. §. XIV. p. 206-246.

(**) Sic chartae feudales Gandershemenſes antiquae. Sed Luneburgi nullum exſtat huius traditionis veſtigium. Et cur Fridericus II. Luneburgum dediſſet Ottoni Puero in feudum imperii, ſi id fuiſſet feudum Gandershemenſe?

(d) In ſummariis traditionum Fuldenſium c. V. n. 45. p. 302. ed. Schannati.

(e) l. c. c. II. n. 78. p. 291.

(f) Confer *BROWERVM* in *Antiqq. Fuldenſ.* L. III. c. 12. p. 217. et ſupra p. 73.

„moriens dereliquit filio ſuo Bennit. qui ad noſtram accedens clementiam poſtulauit. „Celſitudini noſtre. ut noſtre auctoritatis preceptum circa eum confirmare deberemus. „quatenus ipſe et heredes illius perennis temporibus absque alicuius preiudicio tenere „et poſſidere quieto ordine deberent. Cuius petitionem denegare nolumus. ſed ita nos „illi conceſſiſſe atque in omnibus confirmare cognoſcite. Precipientes ergo iubemus. ut „nullus fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum prefatum Bennit uel here- „des illius de hoc propriſo. quod in lingua eorum dicitur Biuanc. expoliare aut inquie- „tare ullo quoque tempore preſumatis. ſed liceat ſicut diximus eis per hoc noſtrum „preceptum ipſam terram. quantumcunque pater illius propriſit et ei in hereditate di- „miſit. omni tempore tenere atque poſſidere. Et ut hec auctoritas firmior habeatur uel „per tempora melius conſeruetur. de anulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimus.

„Suauis ad uicem Ercambaldi ſcripſi et ſubſcripſi.

„Data Kal. Decembris anno XI. Chriſto propitio. Imperii noſtri. et XLIIII. regni „in Francia. atque XXXVII in Italia. Indictione V. Actum Aquisgrani Palatio „regio. In Dei nomine feliciter amen.“

§. III.

Otto, Comes Northemii, filius Sigefridi II, a ſcriptoribus antiquis vocatur *Dux de Northeim* et *Dux Saxoniae.* (g) Mirum id videri queat. Conſultius igitur alii cognomen illud *Ducale* exiſtimant ex eo eſſe deriuandum, quem Otto geſſerat, Ducatu Bauariae. At exſtant Diplomata, in quibus Otto ſeſe vocat Ducem Saxoniae. Charta antiqua coenobii Northeimenſis Ottonem vocat *Ducem Bauariae et Saxoniae.* (h) Anno 1522 Henricus Abbas S. Blaſii prouocat in litteris ad Abbatem Cluſinenſem datis ad Ottonis fundationem eumque vocat *Magnum*, ac *Ducem Bauariae et Saxoniae.* Nolim ideo infitiari, Ottonem a Caeſare renuntiatum fuiſſe Ducem Saxoniae. Quum enim Henricus IV Imperator Ottonem a Ducatu Bauariae deturbaſſet, eumque tandem in gratiam reciperet, voluit adflictum vtcunque ſolari ac permulcere, vt honoris ademti obliuiſceretur. Contulit igitur illi, quem a Ducatus honore deiecerat cognomen honorarium, quod *Ducatum Saxoniae* complectebatur. *LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS* ad annum (i) 1076 dilucide teſtatur, quod Caeſar ille *Ottoni per totam Saxoniam vices ſuas et publicarum rerum procurationem delegauerit.* Erat hoc officium Ducis. Gaudeo etiam, Venerandum et pium *REHTMEIERVM* (k) in eadem eſſe ſententia.

§. IV.

Hermannus Billungicus ab Ottone Magno anno 965 adpellatur *Comes.* (*) Inſigne gentilitium Ducum Billungicorum, quod ex ſigillis Ducum Brunſuicenſium heredum intelligitur, fuit leo erectus coeruleus in area rubra et rubris corculis perſperſa. Fuit illud propemodum huiusmodi:



 Dux

(g) Supra p. 15 n. (cc) (dd)
(h) *LEVCKFELD* in Antiqq. Northeim. §.17. p.233. *PFEFFINGERVS* Vitriar. illuſtrati P.II.p.427.
(i) Pag. 406. To. I. Piſtor.
(k) In Br. Luneburgiſcher Chronica Append. ad To.II. c.XV. p.1781.
(*) In diplomate, quod produxit C. Pfeffingerus iunior in *Hiſtoria Brunſuico Luneb.* P.I. p. 309. ſq.

Dux Bernhardus I interfuit conſecrationi templi Gandershemenſis litigioſae. (l) quam Sophia, Ottonis II filia, tum Praepoſita, opera Willigiſi Archiepiſcopi Moguntini peragere ſtudebat. Bernhardo II filio tribuunt vulgo numum bracteatum antiquiſſimum, in quo putant annum 1080 et nomen eius eſſe expreſſum. Patris mortem *Necrologium Mollenbecanum* confert, haud ſecus ac alii, in V Idus Februarii. (m) Hermanni Comitis dies emortualis *pridie Kalendas Maji* vel XVIII *Kal. Ianuarii* exſtitit. (o) Hermanni patruus, Ditmarus, obiit Septembris (p) die triceſimo. *Emma*, Luderi vxor, exceſſit ad Kalendas Decembris. (q) Genus Emmae recenſetur infra in *Sectione* V *cap.* LXII. De vxore Bernhardi I pauca ſunt addenda. Vulgo adpellatur *Beyla*. Sed *DITMARVS*, Epiſcopus Merſeburgenſis, eum vocat *nepotem* ſuum. (r) *Auunculus* Ditmari Comitis, qui erat Bernhardi II frater, adpellatur *Comes Sigfridus*, Stadenſis indubie. (s) Hinc ſequitur, ſororem Ditmari Epiſcopi, Comitis de Waldbeke, fuiſſe matrem Bernhardi II et vxorem Bernhardi I. Quare ipſa fuit filia Sigfridi Comitis Waldbeccenſis et Cunigundae, ex Comitibus Stadenſibus natae. Nomen expiſcari nondum (*) licuit. Si illud exſtaret penes *DITMARVM*, Epiſcopum Merſeburgenſem; Ioachimum Ioannem Maderum, qui tabulam genealogicam Chronico Ditmari a ſeſe edito praefixit, ex Ditmaro ipſo conflatam, certe id non fefelliſſet. Bernhardus II oppidum *Vplün* ſeu *Vplage* deſtruxit, domicilium Balderici et Adelae, qui Wichmannum iuniorem, patrem Adelae, per inſidias ibi obtruncauerant. (t) Copioſe haec exponimus in *Sectione* huius Partis V. *cap.* 62. §. 11. De cetero facile ex *chartariis antiquis* eccleſiae Gandersheimenſis patet, ad finem vsque ſaeculi (**) XIV, continuata ab Ottone Illuſtri ſerie, *caſtrum Luneburgi* fuiſſe beneficium patrimonii eccleſiae. Duces igitur Billungici fuerunt et ſtatores et fiduciarii poſſeſſores coenobii ab Oda, ex gente Billungorum edita, excitati et amplificati. Quaeſtio poſſet ſubiungi, num Duces Billungici fuerint *Mareſchalli* ſeu *magiſtri equorum* Caeſaris Regisve? Litteris enim conſignatum apud *DITMARVM* (u) legitur, Ottoni III Quedlinburgi in ſolemnitate Paſchali quatuor miniſtraſſe Duces, *Henricum ad menſam*, *Conradum ad cameram*, *Hecilonem ad cellarium* et *BERNHARDVM equis praefuiſſe*. Quis non ſtatim animaduertit *dapiferum*, *camerarium*, *pincernam* et *Marſchalcum*? Similis locus occurrit apud *WIPPONEM*. (x) Initia omnino haec ſunt, vnde poſtea ortum traxerunt ſic dicta *archi-officia* Imperialia. Quos enim nunc ab Imperatore ſecundos et Electores adpellamus, eis olim Ducum nomen adhaeſit. Sed officia illa olim fuerunt diſpenſata pro arbitrio Regum nec vni ſemper feudo Imperii vel proſapiae fuerunt propria. Nunc vero longe aliter res ſeſe habet.

§. V.

Ioannes Ludouicus Levinus *GEBHARDI* in litteris ad me datis: *Hildegardin filiam Henrici Calui, Comitis Stadenſis, filiam dixi nuptam Bernhardo I Billungo. Habebis argumenta, quibus id euictum dabis, in iis, quos adduxiſti, locis Ditmari et Auctoris Vitae Meinwerci. Alter* p. 412 *nepotes ſuos vocat Bernhardi filios; alter Sifridum, auunculum Thietmari Comitis, Thietmarum Hermanno de Werle ait conciliaſſe. Quae conciliatio quum facta ſit annum inter* 1020 *et* 1024, *Sigfridum Comitem Stadenſem eo intelligendum, clarum eſt. Homonymus enim Walbeccenſis anno* 989 *iam mortuus, nec eius filius Sifridus Epiſcopus Halberſtadenſis adfuiſſe potuit, vtpote qui encomio Comitis non erat mactandus. Northeimenſem iſtis temporibus adhuc quidem in viuis fuiſſe, verum eſt; ſed conſanguinitas Thietmari Comitis cum Ditmaro*

(l) *TANGMARVS* in Vita Berwardi c. XVIII. p. 449. To. I. Leibn.
(m) Vindemia litterar. *SCHANNATI* p. 138.
(o) Ibidem p. 139. 142.
(p) *LAMBERTVS* ad a. 1048. p. 319.
(q) *EXCERPTA* Necrologii Mollenbec. apud Schannatum l. c. p. 141.
(r) *ANNAL*. L. VII. p. 412.
(s) *AVCTOR* Vitae Meinwerci c. 91. p. 557. Olim per *Sigfridum Comitem* intellexi *Northeimenſem*, hoc ipſo perſuaſus loco. Vide ſupra p. 612. (q) Sed locus Ditmari me docuit, Sigfridum hunc Comitem fuiſſe Waldbeccenſem, vel potius Stadenſem. Vide §. 5.
(*) Patet illud ex gemino documento, tum fragmento diplomatis, tum ex Chronico Quedlinburgenſi. Nomen vxori fuit *Hildegardis*.
(t) *DITMARVS* Ann. L. XII. p. 412.
(**) Ita videtur eis, qui ſapiunt ex libris feudalibus Gandersheimenſibus. In Vita Abbatiſſae XL, videlicet Catharinae Eliſabethae Oldenburgenſis habes argumenta in vtramque partem adlata. Siquid iudico, nexus fiduciarius iam ſaeculo XIII, ineunte exſpirauit.
(u) Annal. L. IV. p. 67. ed. Mader.
(x) In Vita Conradi Salici p. 428.

*maro Epiſcopo excludit hominem Ceterum apud* [illegible] *itmarum mos inualuit, ut omnes fere agnatos dixerit ſuos Nepotes, quod ex adiuncto ſchemate pateſcit.*

*GERHARDVS* patruus Conradi I. Regis Germaniae.

*Vto* Dux Franconiae † 949. — *Hermannus* Dux Sueviae.

*Vdo* — *Iudita* Vx. Henrici BoniCom. Stadenſis. (a) — *Herbertus* Comes. — *Ida*, vxor Ludolfi.

*Hermannus* II. nepos Ditmari. — *Otto* et *Gebbardus* nepotes Ditmari. — * Lotharius.

*Sifrid* Comes † 1037. — *Cunigunda* vxor Sifridi de Walpke † 998. — *Hildegardis* vxor Bernhardi † 1011. — Filia nupta N. N. — Eila — *Sifridus* vx. Iuditha.

*Ludigerus* ſe *Vdo*, C.Stadenſis. Vxor Adelheida, amita Rudolfi Sueui. — Ditmarus Ep.Merſeburg. — Nepotes Ditmari. — *Thidericus*, nepos Ditmari p. 385. — [illegible]*ricus* Svinfurti, nepos Ditmari.

*Eilica* vx. Ber hardi II.

*Ergo quos ſobrinos habuit, nuncupauit Ditmarus ipſe iure ſenii Nepotes. Supereſt nomen matris nepotum, quod nemo Hiſtoricorum* (b) *ſeruauit. En iſtud ex fragmento quodam diplomatis, quo Bernhardus, noſtro coenobio S. Michaëlis curtem Gerdauge conceſſit :* Dedi ego Bernhardus ſancto Michaheli in Liuniburch ecclesie cum conſenſu dilecte vxoris mee *HILDEGARDIS* et cariſſimorum filiorum noſtrorum Bernhardi et Thiatmari curtem Gerdauge nominatam - - *Alterius Bernhardi vxorem fuiſſe Eilicam, Henrici Comitis Svinfurtenſis et Marchionis, ex Gerberga ſuſceptam filiam, docet fuſius ANNALISTA SAXO ad a.* 1059, *qui,* Habuit, *inquit,* Bernhardus iunior ex Eilica, quae erat filia Marchionis Henrici de Svinforde duos filios Ordulfum et Herimannum Comitem. *Conf eumdem ad a.* 1086. *Nummi Billungorum adhuc me latuere, nec Eccardinus omni caret ſuſpicione Monetam fuiſſe Bardouici, ex diplomatis hauſimus ; an vero Billungianis temporibus iam ius cudendorum nummorum ei oppido conceſſum ſit, dubius ſum. Neque occurrit vel vnicum diploma Billungicum praeter fragmentum iſtud, quod ſupra dedi, in codice membranaceo ſcripturae ſacrae, quem Bernhardus I largitus eſt coenobio, obuium. Incuriam mireris Monachorum noſtri monaſterii, qui tot documenta largitionum Billungicarum adeo neglexerint, vt nec vola nec veſtigium de iis ſuperſit amplius. - - - Inſcriptiones ſepulchrales nullas nobis reliquit dirus Luneburgenſium furor, quum enim ex odio in TORQVATVM contracto arcem diruerent ; templum funditus quoque deſtruxerunt, adeo vt nulla antiqui monumenti reſtiterit mica. Oſſa Billungica et ceterorum Principum, ex ruinis collecta, in vnum locum ipſi coniecerunt Monachi, qui tectus tabula cuprea vnicum peperit epitaphium, quod eſt penes REHTMEIERVM.*

Dona-

(a) Henrici Calui vxorem vocat *ALBERTVS Stadenſis Hildegardam* ad a. 1144. p. 163. b. Sed *ANNALISTA SAXO* ad a. 1056. p. 488. *Henricus Caluus, Comes de Stathen, qui fuit temporibus primi Ottonis, conſanguineus eiusdem Imperatoris ; vxorem habuit Iuditham, ſororem Vdonis Ducis, qui apud Calabriam cum multis occubuit.* Conf. Idem ad a. 969. p. 320.

(b) Annotaui tamen locum ex *CHRONICO QVEDLINBVRGENSI* p. 192. To. III. Menck. ad a. 1011. *Hoc etiam anno ſaeua mors de obitu Hildegardis* DVCTRICIS *miſerabile lamentum intulit. CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS*, Profeſſor Altorfinae celeberrimus, genealogiam Comitum Stadenſium dedit p. 1115. ſq. To. III Menck. ac Henrico Bono, Comiti Stadenſi, adtribuit *tres filias*, adiutus perſpicuo teſtimonio Annaliſtae Saxonis ad a. 969. p. 319. Prima fuit Cunegunda, Ditmari Merſeburgenſis mater. Chronographus Saxo ad a. 968. Annaliſta Saxo ad a. 1032. p. 463. Ditmarus Ann. L. IV. p. 351. 352. *ANNALISTA SAXO* ad a. 998. denuntiat obitum Cunegundae. Cunegundae ſoror indubie fuit *Hathui, Abbatiſſa Heslingenſis*, ob locum Ditmari L. II. p. 340. Supereſt igitur filia tertia, quam Schwarzius determinare noluit. Si Hathuigam non ſecludimus ; Thiderici certe mater ſeiungenda erit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Donatio Wulfhildis
ex membrana veteri:

„*WOLFILD* filia Ducis *Magni* cum conſenſu mundiburdi ſui *Heinrici* dedit pro re-„medio anime ſue *Dindinberch* ad Hoſpitale in Hildenſem cum omnibus illis impenſis, „quibus patri ſuo ſeruitium ad duos dies plenarie datum eſt, id eſt, ſedecim magnis „porcis et duobus mediocribus, unum ſolidum bene ualentibus, et totidem porcellis, „cum ſedecim gallinis et totidem caſeis, et C. et XX. ouis, et magno bachone cum ſuis „inteſtinis, et cado ſagiminis, et IV. cadis mellis. et ſex malteris tritici, et decem ſi-„liginis maioris menſure, et nonaginta modiis bracii minoris menſure, CC. et XL. mo-„diis auene. et IV. numis ad offerendum et lignorum et ſalis vicariorum, ollarum, ſcu-„tellarum, quantum opus fuerit. Inſuper illi, qui in ipſa fraternitate ſunt ad Hoſpitale, „in eodem loco emerunt manſum unum, ſingulis annis duos ſolidos ualentem.

# SECTIO IV.
## de
## Ducibus Brunſuicenſibus eorumque progenitoribus Italicis, a ſaeculo IX, ad XIV.

### Caput I, quo exponitur
### Origo ultima progenitorum ſtirpis maſculae Sereniſſimorum Electorum ac Ducum Brunſuicenſium ex Longobardis ac Ducibus Thuſciae Italiaeque Marchionibus ab aeuo Caroli Magni vsque ad medium ſaeculum XII vna cum iure quaeſtio in nonnullas Italiae partes.

*PRAEMONENDA.*

Quae maxime fuerunt huc usque perplexa ac obſcuriora in hiſtoria Brunsuicenſi, illuſtraturi, ad ſcripta Illuſtrium Virorum ac Celeberrimorum Luminum *Ludouici Antonii Muratorii*, G. G. *Leibnitii*, I. G. *Eccardi* ac *Ioannis Dauidis Koeleri* acceſſimus. In multis nobis vſui maximo fuit vir plurimum reverendus *Philippus Iulius Rehtmeierus*, a quo nonnulla gratiſſimo animo accepimus diplomata nec paucas emendationes acceſſioneſque Chronici Sui Brunsuico Luneburgenſis. A recentiori hiſtoria et negotio feudali calamum fere inhibuimus. Vt ita faceremus, rationes nobis exſtiterunt grauiſſimae. Forma libri, ni aliae ſuppeterent cauſſae, ampliorem recenſionem certe ferre non potuit.

*CONSPECTVS ET SVMMA TRACTATIONIS.*

§. 1. *Tabula genealogica I, ſiſtens maſculos progenitores Henrici Leonis ab anno* 811.
§. 2. *Tabula II. de poſteris liberisve Adalberti IV.*
§. 3. *Tabula III. de progenie Marchionis Alberti primi.*
§. 4. *Tabula IV repraeſentans poſteritatem Adalberti V.*
§. 5. *Conſanguinitas Azonum et VVelfi IV. cum Marchionibus Suſenſibus, Ducibus Sabaudicis, Henrico V. Imperatore. Tabula V.*
§. 6. *Guidonis II poſteritas. Tabula VI.*
§. 7. *Tabula VII, exhibens genus Hugonum, Italiae Marchionum, et Bertae, vxoris Adalberti II Marchionis.*
§. 8. *Tabula VIII ſiſtit genus Berengariorum, Bertae vxoris Adalberti II, et Conradi I ac II Regum Germaniae ex regio Carolingorum genere.*

§. 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. 9. *Tabulae IX et X exhibent genus famoſae Mathildis et Comitum Brunſuicenſium ex Berengario.*

§. 10. *Sententiae variae de origine Marchionum Eſtenſium.*

§. 11. *Exponitur inſtitutum noſtrum generatim reſpectu tabulae primae genealogicæ.*

§. 12. *De BONIFACIO I Comite Lucenſi et Duce Thuſciae.*

§. 13. *Coniectura de eo, quod RICHILDA ſeſe vocarit nationis Bavarorum.*

§. 14. *De BONIFACIO II Comite et fratre BERENGARIO ſeu Berehario.*

§. 15. *De ALBERTO ſeu ADELBERTO I, Bonifacii II filio.*

§. 16. *De ADALBERTO II, Diuite, eiusque vxore BERTA.*

§. 17. *De Guidone et Lamberto, filiis Adalberti* II.

§. 18. *Huberti vel Oberti I pater ADELBERTVS* III.

§. 19. *De OBERTO I, Marchione Italiae, Principe Papienſi et Comite ſacri palatii.*

§. 20. *OBERTI I. filii OBERTVS II, ADALBERTVS IV, ALBERTVS I, Anſelmus, Theodiſius. De Adalberto et eius progenie ſpeciatim agitur.*

§. 21. *De ALBERTO I et eius progenie, quae adhuc in ſplendidiſſima Malaſpinarum ſtirpe ſupereſt.*

§. 22. *Quis fuerit ALBERTVS ſeu OBERTVS, qui a Conrado* II. *et Henrico* III *diſſedit.*

§. 23. *De OBERTO II Marchione Italiae.*

§. 24. *De ADELBERTO V filio Oberti ſecundi et eius genealogia rebusque geſtis.*

§. 25. *De AZONE I, Azonis II patre.*

§. 26. *De AZONE II, patre Welſi IV.*

§. 27. *De eis, quae Welſi et Henrici in Italia poſſederunt, et in quae ius quaeſitum adſeritur Ducibus Brunſuicenſibus.*

§. 28. *Genus Cunizae, quae Azoni II Marchioni Longobardiae nupſit, maternum Lucemburgicum.*

## §. I.

# Tabula genealogica prima, ſiſtens maſculos progenitores Henrici Leonis ab a. 811.

*

*BONIFACIVS* I Comes Lucenſis et Dux Thuſciae a. 811.

*BONIFACIVS* II. Comes, Dux Thuſciae, praefectus Corſicae a. 829. Vx. *Berta.* | Beraldus ſeu Berharius ſeu Berengarius. 829. | Richilda Abbatiſſa a. 823.

*ADALBERTVS* I. Marchio et Dux Thuſciae, floret a. 847 -884. Vx. 1) Anonſuara 2) Rotildis ſoror Lamberti.

1. N. N. | 2. *ADALBERTVS* II. *Dives*, Marchio et Dux Thuſciae, † 917. 16. Sept. Vx. Berta Lotharii R. Lothar. filia, vidua Theobaldi Comitis Arelatenſis † 925. 8 Mart. | 2. Bonifacius Comes a. 884.

*GVIDO* I. Marchio et Dux Thuſciae † 930. ſeu 929. Vx. 1) N. N. 917. 2) Marozia, famoſa patritia Romana. | Lambertus Marchio et Dux Thuſciae a. 931. | Ermengarda.

*ADELBERTVS* III. Marchio Italiae floruit a. 940.

*OBERTVS* I ſeu *OBIZO*, Marchio Italiae, Comes ſacri Palatii a. 951. 972. † ante annum 996.

*OBERTVS* II. M. Ital. floret 994. † ante 1026. | *ADALBERTVS* IV. M. 977. - 1001. Vxor Adelaxia. Tab. II. | *ALBERTVS* I. M. 977. - 996. Vxor Iulitta. Tab. III. | *ANSELMVS* 1014. | Theodiſius Comes. — Hugo a. 1011. — Hugo.

*ALBERTVS AZO* I. M. Ital. et Comes a. 1014. 1029. Vxor Adela, Adeleida, filia Odelrici Tab. V. | *HVGO* I. Marchio et Comes 1014 - 1038. — Hugo II. a. 1050. 1097. | Adelbertus V. M. 1033. Vxor Adeleyda filia Com. Boſonis. Ipſe † 1034. 6 Ian. Tab. IV. | Guido II. Marchio a. 1029. Tab. VI. | Bertha, vxor Odelrici Maginfredi a. 1002. Tab. V.

*ALBERTVS AZO* II. Marchio Ital. et Comes Lunigianae, Dominus de Eſte et Rouigo, natus 996. † 1097. 13 Apr. Vx. 1) Cunigunda, Welfi II. filia. 2) Garſenda. 3) Mathilda, vidua Guidonis III.

1. *WELFO* IV. Dux Bauariae 1071. † 1101. | 2. *FVLCO* I. M. Ital. † 1136. | 2. *HVGO* II. M. Ital. Vxor filia Roberti Guiſcardi. | 3. Adelaſia.

Linea *WELFONIS* IV.:

*WELFO* V. | *HENRICVS NIGER* † 1127 Dominus de Eſte.

Filii *HENRICI NIGRI*: Conrad9 Monachus. | *HENRIC9* Magnanimus. Dux Bauariae et Saxoniae, Dominus Brunsuici et Luneburgi. † 1139. | Welfo VI. — Welfo VII. | Sorores IV.

*HENRICVS LEO* † 1195. 6 Aug.

*WILHELMVS Wintonienſis* † 1212. Ab eo deſcendunt Duces et Electores Brunsuic. et Luneburg.

Linea *FVLCONIS* I.:

Bonifacius. † 1163. | *OBIZO* † 1194. | Folco II. † 1178. — Bonifacius IV. † 1190. | Albertus † 1184. | Azo IV.

Filii *OBIZONIS*: Bonifacius V 1212. | Maria 1163. | *AZO* V. † 1193.

*AZO* VI. † 1212.

Aldobrandinus, Marchio de Eſte et Ancona † 1215. | *AZO* VII. † 1264. Ex hoc Duces Mutinenſes. | Beatrix I. fundat cœnobium Gemmulae † 1226.

Linea *HVGONIS* II.:

Azo III. Marchio † 1142. | Tancredus Marchio † 1145. — Manfredus † 1164. | Robertus Marchio a. 1121.

## §. II.
## Tabula ſecunda genealogica de poſteris liberisue Adalberti IV.

Obertus I ſeu Obizo

Adalbertus IV. Vxor Adelaxia.

Adelbertus VII. a. 1000. — Bertha, vxor Lanfranci, Comitis Aucienſis a. 1002. 1012.

## §. III.
## Tabula tertia de progenie Marchionis Alberti primi.

Obertus I.

Albertus I Vxor Iulitta, filia Vberti Comitis Parmenſis.

Guido — Obertus vxor Giſla. — Hugo a. 1050.

Guilielmus. — Obertus ſeu Obizo. 1053. 1060. Vx. Ermengarda.

Albertus II. Vx. 1) Adeleida, filia Marchionis Adelberti V. a. 1077. 1084. 2) Picena a. 1090. — Purpurella, nupta Hildebrando a. 1076.

1. Obertus ſeu Obizo a. 1076. 1097. — 1. Amedeus. a. 1076. 1077. — 2. Labinia a. 1097.

Obitius, dictus Malaſpina. Vnde Maleſpinarum familia.

## §. IV.
## Tabula quarta, repraeſentans poſteritatem Adelberti V.

Adalbertus V. † 1034. 6 Ian. Vx. Adelheida.

Guilielmus. — Adeleida vxor Alberti II. — Obertus.

Guilielmus Franciſcus a. 1124.

Reginardus a. 1126.

Guilielmus a. 1156.

(Obertus:) Hugo a. 1103. — Vbertinus, Marchio Pallauicinus a. 1124.

Ubertus Pallauicinus a. 1139-1143. † 1147.

* *

Bertoldus de Burgo.

Fredericus. a. 1175. — Otto Pallauicinus a. 1175.

## §. V.
## Conſanguinitas Azonum et Welfi IV. cum Marchionibus Suſenſibus et Ducibus Sabaudicis, ac Henrico V. Imperatore. Tab. V.

*

Obertus II. Marchio Eſtenſis.
- Azo I, vx. Adela.
  - Azo II.
    - Welfo IV.
- Berta.
  - Adelais.
    - Berta, vxor Henrici IV. Imp. a. 1067.

*

Marchiones Suſenſes
N. N.
- Ardoinus I.
  - Ardoinus II.
    - Ardoinus III.
      - Otto Comes.
      - Vlricus Ep. in Aſti.
    - *MAGINFREDVS* Marchio a. 1001.
      - *ODELRICVS* Maginfredi. Marchio. Vxor Berta, Oberti II filia.
        - *ADELAIS* ſeu *ADELA* nupta 1) Azoni I Marchioni Italiae 2) Ottoni Marchioni Turinorum 1050. Ipſa † 1091. 19 Dec.
          - 1. *AMEDEVS* Dux Sabaudiae. *Lamb. Schafnab.* ad a. 1077. Hinc Duces Sabaudiae.
          - 2. *BERTA*, vxor Henrici IV. a. 1067 † 1087.
        - N. N. Comes de Monte Bardorum.
        - *IMMVLA* ſeu *IRMENGARDIS.* Nupta 1) Ottoni, Com. Schwinfurt. Duci Sueuiae. 2) Egberto I. Comiti Brunsuic. a. 1058.
    - Otto ſeu Dodo.
      - *ARDOINVS* IV. Rex italiae a. 1002 † 1015. 14 Dec. vx. Berta.
        - Ardoinus V.
        - Otto.
- Rogerius.
  - Rogerius.

## §. VI.
## Guidonis II poſteritas, in tabulam ſextam redacta.

*OBERTVS* II.
- *GVIDO* II Marchio a. 1029.
  - *Raginerus* 1014.
  - *Iohannes* 1014.
  - *WIDO.* Vx. Mathilda, ſoror Wilhelmi Epiſcopi Papienſis.
    - *Iohannes* a. 1053.
    - *Winitio* ſeu *Guido* 1053.
      - *Vbertus* C. de Montebello, cognomine Maltrauerſus a. 1107.

## §. VII.

### Tabula ſeptima genealogica, exhibens genus Hugonum, Italiae Marchionum, et Bertae, vxoris Adalberti II, Marchionis.

*

*THETBALDVS* I Comes Arelatenſis.

*THETBALDVS* II C. Vxor *Bertha*, filia Lotharii Regis et Waldradae, quae, defuncto Thetbaldo, nupſit Adalberto II.

| | |
|---|---|
| *HVGO*, Rex Italiae † 947. Vx. 1) Willa. 2) Alda. 3) Wandelmoda. 4) Berta. Concubinae quinque. 5) Bezola. 6) Roza. 7) Stephania. | *BOSO*, Marchio Thuſciae. Vxor Willa. |

Liberi Bosonis:

| | | |
|---|---|---|
| Willa vxor Berengarii March. Eporegiae. | Adeleida nupta Adelberto V. | Berta, Gisla, Richilda. |

Liberi Hugonis:

| 2. | 3. | 5. | 5. | 6. | 7. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Lotharius R. Italiae † 950. Vx. Adelheidis. | Hubertus Marchio Thuſciae. Vx. Willa. | Boſo. Ep. Placent. † 952. | Berta ſeu Eudoxia. Vx. Romani Imp. Cpol. | N. filia pulcra. | Theobaldus Diaconus. | Rolende nupta Bernhardo Comiti. |
| Emma, vxor Lotharii Reg. Franc. | Hugo iunior Marchio Thuſciae. | | | | | Vbertus Diaconus a. 1001. |
| | Willa vx. Arduini Ardiccionis. | Rolende. | | | | |

## §. VIII.

## Tabula VIII ſiſtit genus Berengariorum, Bertae vxoris Adalberti II, et Conradi I et II ex regio Carolingorum genere.

- * Ludouicus Pius Imp.
  - Lotharius Imp.
    - Lotharius R. Vxor Waldrada.
      - Hugo.
      - Berta Vx. 1) Thetbaldi II. 2) Adelberti II.
  - Alpais Begonis vxor.
    - Eberhardus Vx. Adelindis.
      - Hugo. Vx. Hildegardis.
        - Eberhardus. Vx. Eadiua.
          - Gerardus C. Metenſis.
          - Adalbertus Comes Alſatiae.
          - Adelheidis vx. Henrici Ducis Francor.
            - Conradus II Salicus Imp.
        - Hugo.
          - Hugo. Vx. Heilewidis.
            - Leo IX. Papa.
    - Letardus
      - Ermengarda nupta Manaſſi Comiti Matisconenſi. (c)
  - Giſela vx. Euerhardi.
- * Berengarius Comes in charta Caroli M. fortaſſis Bonifacii I. filius.
  - Hunrocus Comes. vx. Ingeltrudis. (a)
    - N. filius. vx. ſoror Erneſti March. Baioariae, cuius liberi
      - N. vxor Carolomanni R.
      - Erneſtus iunior.
    - Everhardus March. Foro Iul. vx. Giſela filia Ludouici Pii. (b)
      - Unroch. C.
        - N. filia rapta a nepote Luitwardi Ep. Vercell.
      - Berengarius Imp. Vx. Bertila.
        - Gisela vx. Adalberti March. Epored.
          - Berengarius II. Rex Ital. Vx. Willa.
            - Adalbertus R. Italiae, pulſus ab Ottone M. a. 966.
      - Adalardus.
        - Berengarius Comes Lummenſis ſeu Namurcenſis a. 908. 932.
      - Rudolfus Abbas.
      - Engeltrudis.
      - Iudith ſeu Ota vxor Werinherii Com. Franc. poſtea Arnulfi Imp. Ex Werinherio
        - Conradus C.
          - Conradus I. Salicus Rex.
      - Heilwich Vx. Ottonis Illuſtris Duc. Saxon.
    - Berengarius Dux Septimaniae † 835.
    - Hunricus, a. 8[illegible]9.
      - Adalroch Comes.
    - Adalardus. Abbas S. Bertini a. 844 † 864.
  - N.N.
    - Albigarius C.

Patet ex tabulis VII et VIII, coniecturas eorum in auras et fumum abire, qui origines Azonum Eſtenſium ex *Hugonibus* et *Berengariis* deducere adnituntur. Nec vſus ille eſt ſpernendus, perſpici hac ratione eos eorumque progeniem, quibuscum Azonum maiores in Italia rem frequentiſſime habuerunt.

§. IX.

(a) Vide I. G. *ECCARDVM de rebus Francicis* Lib. XXXI. §. 73. p. 482. et *Ioannem Danidem KOELERVM* in *Tabula V. de Familia Auguſta Carolingica.*

(b) *IDEM* ad *Agii Vitam Hathumodae Abbatiſſae* p. 39. ſq.

(c) *IDEM* in *Origg. Habsburgo-Auſtriac.* L. I. c. V. p. 47. ſqq.

## §. IX.

Tabula nona et decima inſeruiunt illuſtrationi dicendorum. In priori exhibetur genus famoſae Mathildis, Welfoni V nuptae. In poſteriori exhibentur antiquiſſimi Duces, Marchiones et Comites Franconiae, ac Comitum Brunsuicenſium genus per feminas ex Berengario Marchione Foroiulienſi.

Tabula IX. ex coaeuis ſcriptoribus, praecipue ex *Donnizone*.

*

- *SIGEFRIDVS*, ortus exComitatu Lucenſi.
  - *Sigefridus*, incolit Parmam.
    - *Berengarius.*
    - *Hugo.*
  - *ATTO* tenet Canoſſae caſtrum, tutator Adelheidae reginae. Comes factus ab Ottone I. Vxor Idegarda.
    - *Gothefredus* Brix. Ep.
    - *THEDALDVS*, tenens Ferraram et Canoſſam. Vxor Guillia.
      - *Thedaldus* Ep. Aretinus.
      - *BONIFACIVS* miles ſtrenuus et Comes. † 1052. Vx. 1) *Richilda*, filia Giſelberti ſeu Gisberti Principis, improlis, ſepulta Nouariae. 2) *Beatrix*, Friderici Ducis Lotharingiae et Mathildis filia, quae, defuncto Bonifacio, nupſit Godefrido Barbato a. 1054.
        - 2. Rudolfus † praemature.
        - 2. Conradus † immature.
        - 2. *MATHILDIS*, Marchioniſſa diuitiſſima † 1115. 24. Jul. Mariti 1) Godefredus Gibboſus, Dux Lotharingiae inferioris, occiſus a. 1076. Antwerpiae. 2) Welfus V. a. 1088, quem ipſa deſeruit a. 1095.
      - *Conradus* vir prudens et bellicoſus † 1030. ſepultus Canuſii.
  - *Gerardus* incolit Parmam.

Celeberrimus *GVICHENON*, hiſtoriae Sabaudicae ſcriptor luculentiſſimus, Herimanno Duci Sueuiae ac Alſatiae tribuit uxorem Adelaidem, Odelrici et Bertae filiam. Res vero ſecus ſe habet. Vt hoc oſtendatur, ac Werinherii atque Iudithae ex Berengario natae, innoteſcat genus, in primis Giſelae, Principis Brunsuicenſis; ideo addendam cenſui tabulam X, quam teſtimoniis olim praemuniuit probatiſſimis *IOANNES GEORGIVS ab ECCARD* ita, vt nihil ſupra. (a) Operae pretium eſt, conſeruari operam, tabulae inſumtam.

*WE-*

(a) Repetiit eam in *Origg. Habsburgo-Auſtriacis* L. II. c. 1. §. II. p. 73. Iudithae vero, vxoris Werinharii, genus addidit *rerum Francicarum* L. XXXIII. §. III. p. 825.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*WERINHERVS* I Comes Franciae a. 900.
Vx. 1) N. N. 2) *Inditha* ſeu *Vta*, filia Marchionis Foroiulienſis Eberhardi.

1. *GEBHARDVS* C. † 902.
- *VDO* Dux Franciae † 949. Vx. filia Heriberti Com. Veromand.
  - *GEVEHARDVS* Comes † 938.
    - *Eberhardus.*
      - *Luitgardis.* Vx. Lancelini Comitis Altenburg.
      - *Gebehardus.*
  - *VDO* Dux Franciae † 982.
  - *CONRADVS* Dux Sueuiae † 997. et *VDO* Ep. Ratisbon. a. 950. † 965. 27 Aug.
    - *HERIMANNVS* Dux Sueuiae et Alſatiae † 1004. Vxor Gerberga Burgunda.
      - *GISELA.* Vxor 1) Brunonis Principis Brunsuic. 2) Erneſti Ducis Sueuiae. 3) Conradi II Imp.
      - Mathildis vx. Conradi Ducis Carentan.
      - HermannusDux Sueuiae, puer † 1012.
  - *Heribertus* Comes † 997
  - *Inditha*, vxor Henrici Comitis Stadenſis, auia Ditmari Ep. Mersb.
- *Herimannus*, Dux Sueuiae † 949. Vx. Regilinda.
  - *Ida*, nupta Ludolfo filio Ottonis M.
- *Gebehardus* † 936.

1. *EBERHARDVS* Comes † 902.
- *Conradus* Curcipoldus Comes † 948. 30 Iun.

1. *RVDOLFVS* Ep. Herbip. 892. † 908.
- *Werinherus* II Comes † 913.
  - Conradus
    - Otto
      - *HENRICVS* ſeu *HEZILO.*
        - *CONRADVS* II. Imper. Vxor Giſela.
          - *HENRICVS* III.
            - *HENRICVS* IV. Imp. Vx. 1) *Berta* filia Ottonis et Adelheidae 2) *Adelheida.*
              - *HENRICVS* V. Imp.
      - *CONRADUS*
        - *CONRADUS* D. Franc. et Carent Vx. *Matildis* filia Hermanni II.

2. *CONRADVS* Comes † 906. vx. *Glismuot* † 924. 26 Apr.
- *CONRADVS* I. Rex Germ. vx. Chunegunda 913.
- *EBERHARDVS* Dux Franc. † 938.
  - *CONRADVS* Comes † 953.
- *OTTO* Comes † 918.

Egregie hanc tabulam probat e veteribus ſcriptoribus et confirmat Celeb. *IOANNES DAVID KOELERVS* de *Familia Auguſta Franconica* Altdorfi 1722. 4. Ipſe tamen non audet *Werinherum*, Comitem Franciae, Conrado Seniori fratribusque Rudolfo, Gebelhardo et Eberhardo patrem adſignare. Praeterea omittit docere, Werinherum II eſſe fratrem Conradi Curcipoldi ſeu Sapientis. Vdoni, Comiti Franciae, qui obiit a. 949 tribuit filium *VDONEM* Epiſcopum Argentoratenſem XXXIII, electum a. 950, mortuum 965. 27 Aug. *CONTINVATOR REGINONIS* ad a. 950. *Rothardus Strasburgenſis Epiſcopus obiit, cui Vdo, filius Vdonis, Comitis, in Epiſcopatu ſucceſſit.* Mortem is ad annum 965 refert. Diem addit *NECROLOGIVM FVLDENSE* Leibn. T. I. p. 764. Sed idem ad a. 949. *filios* tribuit Vdoni, quorum vnum duntaxat dedit *KOELERVS.* Idae frater *Geuehardus* anno 936 in obſidione Badeliki cecidit. *WITICHINDVS* Annal. L. II. p. 644. Hunc male omiſerat *ECCARDVS.*

§. X.

## §. X.

### *Sententiae variae de origine Marchionum Eſtenſium.*

Bona, quae Duces Saxoniae quondam ab eccleſia Gandershemenſi ex feudali nexu tenuerunt, poſſeſſa ſunt a Brunone et Fratre Ottone, Henrico Aucupe et Ottone I. Inde ea in Billungicos Duces Comitesque fuerunt translata. *MAGNO* tandem defuncto, Lotharius Saxo cum ſuis eadem receperunt. Quo rurſus defuncto Henricus Magnanimus eadem feuda obtinuit, et ad poſteros transmiſit, qui inſignia eis addiderunt augmenta. Iure igitur noſtro quaerimus, queis originibus maſculum Henricorum genus fuerit editum. *LEIBNITIVS*, vir immortalis memoriae, olim a *DOMINIS TERRARVM BRVNSVICENSIVM SERENISSIMIS* in Italiam mittebatur, vt ſingula exquireret, quae ad antiquiſſimos herorum ſuorum natales facere videbantur. Difficultates enim inſunt inextricabiles in eruendis Azonis I progenitoribus. Turbant lectorem crebra Azonum et Obizonum ac Adelbertorum Otbertorumque nomina. Nec ſcriptores hiſtorici, quibus intercluſa fuerunt *Archiua*, tantum ſuppeditarunt materiae, quantum ad euoluendam ſeriem genealogicam ſufficit. *AZONIS* II genus eſſe longe vetuſtiſſimum et gloria antiqua celebre, fatentur vel ſuspicantur omnes. Pauci vero neruos intendere potuerunt eo vsque, vt ad origines vltimas generis tam glorioſi penetrare eis licuerit. *MVRATORIVS*, vir patriae ſuae, et Italiae totius perenne decus, egregie prorſus: (a) *Vero è, che per intendere la ſingolar Nobiltà del Marcheſe Azzo, e per immaginare fondamente Nobiliſſimi i ſuoi Maggiori, nulla più ſarebbe neceſſario, que quanto ſinqui ci ha ſuggerito la ſtoria intorno a lui ſteſſo. Vno, che nel Secolo XI ſi contò fra i più coſpicui Principi, e più illuſtri Principi, e più ricchi Signori d' Italia; uno, che fu dè più amati, o ſtimati da' ſommi Pontefici, e da gl' Imperadori; che contraſſe Parentela con quaſi tutti i più illuſtri Principi della Germania, e della Francia; che ebbe Figliuoli arrichiti di un Ducato inſigne, e di moltiſſimi ſtati, e imparentati anch' eſſi con Imperadori, Re, ed altri Principi dell' Europa: queſti ſenza fallo biſogna che foſſe di natali Nobiliſſimi, e che lo ſplendore ancora de' ſuoi Antenati ſeruiſſe a lui per fare una sì gran figura nel Mondo d'allora.* Tanta Eſtenſis ſanguinis gloria accendit plurimos, vt accuratius in origines eius vltimas peruestigandas excurrerent. Qui dulcium ſomniorum ſunt amatores, delabuntur ad Actios, Anicios, Iulios et Reges Troum, vt ex Phrygia tanquam ex equo Troiano repetant clariſſimas Europae familias. Haud equidem negauerim, Teutonos et Dardanios Phrygasque communi ſtirpe fuiſſe editos. Longobardos vero Teutonorum exſtitiſſe partem: et Azonum maiores vocari Longobardos. Sed memini, eos non fuiſſe omnes Longobardos, qui in Italia de natione Longobardica eiusque lege cenſebantur. *LEO OSTIENSIS* ad a. 926 Azonum progenitores ex Francia arceſſit. En eius verba: *Cum hoc Vgone venit Italiam AZZO Comes, auunculus Berardi illius, qui cognominatus est Franciſcus, propinquus eiusdem Regis, a quo videlicet Marſorum Comites procreati ſunt.* Ex hoc teſtimonio fama per ſaecula ſubſecuta manauit, perhibens, maiores *AZONIS PRIMI* ad Reges Franciae ſuum per mares deduxiſſe genus. At *LEO* ille aetatis interuallo a natalibus Azonum fuit ſatis disiunctus. Diſcrepat prorſus a Leone vnum et alterum momentum, ex antiquitate productum. Sunt profecto e maioribus Azonum nonnulli, qui ſeſe perſpicuis verbis vocant Longobardos. Alterum eſt, quod Azones haud ſecus ac progenitores ipſorum profeſſi ſint, ſeſe vivere lege, non Salia, ſed nationis Longobardorum. Franci vero viuebant lege Salia. Leonis Oſtienſis ſententiam ſecutus fuit olim *REINERVS REINECCIVS* in *Appendice ad Chronicon Helmoldi.* Si coniecturis locus eſt, Azones ex Longobardicis Principibus procreati ſunt vltimamque originem in Germanica Longobardorum ſede recondunt. Vt ita ſuſpicer, inducor variis argumentis. Pleraque Eſtenſium Principum nomina ſunt Longobardica et Germanica. *Adelbert* eſt ex *Adel* et *wert.* Vocem hanc contraxerunt in *Albert, Vbert, Obizo, Azo, Ecil, Hezil.* Nomina *Adelbertorum*, *Aribertorum* (b) et *Albertorum* Longobardis erant familiariſſima. Germanis tritiſſimum eſt nomen *Albrecht.* Nec deſperandum eſt, fore tempora, quae ex ſcriptoribus et monumentis, adhuc ineditis, Azonum genealogiam vltra Caroli Magni aetatem nobis, idque ex hiſtoria Longobardica, ſint aucturi ac prorogaturi.



(a) In libro: *Trattato delle Antichità Eſtenſi ed Italiane* a. 1717. fol. Part. I. c. IX. p. 67.
(b) *PAVLLVS WARNEFRIDVS* de *Geſtis Longobard.* L. VI. c. 28. p. 124.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## §. XI.
## *Exponitur inſtitutum noſtrum generatim reſpectu tabulæ primæ genealogicæ.*

Excerpſeram hinc inde, praecipue ex duabus litteris *MVRATORII* ad G. G. *Leibnitium* datis, quae ad Azonum genus facere videbantur, nec tamen ſpes adfulgebat producendi cohaerentem genealogiam, donec inciderem in eiusdem *LVDOVICI ANTONII MVRATORII librum de Antiquitatibus Eſtenſibus et Italicis*, qui ſitim intolerabilem reſtinxit eoque in ſtatu cogitationes meas collocauit, vt nonnulla addere potuerim, a Muratorio praetermiſſa. Inde prodierunt pleraeque tabulae praemiſſae. Prima id habet eximii, vt a *BONIFACIO* ad *Guidonem* et *Lambertum* ſeries ſibi conſtet et teſtimoniis veterum congruat. Albertum III eſſe Guidonis I filium, doceri huc vsque nequit ex perſpicuo quodam documento. Coniecturis heic ſi locus non eſt, ſeries eſt rumpenda et denuo ab Adelberto III inchoanda. Veroſimilitudinem tamen adiuuant Adelbertorum nomen, eiusdem poſſeſſionis et nominis *Guidonum* continuatio, tempus conueniens, et ſilentium ſcriptorum, quippe qui *ADELBERTVM* III a progenie noua non deducunt. Cetera ab *ADELBERTO* III ad *HENRICVM* vsque *LEONEM* et Azonem VII accurate decurrunt, et documentis veterum inſiſtunt. Si qua laus eſt ex hiſce tabulis ſperanda, eius primae *MVRATORIO* et *ECCARDO* debentur. Mihi id vnice tribuendum, quod ea, quae Italice, vel in voluminibus prolixis, leguntur, cum lectore Latino conciſe et perſpicue cmmunicauerim.

## §. XII.
## *De Bonifacio I Comite Luccenſi et Duce Thuſciae.*

Anno 813 Luccae, capiti Thuſciae regionis, *BONIFACIUS* quidam Comes praefuit. Nam Adelardus Abbas et Miſſus Imperatoris commendauit tunc Clericum *Bonifacio Illuſtriſſimo Comiti.* (a) Florentini addunt, Bonifacium hunc fuiſſe Marchionem ſeu Ducem Thuſciae. (b) *RICHILDA*, virgo ſacra et Abbatiſſa, fuit ipſius filia, *nationis*que *Bauarorum* (c) et *BONIFACII* II Comitis germana. (d) Vnde patet, Bonifacium arcto cognationis vinculo cum Principibus Bauariae fuiſſe coniunctum, filioque Bonifacio II exſtitiſſe clarum.

## §. XIII.
## *Coniectura de eo, quod Richilda ſeſe vocauit nationis Bauarorum.*

Richilda ſeſe perhibuit fuiſſe nationis Baiuwariorum. *RENA*, ſcriptor Florentinus, edidit diploma, anno 823 Luccae ſcriptum, in quo *RICHILDA* dicitur *filia bonae memoriae Bonifatii Comiti, natio Baiuvariorum.* (*) Hinc non ſolum diſcimus, Bonifacium iam anno 823 in mortuis fuiſſe numeratum, ſed illud quoque, ipſum aeque ac filiam genus ſuum retuliſſe ad gentem Bauarorum, ſeu reſpectu legum, ſeu ratione generationis. Florebant olim per Italiam leges diuerſae: Primo quidem *Romanae*; porro *Longobardicae*, a Longobardis introductae; tum *Saliae* a Pipino et Carolo Magno inuectae; et tandem *Bauaricae*, ab Ariperto I, Rege Longobardorum Bauarico, adſcitae, et a *LINDENBROGIO* nuper collectae. Quomodo viri illuſtres ac leges ex Bauaria in Longobardiam peruenerint, eſt diuinatu facillimum, dummodo recordemur, Reges Longobardorum dimidiam partem fuiſſe ex Faſſilone, Duce Bauariae, hunc in modum Procreatos, et deductos.

TAS-

(a) FLORENTIN. MEM. di Matild. L. III. p. 1.
(b) *MVRATORIVS* P. I di *Antichità Eſtenſi* c. XXII. p. 207.
(c) *RENA Serie de' Duchi di Toſc.* p. 95.
(d) *Signum manus Bonifati Comitis germanus ſupra dictae Abbatiſſae,* (Richildae) *per cuius licentiam hoc factum eſt.* Finis Diplomatis, obuii l. c.
(*) *RENA Serie de' Duchi di Toſcana* p. 95.

*

*TASSILO* Dux Bauariae.

*GARIBALDVS* Dux Bauariae

*GVNDOALDVS* Dux Bauariae, fugit in Longobardiam. Dux in ciuitate Aſtenſi.

*THEVDELINDA.* Mariti 1) Antharith Rex Longobardorum 2) Agilulfus ſiue *Ago* Rex Longobardorum.

*ARIPERTVS* Rex Longob.

*ADALOALDVS* Rex Longob.

2. *Gundeberga*, vxor Rodoaldi Ducis Spoleti.

*BERTHARITH*, Rex Longob.

*CVNIPERTVS* Rex Longob.

*LIVTPERTVS* Rex Longob.

*Wigilinda*, vx. Grimoaldi.

*TRANSEMVNDVS* Comes Capuæ, et Dux Spoleti poſt *Attonem*. Vxor *Giſa*, Grimoaldi Regis Longob. filia.

*Faroaldus.*

*Traſemundus*, Dux Spoleti, a Luitprando Rege Longob. expulſus.

*Gundelbertus.*

*Ragumbertus* Socius Rex Longob.

*ARIPERTVS* II. Rex Longob.

*Guntbertus.*

N.N. nupta Grimoaldo, Duci Samnitium et Beneuenti, Regi tandem Longob.

*Giſa.*

*Romoaldus* vx. Theoderada.

*Grimoaldus.* vxor Wigilinda, Cuniperti R. ſoror.

*Giſulfus.* Winiberta Vx.

*Romoaldꝰ.* Vx. 1) Guntberga 2) Raniguuda.

*Giſulfus* Vx. Coniberga.

*Arichis.*

Aripertus conſtituit *Attonem* Spoleti Ducem. (a) *Ago*, Dux Foroiulienſis, floruit itidem ſub Ariperto I, et ex eo *domus Agonis* dicta. (b) Ago ex pronuntiatione Italica non admodum differt ab Azo. Quare non improbabile eſt, Azones ex Agilulfis fuiſſe editos.

## §. XIV.

### *De Bonifacio II Comite et fratre Berengario ſeu Berehario.*

*BONIFACIVS* II Comes, Abbatiſſae Richildae germanus, Bonifacii primi filius, patre iam anno 823 orbatus, a Ludouico Pio Imperatore Corſicae Inſulae a. 828 praefectus eſt. Ex Corſica cum fratre Beraldo, quem alii Bereharium vocant, in Africam transuectus, quinquies cum Afris conflixit, metuque ſui inaudito in Africa relicto, ſociis receptis naues patriamque repetiit. (c) *ANNALES FRANCICI* ad a. 828 (d) addunt, quod expeditionis illius ſocios adſumſerit fratrem *Beretharium et alios quosdam Comites de Thuſcia.* In primis Imperatori fidem ſuam probauit, vxoremque ipſius periculis ereptam ad Ludouicum Aquisgranum incolumem perduxit, inimicis obnoxiam. (e) Incidit haec fidelitatis ſignificatio in annum 834. Anno 837 (f) obiit legatio-

(a) *PAVLVS WARNEFRIDVS* de geſtis Longobardorum L.V. c. 52.

(b) *IDEM* L.V. c. 17. p. 297. ed. Frid. Lindenbrogii Hamburgi 1611. 4.

(c) *AVCTOR VITAE LVDOVICI* p. 389. ſq. *Bonifacius Comes, ab Imperatore Corſicae praefectus inſulae, cum fratre BERALDO aliisque adiunctis ſibi, conſcenſa parua claſſe, dum piratas peruagando maria requirit et non inuenit, Sardorum amicorum ſibi inſulam adpulit indeque aliquos gnaros marini itineris ſibi adſumens, in Africam profectus eſt, et transuectus inter Vticam et Carthaginem. Contra quem multitudo Afrorum conueniens quinquies conflixit, inter quos et quosdam contigit oppetere noſtrum - - Bonifacius tamen, ſociis receptis, ad naues ſe collegit, patriamque repetiuit atque inauditum metum prius Afris reliquit.*

(d) *MVRATORIVS* de' *Antichita Eſtenſi* c. XXII. p. 208.

(e) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 834. *Factum eſt, quum ſentirent, qui fideles erant Domno Imperatori in Italia, Rathboldus videlicet Epiſcopus, BONIFACIVS COMES, Pippinus, conſanguineus Imperatoris, aliique quam plures, quod coniugem eius quidam inimicorum morti tradere vellent, miſerunt ſub omni celeritate, qui illam eriperent, ereptamque usque ad praeſentiam Domni Imperatoris in Aquis incolumen perduxerunt.* Conf. *THEGANVS* L. I. p. 79. et *AVCTOR* anonymus vitae Ludouici p. 404. *NITHARDVS* L. I. Hiſt. ad a. 834.

(f) *ANNALES FRANCICI* ad e. a.

tionem in Septimaniam, et anno 836 (g) a Lothario petiit confirmationem beneficiorum, quae a Ludouico patre obtinuerat.

## §. XV.

### *De Alberto ſeu Adelberto I, Bonifacii II filio.*

Circa hoc tempus apud ſcriptores eſt obuius *ALBERTVS Bonifacii filius* et *ADALBERTVS Bonifacii filius*, Marchio Thuſciae. Quis non illico animaduertit Bonifacii II, Comitis et Ducis Thuſciae, filium, patris ſucceſſorem? *ANNALES FVLDENSES* apud Freherum ad annum 878: *Lantbertus Witonis filius et Adalbertus Bonifacii filius Romam cum manu valida ingreſſi ſunt, et, Iohanne Romano Pontifice ſub cuſtodia retento, optimates Romanorum fidelitatem Carlmanno ſacramento firmare coëgit.* Si ipſe eſt *Adalbertus Comes*, cuius ad annos 839 et 840 fit mentio, eum, patre viuo, in aula verſatum et ad Rhenum partes prouinciae Francicae tuitum eſſe oportuit. Adpellatur nunc *Comes*, nunc *Marchio*, nunc *Dux Thuſciae*, vti ex membranis Archivi Epiſcopalis Luccenſis non vnis ad annos 847. 853. 866. 870. et 875 patet. (i) Eo quod per vim induxerat vna cum Duce Spoleti Lamberto Iohannem Papam ad diadema imperatorium Carlomanno imponendum; (k) ab eodem Pontifice in concilio Tricaſſino II a communione fidelium fuit extorris pronuntiatus. (l) Inde tamen ne minimum dignitatis ſuae quidem fecit damnum. Nam paullo poſt Pontifex cenſuram mitigauit et immerentem abſoluit. (m) Dignum eſt memoratu, ipſum Adelbertum ab anno 879 ad annum 886 continuo dici *Ducem Thuſciae*, vti ex membranis, paullo ante indicatis, innoteſcit. Agitatae inter haec lites Guidonem inter et Berengarium, candidatos diadematis regalis aemulos, Italiam diſtraxerunt. Acceſſit quoque competitor tertius, Rex Germaniae, *ARNOLFVS*, qui reliquis praeualuit. Velificatus fuit Adelbertus ita omnibus, vt, in alterius gratiam, neutri inferret noxas. Qua arte ſibi ſuisque conſuluit, retentis dignitatum ornamentis. Primum fauit Guidoni. *INCERTVS AVCTOR* Panegyrici in Berengarium Lib. II. p. 243. (n)

*Iamque morae impatiens glomerat BONIFACVS amicos.*

Anno 888 Guido Berengarium vicit, ideoque inde in poſterum annos imperii numerare eſt exorſus. (o) Abiit igitur Berengarius in Germaniam ad Arnulfum, eiusque auctoritatem ac auxilium implorauit. Ingreſſus tandem eſt Arnulfus anno 894 Longobardiam, ac, Bergamo capto, peruenit ad Placentiam vsque, vnde in Galliam, Rudolfo nociturus, fruſtra diuertit. Eodem anno obiit *GVIDO*, qui Imperatoris per Italiam tenebat nomen, eique ſucceſſit filius *LAMPERTVS.* (p) Anno 896 reuertit in Italiam *ARNVLFVS*, inuito quidem Berengario, qui cum Lamberto foedus percuſſerat: petiuit Romam: et diadema adſumſit, Imperatore dignum. (q) Anno 898 obiit Lambertus. (†) Berengarius, vndique ſecurus, praeter opinionem a Ludouico Boſonis filio infeſtatus eſt, quem tamen ſic coniecit in anguſtias, vt eiuraret Italiam. Haſce inter diſſenſiones Italicas exceſſit Arnulfus, tertio Kalendas Decembris. (r) Anno 901 (s) Ludouicus ille diadema Italiae obtinuit, pulſo Berengario, qui tamen reſumtis viribus, anno 916 ipſa Paſchatis feſta die Imperator eſt in-

(g) *ANNALES BERTINIANI* ad e. a. *De Epiſcopis atque Comitibus, qui dudum cum Auguſta fideli deuotione de Italia venerant, vt eis ſedes propriae et Comitatus, ac Beneficia, ſeu Res propriae redderentur. Ad haec Lotharius per Miſſos ſuos, oppoſitis quibusdam conditionibus, non in omnibus ſe aſſentiri poſſe mandauit.*

(i) *FIORENTIN. MEM. di Matild.* L. III. p. 17.

(k) *ANNALES FVLDENSES* ad a. 878. p. 42. *IOANNES* VIII. Epiſt. 72. 82. 84. 85. et in *epiſtola ad Anſpertum Archiepiſc. Mediolanenſem* apud *BARONIVM* To. X. Annal. eccleſiaſt. ad a. 878. n. XI. p. 533.

(l) *AIMOINVS* in *Annalibus* L. V. c. 37.

(m) *IOANNES* VIII. Ep. 258.

(n) To. I. *LEIBNITII Scriptor. Brunsuic.*

(o) *REGINO Chron.* L. II. ad e. a. p. 88. *ANNALES FVLDENSES* ad e. a. p. 49. *LEIBNITIVS* p. 256. To. I. *Scriptor. Brunsuic.*

(p) *ANNALES Fuldenſes* ad e. a. p. 52. *REGINO* ad e. a. p. 95. *INCERTI AVCTORIS Panegyricus in Berengarium* L. III. p. 246. ſqq.

(q) *REGINO* ad e. a. p. 96. *HERMANNVS Contractus* ad a. 895. 896. p. 379. *LIVTPRANDVS* Hiſt. L. I. c. VIII. p. 97.

(†) *LEIBNITIVS* l. c. *LIVTPRANDVS* L. I. c. XII. p. 100. *AVCTOR Panegyrici* laudati L. IV. p. 250.

(r) *NECROLOGIVM FVLDENSE* To. III. Leibn. p. 763. A DCCCXCIX. *Arnolfus Imperator.* *REGINO* Chron. L. II. ad a. 899 p. 71. vel ed. Struv. p. 98. *Arnolfus Imperator migrauit a ſaeculo* III. *Kal. Dec.* *MARIANVS SCOTVS Chron.* L. III. aet. VI. p. 445.

(s) *LEIBNITIVS* l. c. *AVCTOR Panegyrici* L. IV. p. 252. ſq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inauguratus. (t) Hiſce turbis Adelbertus, parens filiusque, mirum in modum ad prudentiam adhibendam fuit adductus. Memorabilis eſt fundatio monaſterii S. Capraſii in Lunigiana, per quam Adelbertus anno 884 nomen ſuum immortalitati conſecrauit. Ex diplomate fundationis ipſo cognoſcimus Bonifacium patrem, et Adelberti vxorem vtramque, *Anonſuaram* et *Rotildam*. En initium: (u) „*In Dei omnipotentis nomine. Regnante Domno noſtro Carolo diuina fauente clementia Imperatore Auguſto, anno imperii eius quarto, ſexto Calendas Iunii, Indictione ſecunda. Manifeſtus ſum ego ADELBERTVS in Dei nomine Comes et Marchio, filius bonae memoriae BONIFACII olim Comitis, quia inſpirante me Dei omnipotentis miſericordia et pro ſalute animae meae, ſeu et pro iam fati Bonifacii genitore meo, ac etiam pro ſalute b. m. BERTAE GENITRICIS MEAE, ſiue ſalute animae ROTILDIS dilectae coniugis meae, ſeu et pro anima ANONSVARAE olim coniugis meae atque pro ſalute animabus filiorum meorum, a fundamentis conſtruere et eleuare feci in proprio territorio meo fundamentum et fabricam illam in loco, vbi dicitur Confluenti poſitos inter flumes Macrae et Aulae infra ipſo Caſtello, quem ego Deo auxiliante conſtruere feci* - -“

„*Signo manus ADOLBERTI COMITIS et MARCHIONIS* - -

„*Signo manus ADALBERTI Comitis filii ſupraſcripti ADALBERTI Comitis et Marchionis teſtis.*

„*Signo manus BONIFACII filii ipſius ADALBERTI teſtis.*

Ex hoc Diplomate perſpiciuntur parentes, vxores et filii Marchionis Adalberti I. Poſthaec ipſe non videtur diu fuiſſe in viuis. Annus emortualis adhuc latet. Succeſſit ei filius *ADALBERTVS* II, *Diues* cognominari ſolitus.

§. XVI.

## *DE ADALBERTO II, Diuite, eiusque vxore Berta.*

Parentis vltra annum 886 mentionem fieri, nemo hucvsque docuit. In filio late ſplenduit paterna virtus et in primis fortidudo ac frugalitas. Ipſe *ADALBERTVS* II *tantae erat potentiae, vt inter omnes Italiae Principes ſolus ipſe cognomento diceretur Diues.* (x) Inter Arnulfum Imperatorem et Berengarium aequali agere conſueuit temperamento, tentatus quamuis a Berengario crebris colloquiis, vt ab Arnulfo deſciſceret. Vnde Arnulfum varie fuiſſe affectum, legitur. (y) Adelbertus Ludouicum, Regem Prouinciae, anno 900 in Italiam, vt Berengarii potentiam frangeret, inuitauit. (z) Eodem anno pro Petro, Epiſcopo Aretino, adiit precibus eumdem Ludouicum, vt obtineret huic priuilegium. (aa) Nec tamen Berengarii gratiam ita penitus perdidit, quippe cuius iuſſu et auctoritate in gratiam Grimoaldi, Epiſcopi Piſani, generalem habuit conuentum. (bb) Mors ipſius incidit in annum 916 vel 917, quoniam *LIVTPRANDVS* (cc) eam adiicit victoriae, a Saracenis reportatae ad flumen Garigliamum. Tenuit ipſe bona etiam in Prouincia. Sic enim Ioannes VIII Pontifex ſcribit inter alia (dd) ad Boſonem Ducem et Comitem Prouinciae: *De parte quoque ADELBERTI glorioſi Marchionis, ſeu ROTILDAE Comitiſſae coniugis eius, cognoſcat Nobilitas veſtra, quod vobis in omnibus fideles et deuotos Amicos eos eſſe cognoſcimus. Ideo rogamus, vt eorum COMITATA, in Prouincia poſita, ſicut iam tempore longo tenuerunt, ita deinceps pro noſtro amore ſecuriter habeant.* Rotildis erat ſoror Lamberti et Guidonis, Ducum Spoleti. Ex hac natus fuit Adalbertus (ee) ſecundus. *GVIDO*, Rex Italiae poſtea, anno 889 diploma dedit *Zenobio* Epiſcopo Feſularum idque ita inchoauit: (ff) *Quia Adelbertus dilectus Nepos noſter et Marchius deprecatus excelſitudinem noſtram.* Permutauit præ-

(t) *AVCTOR Panegyrici* L. IV. p. 255.
(u) Diploma integrum exhibuit *MVRATORIVS* P. I. *Antichità Eſtenſi* P. I. c. XXII. p. 210. ſqq.
(x) *LIVTPRANDVS* Hiſt. ſui temporis L. I. c. 10.
(y) *ANNALES FVLDENSES* ad a. 895. p. 52. To. I. Freheri: *Adhaec interim malus rumor Regem* (Arnulfum) *nec non exercitum commouit. Prengarium ſcilicet nepotem eius a fidelitate ſua defeciſſe et in Italiam iam pro hoc reuerſum eſſe. Adalpertum videlicet Marchenſem Thuſciae mutuis colloquiis Perngarii, ne aliquo modo ad Regis fidelitatem intenderet.* (ſolicitari)
(z) *MVRATORIVS* l. c. p. 209. ex Liutprando aliisque.
(aa) *MVRATORIVS* l. c.
(bb) *VGHELLVS* Ital. ſacr. To. III. p. 403.
(cc) L. II. c. 15.
(dd) Ep. 164. ed. Labbei.
(ee) *IOANNES* VIII. Ep. 87.
(ff) *VGHELLVS* Ital. ſac. To. III. p. 274.

praedia nonnulla cum quodam Italiae rege, forſitan Carolo Caluo. Documentum illius permutationis caret principio et fine, (gg) iniicitque mentionem Iohannis Epiſcopi Aretini, qui vixit circa annum 876. *COSMVS della Rena* praeter neceſſitatem addidit Adelbertum quemdam tertium. (hh) Adelbertus II vxorem duxit *Bertam*, filiam Regis Lotharingiae Lotharii II, viduam Comitis Arelatenſis Thetbaldi (ii) Bertae ſoror fuit *Ermegarda*, quae, in Italiam ſecuta Bertam coelebs, Luccae vitam monaſticam in collegio votiuo S. Iuſtinae fuit amplexa, vbi hodieque ſepulta iacet ſub hoc Epitaphio:

*Hic iacet in tumulo felix. uenerabilis. atque*
*Ermengardis olim namque dicata Deo.*
*Quam Rex egregius Lotharius edidit ipſe.*
*Germaniaeque decus - Francorumque potens.*
*Huc quisquis ueniens epigrammata legeris iſta.*
*Dic famulae. Chriſte. probra remitte tuae.*

Berta ex Thetbaldo, Comite Arelatenſi, procreauit *HVGONEM*, *Comitem* (kk) primum et *Marchionem* Prouinciae, (ll) deinde *Regem Italiae* (mm) factum anno 926. Ipſe initio regni prudenter omnia adminiſtrabat. poſtea tamen, Hilduino electo, ſed Leodienſi Epiſcopo eiecto, illoque primum Epiſcopo Veronenſi, dein vero Archiepiſcopo Mediolanenſi declarato, et ipſi Manaſſi Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo et *ex eius ſanguine*, vt Liutprandus loquitur, *affinitatis lineam trahente*, Epiſcopatibus, Veronenſi, Tridentino et Mantuano, donatis: Alberico item filio Maroziae et Adalberti contra ſe irritato, ac tandem Lamberto Duce Thuſciae, fratre ſuo vterino, in cuſtodiam miſſo et excaecato, eiusque in locum Boſone fratre ſuo, ex patre Thetbaldo, ſubſtituto; tantum Italorum erga ſe odium concitauit, vt Rudolfum, Regem Burgundiae, ipſe reuocare non dubitarent. Cogebatur itaque Hugo, miſſis obuiam nuntiis, Rudolpho offerre, quicquid in Prouincia poſſederat, eo quidem pacto, ne Italiam intraret, neu regnum turbaret ipſius. Frodoardus quoque, *Viennenſem tractum* Eudoni ſiue Odoni, filio Heriberti Comitis Veromanduenſis, donatum, ſcribit. Neque eo magis is tranquille fruitus eſt regno. Etenim Berengarius, Marchio Eporegiae, maritus neptis ſuae Willae, arma ſumſit contra ipſum, et Marte tam propitio fuit vſus, vt Hugo, relicta Italia, vitam Arelatis tranſigeret. vbi paullo poſt, *relicta magna pecuniae vi Bertae nepti ſuae, Boſonis Arelatenſis Comitis viduae, quae breui poſt tempore Raimundo Aquitanorum Principi nupſit*, vitam cum morte commutauit. (nn) *ADALBERTVS* II ex Berta genuit *GVIDONEM*, qui patri; *LAMBERTVM*, qui fratri ſucceſſit in Thuſciae Marchionatu, et *ERMENGARDAM*, alteram poſtea vxorem Adalberti Marchionis Eporegiae, qui ex *Marozia* etiam filium *Albericum*, Romae Principem, ſusceperat. (oo) Adalbertum II Diuitem anno 917. 16 die Septembris obiiſſe, epi-

(gg) Apud *MVRATORIVM* l. c. p. 214.

(hh) *MVRATORIVS* l. c. p. 213.

(ii) Hoc diſtincte ac ſolide oſtendit fautor olim noſter incomparabilis *IOANNES GEORGIVS ab ECCARD* L. I. *Originum Habsburgo-Auſtriacarum* c. 8. §. 2. p. 52. et in *Probationibus* num. XXIV. ſqq. p. 153. ſqq.

(kk) Hugonem fuiſſe Thetbaldi, Comitis Viennenſis, filium, *IOHANNES BESLYVS* integro libello et poſt eum *ANDR. QVERCETANVS* in *Hiſtoria Burgundiae* L. II. c. 14. *SAMMARTHANI FRATRES* in *Hiſtoria genealogica Franciae*, *CHORIERIVS Hiſt. Delphinat.* L. X. c. 13. et *ECCARDVS* l. c. L. I. c. 8. §. 3. accurate euicerunt. Conf. *BOVCHET de la Maiſon do France* p. 14.

(ll) Ludouicus Imperator, Boſonis filius, in Diplomate vocat *Hugonem inclytum Comitem et Marchionem* ſuumque *cariſſimum fidelem et conſanguineum* vocat apud *CHORERIVM* l. c. L. VIII. c. 13. *LIVTPRANDVS* eum vocat L. III. c. 3 *potentiſſimum et ſapientiſſimum Prouincialium Comitem.* Ludouicus idem, Imperator, anno 906 vocat *HVGONEM nobiliſſimum Comitem et cariſſimum propinquum* apud *STEPHANVM* BALVZIVM *Capitular. Regum Francorum*, To. II. in *Append. actorum vet. NVM.* LXXXIII. *ex chartulario eccleſiae Viennenſis*, et inde apud *ECCARDVM* l. c. p. 155.

(mm) *ECCARDVS* l. c. L. I. c. 8. p. 54. ſqq. haec contraxit ex *LIVTPRANDO* aliisque eius aeui ſcriptoribus.

(nn) *LIVTPRANDVS* L. III.

(oo) - - - - L. II. c. 15. 13. L. III. c. 12. *CHRONICON FARFENSE* apud *Du Cheſne* To. III. ſcript. Franc. p. 669. *Maroſia ex Papa Sergio genuit filium nomine Ioannem - - et ex Alberico Marchione habuit Albericum, qui poſt eiusdem vrbis accepit primatum.* Quis ille Iohannes *LEO Oſtienſis* Chron. L. II. c. 62. *Ioannes XI natione Romanus, Alberici Romanorum Conſulis filius.*

epitaphium eius ac *SIGONIVS* teſtantur. Illud ex ſtat in cathedrali eccleſia Luccenſi, et ſic habet:

*Hic populi leges ſaxi ſub mole ſepulcri.*
*Hic ius paxque iacent. hic patriae auxilium.*
*Hic cubat ala, ſcutum, dolor, lacrymaeque repoſtae.*
*Hic oculus caeci. hic pietas viduae.*
*Pes claudi. veſtis nudi. ſolamen egeni.*
*Noſter ADELBERTVS Dux pius atque bonus.*
*Gentibus externis timor atque pauor minitandus.*
*Militibus propriis gloria ſumma ſuis.*
*Quam fortis fuerit. nouerunt vltima Thile.*
*Qua bonitate fuit. dicere lingua nequit.*
*In ſexto decimo Septembre notante Calendas,*
*Hic poſuit membra funereo gemitu.*
*Quiſque legis tumulum. culparum facta ſuarum*
*Ante Deum recita. in precibusque iuua.*

Berta e vita emigrauit anno 925, corpusque ipſius in Luccenſi templo cathedrali iunctum fuit tumbae mariti. *FLORENTINIVS*, qui duo adducta epitaphia, in *Memoriis Mathildis Comit. libro tertio*, curauit cum orbe erudito communicanda, epitaphium Bertae haud neglexit. En illud:

*Hoc legitur tumulo Comitiſſae corpus humatum.*
*Inclyta progenies BERTA benigna pia.*
*Vxor Adalberti Ducis Italiae. fuit ipſa*
*Filia Lotharii, pulchrior ex meritis.*
*Permanſit felix ſaeclo dum vixit in iſto.*
*Non inimicus eam vincere praeualuit.*
*Conſilio docto moderabat regmina multa.*
*Semper erat ſecum gratia magna Dei.*
*Partibus ex multis multi Comites veniebant.*
*Melliſluum cuius quaerere colloquium.*
*Exulibus miſeris mater cariſſima manſit.*
*Atque peregrinis ſemper opus tribuit.*
*Claruit haec mulier fortis ſapiensque columna.*
*Totius virtus. gloria. lux patriae.*
*Idibus octauis Martis migrauit ab iſta*
*Vita. cum Domino viuat in requie.*
*Mors eius multos contriſtat. proh dolor. et heu.*
*Eous populus plangit et occiduus.*
*Nunc Europa gemit. nunc luget Francia tota.*
*Corſica. Sardinia. Graecia. et Italia.*
*Qui legitis verſus iſtos. vos dicite cuncti.*
*Perpetuam lucem donet ei Dominus. Amen.*

*Anno Dom. Incarnationis* DCCCCXXV *Indict.* XIII *obiit de mundo.*"

## §. XVII.

### *De Guidone et Lamberto, filiis Adalberti II.*

*GVIDONEM* et *LAMBERTVM* fuiſſe Adalberti II. Diuitis filios, vulgo incompertum eſt. Proferemus rationes, quibus id poſſit edoceri, priusquam ulterius prouehimur. Potiſſimum argumentum in eo vertitur, quod *HVGO*, Comes, Dux, Marchio et Rex, fuerit, teſte Liutprando, *vterinus* Lamberti frater. Demonſtrauimus vero (§. 16.) Hugonem Bertae fuiſſe filium et Thetbaldi. Quare ex eadem Berta procreatus eſt Lambertus. Sed quum *germanus* Hugonis non fuerit, licet *vterinus*; manifeſtum eſt, ex Adalberto II et Berta ipſum fuiſſe progenitum. Porro fuit Guido natu maior frater Lamberti. Ergo Guido aeque ac Lambertus fuerunt Adalberti II ex Berta

*filius.* Alibi vocatur Albertus Marchio, Alberici inquam pater, vti apud *ABBATEM NALGOLDVM* in Vita S. Odonis Abbatis, apud *MABILLONIVM Sec.* V. *Act. SS. ord. Benedict.* p. 195. *SIGONIVS de regno Italiae* L. V. *AVCTOR INCERTVS* in *Panegyrico Berengarii* L. II. p. 243.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Berta filii. Addo argumentum ſecundum, a ſucceſſione in feuda et bona Adelberti II petitum. *INDEX ARCHIVI ABBATVM NONANTVLENSIVM MSTVS ad a.* 856. (ad annum 911 ſeu 913 rectius: *Iſte Abbas* Petrus ſiue Erpertus *Adalberto Marchioni et pro eo cuidam Lamperto locat ad XXIX annos capellam S. Siluestri in loco, qui dicitur monaſteriolum, Papienſis Dioeceſis, quae locatio pariter exſtat ſubſcripta manu dicti Abbatis.* Cur locauit Adelberto et Lamberto, niſi poſteriori fuiſſent iura ſucceſſionis in bona prioris? Ab Adalberto II et Guido et Adelbertus III, pro conſuetudine in ipſorum familiis recepta, acceperunt ius hereditarium patronatus in Abbatiam S. Capraſii, in Comitatu Lunenſi ſitam, (pp) quam Adalbertus I, Comes, et Lunenſis Marchio, anno 884 in honorem glorioſae virginis Mariae et B. Capraſii aedificauerat. (qq) *LEIBNITIVS* (rr) et *ECCARDVS* (ss) agnouerunt, Adalberti II filios omnino fuiſſe Guidonem et Lambertum. Quod autem horum vterque Marchionum lucem ingenii ac robur virium non admodum diffundere potuerit, contigit inuidia et inſectationibus Hugonis, Regis Italiae, fratris ſui vterini. Cui *LAMBERTVS* tamen rurſus non pepercit, ſed potius animos Italorum ita accendit in aduerſarium, vt pelleretur regno et in Galliam ſecederet. (tt) Albericus, ex Marozia et Alberico ſeu Alberto Marchione genitus, Hugonis quoque cauſſa minus voluit. Leo quidem Pontifex Romanus, legato ſuo id negotii dedit, vt inter Hugonem Longobardorum Regem et Albericum Romanae rei principem concordiam firmaret, (uu) Sed tentamen omne fuit irritum. Albericus quoque vterque Guidoni offecit. Sed anno 925, ſi credimus *SIGONIO*, Albericus ſenior ſeu *Albertus Marchio in offenſionem Pontificis lapſus ab vrbe exceſſit, atque Ortae, Tuſciae oppido, valido praeſidiis ſe munito, ad vlciſcendum iniuriam Hungaros ad Romanam ditionem inuadendam exciuit.* Paullo poſt ſubiungit idem: *Cuius rei inuidiâ mox Albertus Ortae eſt a Romanis oppreſſus.* *PTOLEMAEVS LVCENSIS* in *CHRONICO de P PIS MSIO*: *Nata diſcordia inter Papam Ioannem et, Albericum Marchionem, Marchio de Vrbe pellitur, Papa ibidem praeualente cum armorum virtute, vt Hiſtoriae tradunt: et ad ciuitatem de Orta ſe confert, ibique caſtrum exuens ſe fortiter munit.* *AVCTOR INCERTVS* in *PANEGYRICO BERENGARII*: (xx)

*- - Nec ſegnis abibat*
*ALBRICVS, Tiberine, tuas nunc ſanguine lymphas*
*Qui fraude infecit.*

Dominus *FONTANINVS*: (yy) *Etenim Albericus ſenior ob fraudem patratam in aduocandis Hungaris ad excidium Romanorum, ſanguine ſuo Tiberim cruentauit Hortae interemptus. Nunc, ſiue tunc temporis, quum Poëta ſcribebat, nimirum poſt Berengarium: quod non fuit aſſecutus doctiſſimus Valeſius.* Hungaros hoſtili manu Italiam primo, mox Germaniam et Galliam tum inuaſiſſe, *PLATINA* quoque auctor eſt. (zz) Hoc tempore etiam floruit Sigifridus, natione Longobardus, praeclaro de Comitatu Lucenſi ortus, (a) ex quo Atto genitus, abauus famoſae Mathildis. (§. 9.) Olim in ea fui perſuaſione, Sigifridum ex Adalberto I et Anonſuara fuiſſe generatum. Sed ſuspendi illico iudicium, quum teſtimonia locupletioris fidei non inueniſſem. Per eamdem coniectandi legem *Berebarium*, Bonifacii I filium habui pro Berengarii Imperatoris et Regis Italiae patre. Berengarius certe vocatur *Longobardus*, (b) quem alii ex loco Donnizonis male edito habuerunt pro *Franco.* (c) *GVIDONEM* ſecundis nuptiis adhibuiſſe Maroziam, famoſam

(p ) *MVRATORIVS* l. c. P I c. XXIII. p. 218.
(qq) Di loma legitur l. c. c. XXII. p. 210. ſq.
(rr) *MVRATORIVS* l. c. c. XXIII. p. 219.
(ss) In *originibus ſereniſſimae ac potentiſſimae familiae Habsburgo-Auſtriacae* L. I. c. 8. p. 52. 54.
(tt) *ECCARDVS* l. c. p. 54. 55.
(uu *NALGOLDVS* in *Vita S. Odonis Abbatis* apud *MABILLONIVM* Sacc. V. Benedict. p. 195.
(xx) L. II. p. 243. To. I. Leibn.
(yy) De *Antiquitatibus Hortae* L. II. c. 7.
(zz) In *Vita Iohannis* X. p. 322.
(a) *DONNIZO* in *Vita Mathildis* L. I. c. 2. p. 633. To. I. Leibn.
(b) *DONNIZO* l. c. p. 634.

*Rex BERENGARIVS probat hoc et filius eius.*
*Hi LONGOBARDI fortes noſcuntur in armis*
*Eſſe.*

(c) Locus *DONNIZONIS* ſic continuatur:

*- - Sed exſtincti per me ſunt ac peregrini*

Are-

moſam patritiam Romanam, demonſtratione non indiget. Priorem feminam, ex qua *ADALBERTVS* III fuit natus, nominatim ſcriptores non adtingunt, quos quidem mihi euoluere licuit.

## §. XVIII.

### *Huberti vel Oberti I pater Adelbertus III*

Oberti I, vel Huberti, patrem nonnulli ſibi videntur inueniſſe in Hugone, Rege Italiae, ſolicitantes locum *LIVTPRANDI*, (d) qui ſic habet: *Hugo Rex Italiae habuit ex Wandelmonda filium nomine Hubertum, qui nunc vsque ſupereſt, et Thuſciae prouinciae potens Princeps habetur.* Hunc Hubertum eiusque genealogiam exhibui in tabula et §. VII. De eo *PETRVS DAMIANVS* (e) haecce tradidit: *Hic non multo poſt tempore indignationem Primi Ottonis Imperatoris incurrit, ac ſubinde, relicta coniuge* (Guilla, Bonifacii Marchionis Spoletani filia) *Pannoniam profugus exſulauit. Qui cum longo poſt tempore reſumtus in gratiam, rediit.* Huberto eidem Petrus Damianus filium adtribuit Hugonem, qui ad annum 991 *Marchio Thuſciae* vocatur. (f) Sed hiſce nihil conſanguinitatis fuit cum Otberto ſeu Oberto I, quamuis vir reuerendus *CASPAR ABEL*, in rebus Saxonicis aetatis mediae ſatis oculatus, ſic coniectauerit. Oberti ſeu Alberti parens fuit *ADALBERTVS*, quem diſcriminis gratia *tertium* adpellare libet. Argumentum, quod euidentia ſua ſeſe commendat, deſumo ex priuilegio quodam ad annum 1002 dato, in quo *Adalbertus Marchio* dicitur *filius bonae memoriae Alberti et nepos bonae memoriae Adalberti.* (g) Adalbertus III a nonnullis confunditur cum Adalberto, Marchione Ivreae ſeu Eporegiae, cuius *AVCTOR Panegyrici in Berengarium* (h) et *LIVTPRANDVS* (i) mentionem faciunt. Candide hanc turbationem oſtendit *MVRATORIVS.* Alius eſt *ADALBERTVS*, ſeu *ATTO*, pater Thedaldi, auus Bonifacii, abauus Mathildis. Atto vocatur duntaxat in ſcriptis Donnizonis, Leonis Oſtienſis et aliorum. Venerabilis Abbas D. *Benedictus BACCHINI* diploma produxit, (k) in quo legitur: *Teudaldus Marchio, filius quondam Adalberti itemque Marchio.* In *BVLLA* Papae Benedicti VII ſignificatur, *Teudaldum Comitem filium Adelberti iam Comitis* fundaſſe coenobium S. Apollonii Canoſſenſe. Ab hoc quoque Adelberto noſter differt. Adelberti III mentionem facit Otto II Imperator in priuilegio, quod coenobio Bobienſi anno 977 conceſſit, (l) hunc maxime in modum: *Quaecunque ADALBERTVS vel OPIZO Marchiones vel eorum ſequaces in praefato Comitatu, et eius pertinentiis, ſiue ſcriptis ſeu ſine ſcriptis agere vel facere praeſumpſerunt, niſi expreſſa et libera voluntate Comitis memorati vel praedeceſſorum eius volumus irrita fieri et caſſa, ita vt quicumque ipſorum Marchionum vel eorum auctoritate, in rebus praefati Comitatus ſiue Monaſterii, quoquomodo introierunt, in immunitate ſubiaceant.* Intelligendum eſſe Adalbertum III ac Obizonem ſeu Obertum I, ſatis pateſcit. Coenobium Bobienſe Obertus I omnino tenuit iure beneficii. En formulam iudicii anno 972 habiti: "*Dum in Dei nomine in Villa nuncupata Gragio, non multum longe de Caſtro ipſius loci, ſub quadam Arbore, quae vocatur Pero,* (pirus) *quae eſt ipſa villa propria Mona-*" *ſterii Sancti Columbani, quod nunc Domnus OTBERTVS MARCHIO et COMES PALLA-*" *CIO de parte Domnorum Imperatorum in Benefitio habere videtur, in iuditio reſſidere predictus*" *Domnus Otbertus Marchio et Comes Pallagio unicuique iuſtitias faciendas et deliberandas, reſ-*" *ſidentibus - - Giſeprandus, Lupus - - Vaſalli predicto Otberti Comes Pallacii, et reli-*" *qui plures. ibique conueniens preſentia Ildebertus filius quondam - - - Ildeberti Auocatus*" *Monaſterii Sancti Columbani ſita Bobio - - - Anno Imperi Domni Hottoni undecimo, im-*" *perii*"

*A regno jacti: credebant me quia FRANCI*
*Hi Reges ambo, dum Princeps viueret ATTO,*
*Me circumdare, quod opus ſibi fecit amarum.*

*MVRATORIVS* recte e duobus MStis monet l. c. c. XXII. p. 206. pro *FRANCI* legendum eſſe *FRANGI.*

(d) *Hiſtor. ſui temporis* L. III. c. 5.

(e) *Opuſc.* 57. *Diſſ.* II. c. III.

(f) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 991. p. 200. qui etiam ad a. 962. p. 171. habet Willam, Berengarii tyranni vxorem.

(g) *ARCHIVUM EPISC. LVCEN.* † † num. 57. *MVRATORIVS* l. c. c. XXI. p. 195. *FLORENTIN. Mem. di Matild.* L. III. p. 37. 48.

(h) L. IV. p. 253. To. I. *Leibn.*

(i) *Hiſt.* L. II. c. 10.

(k) *Iſtoria del Mon. di Polir.* Append. p. 16. In *PLACITO* a. 964. vocatur *Adelbertus, qui et Atto, filius bonae memoriae Sigefridi. MVRATOR.* l. c. c. XVI. p. 139.

(l) Totum illud legitur apud *MVRATORIVM* l. c. c. XXI. p. 198.

*perii vero Domni Hottoni filio eius, Deo propitio, quinto, tertio decimo Kal. Septembris* - - *Otbertus Comes Pallaci ſs.*" (m) Eſt ad manus tabula venditionis, factae ab Adalberto IV, Oberti II fratre, vbi Oberti I et Adalberti III fit mentio ad annum 1002. (n) Initium ſic habet: *In nomine - Ieſu - anni -* 1002 *Manifeſtus ſum ego Adalbertus Marchio filio bone memorie Alberti, et nepus b. m. ADALBERTI, qui. fuit Marchio* - - *BENDINELLIVS* (o) perhibet, Obizonem fuiſſe heredem Vberti patris, qui fuerit porro filius Adalberti, Lamberti, et Adalberti II. Veroſimilius vero videtur *MVRATORIO*, (p) Guidonem fuiſſe Adalberti III progenitorem.

## §. XIX.

### *De Oberto I, Marchione Italiae, Principe Papienſi, et Comite ſacri palatii.*

*OTBERTVS* ſeu *OBERTVS* II anno 998 in diplomate, quo donat Gotefrido Epiſcopo Lunenſi plebes quatuor, ſeſe vocat *filium quondam item Otberti itemque Marchionis* (q) Vocatur alias Albertus fuitque natus ex Adalberto III. (§. 19) Anno igitur 998 Obertus I iam obiit. Exſtat membrana anno 994 perſcripta, quae Oberti Marchionis meminit, iudicium pro monaſterio S. Fructuoſi peragentis. (r) Ipſius gloria fuit eximia eo etiam nomine, quod anno 960, Berengarium Regem Italiae pertaeſus, cum Waltberto Archiepiſcopo Mediolanenſi ac Waldone Epiſcopo Cumano Ottonem primum, Saxoniae Ducem ac Germaniae Regem, morantem in Saxonia, adierit, et ad capeſſendum Italiae regnum Imperiique diadema inuitauerit. (s) Adprobauerat Iohannes Papa cum compluribus Italiae proceribus ſacris et ciuilibus conſilium Oberti primi. (t) Ex eo continuus et mirificus Ottonis primi in Obertum eminuit amor, qui in primis inde elucet, quod Otto ipſum *Principem Papienſem* et *ſacri palatii Comitem* conſtituerit. In formulis deciſionum iudicialium ipſe ſeſe vocauit *Odbertum Marchionem et Comitem Palacii.* (x) Modo vocatur *Albertus Azzo*; (y) modo *Odbertus* et *Otbertus*; modo *Obizo* et *Opizo*; (z) nunc *Aubertus* et *Autbertus*; *modo Albertus.* (aa) Ita ex Alberto factum Aubertus et Obertus, porro Obizo et Azo, immo Ato et Acili, Azilinus. Complura exſtant *placita*, quibus deciſiones litium nomine Imperatoris compoſitarum ſunt perſcriptae, et in queis adſeſſores iudicii vocantur ipſius *Vaſalli.* (bb) Siquid ego iudico, ipſe anno 995 e vita exceſſit, nam paullo poſt adnumeratur defunctis. Quaenam ipſi fuerit vxor, nondum adhuc licuit reperire.

## §. XX.

### *Oberti I filii Obertus II, Adalbertus IV, Albertus I, Anſelmus, Theodiſius. De Adalberto et eius progenie ſpeciatim agitur.*

Hubertus, filius Hugonis Regis Italiae et Wandelmondae, Thuſciae (a) praepotens Princeps, non eſt confundendus cum Oberto noſtro primo vel ſecundo. Obertum II fuiſſe primum ex Oberto I progenitum, ſatis patet. (b) Adiungimus Oberto II fra-

(m) Totum id exhibuit *MVRATORIVS* l. c. XVI. p. 149 ſqq.
(n) *ARCHIVUM EPISC. LVC.* * O. num. 38. *MVRATORIVS* l. c. c. XXI. p. 200. ſqq.
(o) In *HISTORIA MSTA LVCCENSI.*
(p) P. I. c. XXIII. p. 221.
(q) Id produxit *MVRATORIVS* l. c. P. I. c. XV. p. 132.
(r) Loco laudato p. 133.
(s) *LIVTPRANDVS* Hiſt. L. VI. c. 6. ſqq. *REGINO Chron.* L. II. ad a. 960. p. 108. *SIGONIVS* de *Regno Ital.* L. VI.
(t) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 961. p. 170. *DONNIZO* in *Vita Mathildis* L. I. p. 636. To. I. Leibn.
(x) *MVRATORIVS* l. c. c. XV. XVI. et inprimis ad a. 967. p. 145. ac 970. p. 147. nec non ad a. 972. p. 149.
(y) A *PELLEGRINO PRISCIANO* To. VII. Annal. MSt. teſte *MVRATORIO* c. XV. p. 138.
(z) *MVRATORIVS* c. XXI. p. 198.
(aa) - - - - c. XXI. p. 195.
(bb) - - - - c. XVI. p. 149.
(a) *LIVTPRANDVS* L. III. c. 5. Fuit quoque alius Vbertus Comes, filius Hildebrandi, cuius Henricus II. Imperator fecit mentionem in Diplomate ad a. 1014, apud *MVRATORIVM* l. c. c. XIII. p. 108.
(b) In eodem Henrici II Diplomate memoratur *Vbertus, et filii eius* et *Albertus Nepos.*

fratres *Adalbertum* IV, qui et *Acili* fuit dictus: (c) *Albertum*: (d) *Anſelmum*: (e) *Theudiſium* Comitem, qui genuit Hugonem. (f) De Oberto II poſtea copioſe exponemus. Nunc ordiendum eſt ab *ADALBERTO*, quem diſcriminis cauſſa adpello *quartum*. Exſtat formula deciſionis, compoſita praeſentibus Iohanne Patriarcha Aquileienſi, Gualberto Comite, *ADALBERTO* et *Vberto Comitibus Vicentinis*, in gratiam coenobii S. Zachariae Venetiano, anno 994. (g) Obertus II et Adalbertus fratres Comitatum Vicentinum indubie a patre Oberto I, qui eum ab Ottone III Imperatore acceperat, obtinuerunt. Anno 996 (h) Otto III, Rex Italiae, ſedit iudex litemque diremit, quae verſabatur inter Abbatem Aretinum S. Florae et *Marchiones Adalbertum* atque *Albertum*, *germanos*, et *filios Marchionis quondam Hotberti*. Abbas victoriam reportauit et lites aduerſariorum reddidit irritas, eo euentu, quem ſtudioſi antiquitatis exiſtimabunt commemorabilem: *Domnus Rex virgam, quam in ſuis detinebat manibus, miſit in manu praedictum Abbatem, exinde eum inueſtiuit Salua querela et ſtatim ora* (à cette heure) *miſit bandum ſupra caput denominati Abbatis et ſupra ipſas res, vt nullus ſit auſus eum diſueſtire ſine legali iudicio.* Signum immunitatis regalis fuit virga, de manu Regis accepta. *Bandus* ſeu *bannus* regius eſt prohibitio regalis et ſumma lex de non turbandis immediatae poteſtatis iuribus. Eo ipſo inuoluitur priuilegium et poteſtas ſtandi nonniſi ad tribunal et forum Regis. Anno 1001 Papiae in palatio Imperatoris praeſentis Iudicium fuit et forum eſt agitatum, ſedentibus cum Ottone Protoſpatario et ſacri palatii Comite Epiſcopis et Comitibus bene multis, ac inter eos *Adelberto et Mainfredo Marchionibus.* In formula deciſionis obuia eſt *Rolend Comitiſſa*, *filia Domni Vgonis Regis*, ac *Vbertus Diaconus ſanctae Ticinenſis eccleſiae*, *filius Bernardi Comitis*, *illa mater*, *hic filius.* (i) Hoſce aliis incognitos inſerui ſupra tabulae genealogicae. (§ 7.) Omiſit eos oculatiſſimus *IOANNES GEORGIVS ab ECCARD.* (k) Anno 1002 *Adalbertus Marchio filius bonae memoriae Alberti et nepos Adalberti* (l) Leoni Imperatorio Iudici nonnulla bona, ad Arnum fluuium ſita, vendidit, quae idem Leo anno 1011 Hugoni, Hugonis filio, per legem venditionis conceſſit. (m) Hugo ille filius fuit *Theodiſii* ſeu *Theudici*, quod ex charta huius venditionis addiſcimus. *Adalbertus* in ea vocatur *Marchio*, *filius bonae memoriae Obberti*, qui *Oppizio dicitur.* Adalberti huius IV progeniem, quae tabula II repraeſentatur, huc opportune transferre licet. Vxorem duxit *Adelaxiam* ſeu *Adelheidam*, ex qua ſuſcepit *Adelbertum* et *Bertam*, vxorem Comitis Lanfranci. Adelbertus filius anno 1000 nonnulla largitur monaſterio S. Mariae et Venerii in Lunigiana. In diplomate, donationis teſte, vocat ſeſe *Adelbertum Marchionem*, *filium bonae memoriae item Adelberti ſimiliter Marchionis*, *profeſſum ex natione ſua lege viuere Longobardorum.* (n) Filiam et generum Adalberti IV cognoſcimus ex donatione ad annum 1002, (o) quae ſic habet:

„In

(c) *PLACITVM* a. 994. apud *MVRATORIVM* c. XIV. p. 128. *Adelbertus*, *qui et AZILI*, *et Vbertus*, *vterque Comitibus Comitatu Vicentino.*

(d) *PLACITVM* a. 996. apud Muratorium c. XX. p. 188. *Adelbertus Marchio et Albertus germani*, *filii quondam Hotberti.*

(e) *PLACITVM* a. 1014. c. XIV. p. 110. *Otbertus et Anſelmus*, *germani*, *Marchiones.* In *PLACITO* a. 1047. c. XVIII. p. 165. dicuntur hi *Anſelmus et Azo Marchiones.* *MVRATORIVS* c. XIV. p. 113. eo propendet, quod Anſelmus fuerit Otberti II. *frater vterinus.* Sed repugnat Placitum anni 1014.

(f) *ARCHIVVM LVCENSE* * M. num. 3. *Anno ab incarnationis eius milleſimo undecimo*, *ſeptimo Idus Iulii - - manifeſtus ſum ego Leo Iudex Domni Imperatoris*, *filio b. m. Leoni*, *qui fuit Iudex Domni Imperatoris*, *quia tu VGO filio b. m. item VGHI dediſti mihi meritum boterico vno de auro - - Si ego qui ſupra Leo Iudex*, *vel meos eredes*, *aut meos miſſos*, *aut ADALBERTVS Marchio Seniore meo*, *vel ſuos miſſos*, *tibi*, *qui ſupra*, *VGO*, *vel ad tuos eredes*, *aut VGHI Comes filio b. m. TEVDICI*, *qui fuit Comes*, *vel ad tuos miſſos*, *taliter non adimpleuerimus - -* *THEODISIVS* dicitur *filius quondam Oberti* in Placito ad a. 994. apud *MVRATORIVM* c. XV. p. 133.

(g) Apud *MVRATORIVM* c. XIV. p. 128.

(h) Cap. XX. p. 188. apud eumdem.

(i) Cap. XIV. p. 12.. ſq.

(k) In *Originibus familiae Habsburgo-Auſtriacae* L. I. c. 8. §. XI. p. 58.

(l) In *tabula venditionis*, quam habet *MVRATORIVS* c. XXI. p. 200.

(m) *Tabulam venditionis* idem habet c. XXI. p. 194. ſqq.

(n) *Tabula donationis* producitur ab eodem c. XXV. p. 240.

(o) *CAMPI Iſtoria Eccl. di Piacenza* To. I. p. 497.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri ieſu Chriſti. *ARDVINVS* gratia „Dei Rex. anno Regni eius Deo propitio primo. de menſe Iulii. Indictione quinta „decima. Eccleſia beate Sancte Iuſtine virgine uel Martire. ubi eius humatum quie„ſcit corpus. ſita intra hanc ciuitate Placentia. Nos *LANFRANCVS* Comes. filius „quondam Rimprandi. itemque Comes. *BERTA* iugalibus. *filia bone memorie Adelber„ti Marchio.* qui profeſſi ſumus ex natione noſtra legem uiuere Longobardorum - - „offertores et donatores ipſius eccleſie p. p. diximus. Quisquis in Sanctis ac uenera„bilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus. iuxta Auctoris uocem in hoc ſeculo cen„tuplum accipiat. inſuper et. quod melius eſt. uitam poſſidebit eternam. Ideoque nos. „quibus ſupra. Lanfrancus Comes et Berta iugalibus donamus et offerimus in ea„dem eccleſia a preſenti die pro anime noſtre mercede. hoc eſt. noſtram portionem. „quod eſt medietas de Meſſaritio (*manſo*) uno iuris noſtri iugalibus. quibus eſſe uidetur „ſuper fluuio Nure in loco et fundo. ubi Roncalia dicitur - - „

## §. XXI.

## *De ALBERTO I et eius progenie, quae adhuc in ſplendidiſſima Malaſpinarum ſtirpe ſupereſt.*

De Alberto I, fratre Oberti ſecundi, eo copioſiora ſunt adferenda, quo progenies ipſius eſt diductior et adhuc in ſplendidiſſima Maleſpinarum familia floret. Ipſum fuiſſe Adalberti fratrem germanum, filiumque Otberti primi, extra controuerſiae aleam eſt poſitum. (p) Tenuit cum fratribus praedia *in Scadrampo prope caſtrum de Balbiano et in territorio ſancti Martini in ſtrata et in Caſale ad iugera quingento.* Haec omnia eis Henricus II Imperator ademit, eo quod Arduini vſurpatoris regni Italiae partes contra Imperatorem fuerant ſecuti, et adiudicauit eccleſiae B. Confeſſoris Domini Syri, anno 1014. (q) Eccleſia illa fuit Epiſcopi Papienſis, cui Imperator tum inſignem agrorum tractum *de Secema* ad miliaria octo patentem ex ſuo addidit. Poſtea tamen, nempe anno 1077 Henricus IV Eſtenſibus Marchionibus tradidit (†) in locum beneficii *territorium S. Martini in Strata et Caſale Majore.* In *placito* ad annum 996 *Adelbertus Marchio* et *Albertus* vocantur *filii quondam Hotberti.* (r) Albertus hic quoque dicitur (s) *rufus*, indubie a capillorum colore, qui olim Germanis erat gratiſſimus (t) et a Longobardis in modum capillamenti eximii conſueuerat formari. (u) Vxorem ipſi Alberto veteres

(p) *PLACITVM* a. 996. apud Muratorium c. XX. p. 188.
(q) Diploma Henrici II apud eumdem c. XIII. p. 108.
(†) *MVRATORIVS* l. c. p. 109.
(r) Cap. XX. p. 188.
(s) In donatione ad a. 1050. Cap. XXIV. p. 230.
(t) De *Ciuile*, Batauorum Duce, *TACITVS* Hiſt. L. IV. c. 61. *Poſt coepta aduerſus Romanos arma, propexum rutilatumque crinem, patrata demum caede legionum, depoſuit.* *SILIVS ITALICVS* L. III. v. 607. ſqq.

*At tu tranſcendens, Germanice, facta tuorum,*
*Iam puer AVRICOMO performidate BATAVO.*

*SENECA* de Ira L. III. c. 26. *Non eſt Æthiopis inter ſuos inſignitus color: nec ruffus crinis et coactus in nodum apud Germanos virum dedecet.* *TACITVS* in Vita Agricolae c. XI. *Rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus, Germanicam originem aſſeuerant.* *LIPSIVS* ibi plura.
(u) De Sueuis *TACITVS* Germ. c. XXXVIII. *Inſigne gentis obliquare crinem nodoque ſubſtringere.* *LIPSIVS* ad hunc locum conuexit plura. *SENECA* vniuerſis Germanis tribuit crines nodo vinctos vel in nodum coactos, L. III. de Ira c. 26. Ep. 125. et vlt. Plura de hoc nodo *Hadrianus IVNIVS Commentarii de Coma* c. 3. Carolus XII Rex Suecorum nodum hunc vna cum ſingulis militibus ſuis adhibuit. Illuſtrauit hunc morem, fortitudini Germanorum veterum conformem, potentiſſimus Rex Boruſſorum Fridericus Wilhelmus inde ab anno 1713. Ineſt habitui militis oſtenſionalis eiusmodi aliquid terroris. Ἔχει τι φοβερόν, vti iudicat *CLEMENS Alexandrinus* L. III. Paedagog. c. 3. De Longobardis *PAVLVS WARNEFRIDVS* L. VI. c. 53. *Circa haec tempora Carolus, princeps Francorum, Pipinum ſuum filium ad Liutprandum* (Regem Longobardiae) *direxit, vt eius iuxta morem capillum ſuſciperet. Qui eius caeſariem incidens, ei pater effectus eſt, multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.* Reges Franciae antea geſtauerant capillum prolixum, et inſtar capillamenti diffuſum, vt ex ſigillis adparet Childeberti III et Chilperici II apud *MABILLONIVM de re diplomatica* L. V. tab. XXII. p. 385. Pipini vero crinis ad aures non deſtuit, p. 386. Sigilla haec denuo edidit *HEINECCIVS* in *Syntagm. de Sigillis* Tab. III. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Crinem inciſum ac curtum, nodoque lauri vel diadematis ad ceruices collectum, amauerunt Carolingici Imperatores et Reges. Nodos vtrimqve dependentes geſtauit Conradus II. Imperator et Lotharius, *HEINECCIVS* Tab. VI. n. 1. et Tab. VII. n. 4. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

veteres tribuunt *Iulittam*, (x) quae Obertum (y) ſeu Adelbertum, (z) Hugonem (aa) et Guidonem (bb) peperit. Maritus vendidit partem terrae *Obertengae*, ad Briſcanum et ciuitatem Aretinam ſitae, Rudolfo Comiti. (cc) Vxor cum filio Oberto anno 1094 donat nonnulla coenobio S. Venerii. (dd) Notamus formulam ubſcriptionis: *Signa manuum preſate IVLITTE Comitiſſe atque Oberti Marchionis, matris et filii, qui hanc cartulam offerſionis pro remedio anime ſue et pro remedio anime Alberti Marchionis quondam viri atque genitoris illorum fieri rogauerunt.* Eiusdem exſtat donatio, ad annum 1050 eidem coenobio facta. (ee) Initium ſic habet: *Ego Albertus Marchio filius quondam Alberti itemque Marchionis* et *IOLICTA Comitiſſa iugalibus. filia Vberti Comitis de Comitatu Parmae, qui profeſſi ſumus nos ex natione noſtra lege uiuere Longobardorum* - - Pars ſubſcriptionis: *Signum manuum ſupraſcriptorum Alberti Rufi et Iulicte Comitiſſe iugalibus, qui anc cartulam offerſionis pro Anime eorum et Domni Alberti Marchionis et Vgoni filius eius fieri rogauerunt. Et hoc ſignum Sante Crucis Dommus Albertus Rufus Marchio fecit et eidem Iulicte coniugi ſue conſenſit ut ſupra.* Albertus inibi vocat Albertum patrem et Vgonem germanum ſuum, vt intelligas, Albertum heic filium eſſe Obertum, cui frater fuerit Hugo. Patet inde, eos quoque bona tenuiſſe in inſula Corſica. Obertus ille dicitur *Albertus rufus Marchio*. In Diplomate ad annum 1085 (ff) dato fratres vocat *Vgonem et Guidonem Marchiones*, ſimulque donat curtem de Camiſiano, excepto manſo de ſilua maiori, eccleſiae S. Mariae in loco Lune ſitae. Idem *GVIDO* ſeu *Wido Marchio filius bonae memoriae Alberti Marchionis* donat eccleſiae S. Venerii portionem ſuam de rebus territorii in Fenoclaria et Paliſtete anno 1051, confirmante largitionem Henrico III Imperatore. (gg) Oberti ſeu Alberti II Rufi vxor fuit *Giſla*; (hh) num poſthaec *Labilia?* (ii) Vtriusque exſtant donationes ad annos 1055 et 1097. Obertus, Oberti filius, Obizo dictus anno 1060 teſtamentum condidit. (kk) Obertus et filius Albertus anno 1053 obligant ſeſe hypothecae

(x) Donatio a. 1094. p. 234. c. XXIV. Muratorii. Negare tamen non poſſum, ſubinde videri Iulittam fuiſſe vxorem Oberti ſeu Alberti, ex Alberto I nati. In donatione ad annum 1050. facta *Iolicta* dicitur vxor Alberti rufi illius, qui Vgone germano fratre ſit vſus. Hic certe Albertus eſt Obertus. Vide *MVRATORIVM* c. XXIV. p. 230. Iudicabunt illi, qui plura tenent Diplomata, expeditius.

(y) In tabula venditionis ad annum 1053. *Adelbertus Marchio, filius Alberti Marchionis*, occurrit, apud *MVRATORIVM* c. XXI. p. 203. Alibi vocatur *Albertus Marchio filius quondam Alberti itemque Marchionis*, vti ad a. 1050. apud eumdem c. XXIV. p. 230. et annum 1051. p. 231. nec non ad annum 1085. p. 232.

(z) Obertum et Adelbertum confundi nonnunquam ſcripturae vſu, ſupra quoque obſeruatum.

(aa) Alberti Marchionis frater dicitur *VGO*, alterius vero Alberti Marchionis filius. Donationis tabula ad a. 1050. c. XXIV *MVRATORII* p. 230.

(bb) Albertus rufus, filius Alberti Marchionis, patrem ſuum vocat patrem *Guidonis Marchionis*, in donationis membrana ad annum 1085, per quam fratres Epiſcopatui Lunenſi nonnulla impertiuerunt. l. c. c. XXIV. p. 232. De Guidone plura habes ad a. 1051. 1052 1056. 1060. p. 236. ſqq.

(cc) Id patet ex membrana memoriali, a Bernardo et Gualfredo germanis anno 1072. ſcripta. Produxit eam *MVRATORIVS* c. XX. p. 192. Terra *Vbertenga* mihi videtur ſic vocata ab *Opitergio*, ni fallor, ciuitate inter Taruiſium et Forum Iulii poſita. *PAVLVS WARNEFRIDVS* de *Obitergio* L. IV. c. 47. p. 280. L. V. c. 28. p. 300.

(dd) *MVRATORIVS* c. XXIV. p. 234. ſq.

(ee) Loco excitato p. 230.

(ff) Diploma legitur l. c. p. 232. ſq.

(gg) Diploma habes l. c. p. 236.

(hh) Donatio Alberti II ſeu Oberti c. XXV. p. 241. ſic infit: "*Anno 1077* - - *monaſterio S. Marie et S. Venerii, quod eſt conſtructum in mare prope portu Veneri, loco ubi dicitur Tiro. Ego ALBERTVS Marchio filius quondam item Alberti Marchionis. qui profeſſus ſum ex natione mea Lege viuere Longobardorum* - - *dono* - - *a preſenti die in eodem S. monaſterio pro mercede anime mei et patris mei et pro anima VXORIS MEE GISLE* - - *menſum unum in loco, qui dicitur Canzo* - - "

(ii) Obertus filius Alberti Marchionis a. 1097. donat nonnulla Labiniae, filiae Alberti Comitis. Labinia haec non fuit Oberti vxor, ſed potius Alberti, quem in tabula vocaui ſecundum, filii. Id vero ſatis patet ex formula ſubſcriptionis c. XXV. p. 252. *Marchio Alberto filio Opicio de alio filiolo Oberto, e ala mulere Labilia, det pro ſuo auere contrafaſo de ſuo auere omnia buſco et caſtella et terra et aqua et omnia, que erant inter Poyono et omnes ſerui et franci et omnia que abebat;* Oberto fuiſſe alteram vxorem Labiliam.

(kk) Id ſic habet:

Anno ab incarnatione Domini Ieſu Chriſti milleſimo ſexageſimo. quinto Kal. Februarii. Ind. " XIV. Ego in Dei nomine *OBERTVS*. qui et *OPIZO Marchio filius bone memorie item Oberti*, ſimi-

thecae nomine.(ll)Alberti quoque ad annum 1085 extat donatio.(mm)o.A1092 tulit vexillum regium.(nn)Ao. vero 1090 cum *vxore Picena* Epiſcopatui S. Martini in Burgo Portenuri,quaedam donauit.(oo)AntePicenam vſus eſt vxore *Adeleida filia Adelberti Marchionis*,quacum oppignorauit anno 1076 bona quaedam Lanfranco Abbati Bobbienſi. (pp) Oppignorationem habent ratam filii *Obizo* ſeu *Obertus* atque *Amedeus*,qui ad annum 1077 (qq) vocantur germani filii Alberti et Adeleidae. Obertus, filius Albertus, ſorori ex patre donat anno 1097 nonnulla. (rr) Ipſa vocatur *Labinia* ſeu *Lauinia*. *Purpurella*, Alberti II ſoror, nupta Hildebrando Comiti, eſt obuia ad annum 1076. (ss) Ex Obitio ſeu Oberto natus eſt Obitius, Malaſpina dictus, (tt) a quo familia ſplendidiſſima Malaſpinarum videtur deducenda hunc in modum:

*OBI-*

„ſimiliter Marchio. qui profeſſus ſum Lege viuere Longobardorum. p. p. dixi. Vita et mors in „manu Dei ſunt. melius eſt homini metum mortis uiuere quam ſpe viuendi morte ſubitanea per„uenire. Ideoque ego qui ſupra Obertus. qui et Opizo Marchio. uolo et iudico. ut ſit in meum „dominium cunctas caſas et omnes res territorias ſeu caſtra et capellas iuris mei. que abere vi„ſus ſum in Epiſcopatu Cremonenſe. Parmenſe. Regienſe. Lunenſe. Lucenſe. Piſano. Vul„tornenſe. Paduano. Vicentino. Veronenſe. Mantuano. Placentino. Papienſe. Tortonen„ſe. Turinenſe. Bubienſe. Genuenſe - - de ipſis meis rebus - quod fecero - - firmum „et ſtabile permaneat inuiolabiliter. pro anime mee. et quondam *ERMENGARDE coniugis mee* „mercede. Et ſi Dei voluntas fuerit. quod ego qui ſupra Obertus qui et Opizo Marchio de „hoc ſeculo migrauero. antequam de ipſis meis rebus alteram ordinationem faciam. et *ALBER*„*TVS filius meus* de hoc ſeculo migrauerit ſine filiis legiptimis - - uolo - - ut habeant ſupra„ſcriptos Epiſcopatus omnia, que de predictis meis rebus - - remanſerunt - - „ Integrum legitur apud *MVRATORIVM* c.XXV. p. 245.

(ll) Diploma extat l. c. c. XXV. p. 247. et in eo commemorantur *Otbertus et Opizo gratia Dei Marchio filius bone memorie item Otberti, qui fuit ſimiliter Marchio et Albertus filius ipſius Opizoni*,

(mm) *CAMPI* Iſtoria eccleſiaſtica di Piacenza L. II. p. 356. *Vennero nel detto anno* 1085. *donate al monaſterio di S. Savino, premieramente dal Marcheſe Alberto nato di Obizo de' Marcheſi di Vicolo - - per la ſua parte, e da Bellaſatio figliuola d' un Ottone, per certa altra parte la Chieſa di S. Maria di Tauernago co' ſuoi Beni Dotali - -*

(nn) *DONNIZO* de Vita Mathildis Ducatricis L. II. c. 7. quod inſcribitur *de obſidione Montis belli et de vexillo Regis apud Canoſſam capto*, p. 672. To. I. Leibn.

*Vexillum Regis geſtabat natus OBERTI.*
*Ad ſe qui rectum cum vidit tendere ferrum;*
*Euitans ictum lorica nimis trahit ipſum.*
*Nam cecidit terrae, currit quidamue pedeſter,*
*Accipiens haſtam, vexillum tollit ad aſtra.*
*Vix releuatus equo praedictus MARCHIO, retro*
*Ad Regem ſurſum, qui monticulum ſtetit vnum,*
*Cum ſociis cunctis rediit, ſimul ac ibi iuncti*
*Ob nebulam grandem cum nullus viderit arcem;*
*Rex voluit frena, Baianum tendit - -*

*VITA MATHILDIS* proſa c. XII. p. 697. *Montis belli caſtrum expugnatum eſt - - Sed Camiſianum rediens* (Imperator Henricus IV.) *decreuit Canuſſinum caſtrum inuadere, ad memoriam reducens id, quod paſſus fuerat, dum ad Papae praeſentiam ſuper niuem et glaciem nudis pedibus inceſſiſſet. Veniens igitur ad debellandum ipſum Canoſſae caſtrum; milites Comiteſſae* (Mathildis) *ſe armis accingunt, et conſerta pugna capitur Imperatoris vexillum, quod geſtabat filius MARCHIONIS ADALBERTI - - FIORENTIN MEM.* di Matild. L. II. p. 258.

(oo) *CAMPI* Iſt. eccleſ. L. XII. p. 363. *Seguì poi l' anno di Chriſto mille nouanta, nel quale il Marcheſe ALBERTO nomato di ſopra, figlio del già Marcheſe OPPIZZONE, in compagnia di ſua Moglie PICENA, portato da nuouo affetto uerſo la glorioſa memoria di S. Savino, accrebbe non poco l' entrata dell' Oratorio, o Chieſa di S. Martino nel Borgo di Pontenuro, come ſotto poſta al Monaſterio, et Abbate di eſſo S. Savino, facendo ambidue a quella Chieſa nel 21 di Decembre libera Donazione di alcuni terreni poſti nel medeſimo luogo di Pontenuro.*

(pp) Diploma habes apud *MVRATORIVM* c. XXV. p. 249. ſqq.

(qq) In Diplomate apud eumdem p. 251. ſq.

(rr) Ibidem p. 252.

(ss) In Diplomate apud *MVRATORIVM* c. XX. p. 186.

(tt) Sic coniecturam facio ex Diplomate a. 1155. apud *BACCHINIVM Iſt. di Polir.* L. IV. p. 164. obuio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*OBITIVS Malaſpina* 1155. (uu)

*Obizo* 1162. *Albertus* 1195. *Moroëllus* 1194.

*Conradus* 1195. 1221. *Zio* 1228. *Guilielmus Marchio* de Maſſa 1202. 1220.

*Obizinus* a. 1221. *Guido* 1202. N. N. filia 1218.

Obizo ſeu Obertus a Friderico I, Imperatore, ad feuda accipienda anno 1162 fuit admiſſus. (xx)

## §. XXII.

### *Quis fuerit Albertus ſeu Obertus, qui a Conrado II Imperatore diſſedit et Henrico III.*

Mortuo Henrico II, Papienſes, nouis rebus ſtudentes, palatium Papienſe a Theoderico Rege conditum et ab Ottone III inſtauratum, disiecerunt, vt in poſterum carerent gentis ſuae freno. Inde exarſit offenſio inter Conradum II et Papienſes. (**) Quare anno 1026 defenſores Papienſium Rex nouus opprimere coepit, praecipue *Adelbertum Marchionem et Wilhelmum* ceteroſque Principes rebelles, expugnato caſtro eorum *Vrba*. Vnde Marchiones eo compulſi ſunt, vt Imperatori ad aſſem ſatisfacerent. (yy) Anno rurſus 1046 Henricus III in pratis Roncaliae grauiſſimis criminibus accuſatum *Adalbertum Marchionem* ac publico iudicio damnatum ferreis vinculis addixit, (zz) dignis quidem ſtatore et anteſignano eius diſcordiae. (a) Intelligo Adalbertum V, qui eo tempore floruit, vel, ſi Muratorio magis faues, (b) Obertum, Alberti I filium, aut forſitan vtrumque.

## §. XXIII.

### *De Oberto II. Marchione Italiae.*

Obertus II, Oberti I filius, ab Ottone III Imperatore vna cum fratre Adalberto Comitatum Vicentinum obtinuit. Ipſe anno 994. interfuit iudicio, (c) a Iohanne Aquileienſi Patriarcha in gratiam monaſterii S. Zachariae, Venetiis quod erat, celebrato. Gothefredo Epiſcopo ad annum 998 tradidit plebes quatuor, perpetuo poſſidendas. (d) Dicitur in traditionis charta *Otbertus Marchio filius quondam item Otberti itemque Marchio.* Addit: *qui profeſſo ſum ex Natione mea lege viuere Longobardorum.* Anno 1008 in Viculo iuxta Placentium inſtituit Abbatiam in vſum Monachorum Benedictinorum. (e) Nam adeo non abhorruit a beneficentia in viros, cultui eccleſiaſtico conſecratos, vt potius anno 1012 conſenſerit in Azonis filii et Adelae nurus opus pium. (f) Accipe Diploma, ritu traditionis bonorum memorabile:

„In

(uu) Complura congeſſit *MVRATORIVS* c. XXVI. p. 253. ſqq. e quibus tabulam ipſam concinnaui in honorem ampliſſimae familiae Italicae.

(xx) *MVRATORIVS* l. c. p. 259.

(**) *WIPPO* de *Vita Chunradi Salici* p. 470. ed. Struv. To. III. Piſtor.

(yy) - - l. c. p. 471.

(zz) *Triſt. CALCHO Hiſt. Mediol.* L. VI. *Galuano FIAMMA Manipul. Flor.* c. 149.

(a) *ARNVLFVS MEDIOLANENSIS Chron.* L. II. c. 5.

(b) P. I. *Antichità Eſtenſi* c. XXIV. p. 234.

(c) *MVRATORIVS* l. c. c. XIV. p. 128. Decidit eodem anno, vt Comes Palatii Caeſarei, ea, quae erant monaſterio S. Fructuoſi fructuoſa. *Placitum* habes c. XV. p. 133. ſq.

(d) Formulam ceſſionis habes l. c. p. 132.

(e) *ALBERICVS* in Vita S. Dominici Abbatis apud *BOLLANDVM* in Actis SS. Ianuar. die XXII. cap. 2. *Huberti tandem Marchionis potentisſimi percellit aures fama Dominici, eumque ad uiſendum Dominicum audiendumque perducit - - Conſtruxit itaque in Scandrilia Dominicus Monaſterium, quod S. Saluatoris voluit nominari, tantaque loco de reditibus iuris proprii Marchio memoratus conceſſit.* *CAMPI* Iſt. eccles. To. I. p. 298. *Su queſti medeſimi dì è opinione, che Vberto Marcheſe d' Orta in Toſcana fondaſſe ſul Piacentino in uno de' ſuoi villagi nominato Vicolo - il Monaſtero, che ſi dice auer lui edificato iui con la Chieſa et Hoſpitale anneſſi in honore di S. Giovambatiſta col titolo di Abbazia, e per uſo de' Monaci Benedettini.* Conf. *MVRATORIVS* c. XIV. p. 118.

(f) Apud *MVRATORIVM* c. XIV. p. 121.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

„In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. *ENRICVS* gratia Dei Rex.
„ anno regni eius Deo propitio hic in Italia nono. ſeſto die menſis Septembris. Indi-
„ctione decima. Epiſcopio Sancte Cremonenſis Eccleſie. ubi nunc Domnus Landulfus
„Epiſcopus preordinatus eſſe uidetur. ego *ADELA COMITISSA Conius AZONI Marchio.*
„que profeſſa ſum ex Natione mea Legem uiuere Salicha. ſed nunc pro ipſo uiro meo
„Legem uiuere Langobardorum. ipſo namque iugale et mundoaldo ( i. e. tutatore )
„meo mihi conſentiente et ſubter confirmante. et mihi. cui ſupra *AZONI* predictus.
„*OTBERTVS genitor meus* ſimiliter mihi conſentiente. et ſubter confirmante: et iuxta
„legem eidem uiro meo una cum noticia Lanfranchi Comiti huius Comitatu Aucienſe.
„in cuius preſentia uel teſtium certa facio profeſſione et manifeſtatione. quod me nul-
„lam pati uiolentiam a quopiam homine. nec ab ipſo iugale et mundoaldo meo. niſi
„mea bona et ſpontanea uoluntate. offertrice et donatrix ipſius Epiſcopii dixi. Quis-
„quis in ſanctis - - Ideoque ego. que ſupra. *ADELA* dono et offero a preſenti
„die in eodem Epiſcopio. hoc ſunt caſis et omnibus rebus territoriis illis iuris mei. que
„ſupra habere uiſa ſum in locas et fundas Videceto. Sancto Petro. ubi Braida nomina-
„tur - ad locus ubi dicitur Capella Scandolaria o Vulteroſo. Gagiolo qui dicitur
„Razoni. aut in eorum adiacentiis et pertinentiis. et ſunt caſis et rebus in eodem loco
„Videceto de areis Caſtro cum tonimento et foſſato circumdato per menſuram iuſtam
„pertice iugiales tres et tabulas nouem. foris circuitu ipſo Caſtro - et in prenominatas
„locas - - Que autem ſupraſcriptis Caſis, Caſtro, et omnibus rebus iuris mei ſu-
„perius dictis - - ab hac die in eundem Epiſcopium dono et offero. et per preſen-
„tem cartulam offerſionis ad partem iam dicti Epiſcopii ad proprium habendum confir-
„mo. Inſuper *per cultellum. feſtucum notatum. wantonem et waſonem* (i. e. glebam et ce-
„ſpitem ) *terre. ſeu ramum arboris* pars eidem Epiſcopii exinde coram teſtes preſentialiter
„legitimam facio traditionem et ueſtituram et me exinde foris expulli. Warpiui. et
„abſaſito feci. et parti iam dicti Epiſcopii proprietatem habendum relinco faciendum
„exinde a preſenti die iure proprietario nomine. quicquid uoluerit. ſine omni mea -
„ - et ad me. que ſupra. *ADELA* meique heredes ac proheredes eidem Epiſcopii
„ſupraſcriptis Caſis. Caſtro. et omnibus rebus - et *bergamena cum atramentario de*
„*terra leuaui. paginam* Ambroſii *Notario* et Iudex Sacri Pallacii *tradidi et ſcribere rogaui* - -

„Actum loco. ubi dicitur Argene. feliciter.

„Signum manus ſupraſcripte *ADELE COMITISSA.* que hanc cartulam offer-
„ſionis fieri rogaui.

„Signum manus ſupra ſcripto Lanfranchi Comes. qui eadem *ADELA COMI-*
„*TISSA* interrogauit. ut ſupra.

„*AZO* ſubſcripſi.

„*OTBERTVS MARCHIO* ſubſcripſi.

„Signum manibus Lanzoni et Odoni. ſeu Petri Legem uiuentes Salicha. teſtes.

„Signum manibus Garibaldi et Rodulfi atque Ingerami teſtes.

„Signum manus Adami teſte.

„Ego - qui ſupra - Ambroſius Notarius et Iudex ſacri Palatii ſcripſi.
„poſt tradita compleui et dedi. „

Ottone III Imperatore defuncto, Itali in libertatem ſeſe adſerere conati Ardoinum Marchionem Ipporegiae, d' IVREA, Regem ſibi praefecerunt. (g) Familiam ipſius exhibui ſupra. (§. 5.) Diploma, in quo ſeſe Regem Italiae Ardoinus vocat annumque 1002 primum dicit regni ſui, iam produxi. (§. 21.) Stabant ab eo Marchiones quatuor, Hugo, Azo, Adelbertus et *OBIZO*, (h) per quos Obertum II et Adelbertum IV; Azonem I et Hugonem I, filios Oberti II intelligo. Haeſit in limine conatus Ardoini, quamprimum Archiepiſcopi Mediolanenſis et reliquorum optimatum eccleſiaſticorum odia ſibi contraheret. (i) Hi enim iam anno 1002 precibus ſuis ſolicitabant Hen-

(g) *ARNVLPHVS* Mediolan. L. I, geſtorum Mediolan. c. XII. p. 730. *Ardoinus, quidam nobilis, Ipporegiae Marchio, a Longobardis Papiae eligitur et vocatur Caeſar ab omnibus.* *DITMARVS* Annal. L. IV. Annal. p. 359. *Longobardi, audito Imperatoris* Ottonis III *diſceſſu,* - - - *Harduwigum ſibi in Regem elegerunt.*

(h) *ARNVLPHVS* idem L. I. c. XVI. p. 731.

(i) *ADELBOLDVS* in Vita Henrici S. §. XV. p. 434. *Harduinus Epiſcopos, qui in electione illius prae ceteris omnibus aeſtuantes et ſitientes fuerunt, honorabat ut bubulcos, tractabat ut ſubulcos* - -

Henricum II, in Germania recens electum, vt ſubueniret oppreſſis. (k) Iuſiurandum clientelare proceres eccleſiaſtici dederant Harduino auidiſſime; ſed quum iniuſte adquiſita reddere iuberentur, mentem iniuratam gerebant. In eis igitur fides, in quibus maxima eſſe debebat, deſiderabatur. Archiepiſcopum Mediolanenſem, primarium Arduini inimicum, infeſtarunt Comites validi, Berengarius et Hugo, filii Sigefridi Comitis, ciuitate Mediolani igne ferroque vaſtata. (l) Arnolfus Archiepiſcopus quotidianis eiusmodi inſultibus concitatus ipſe adripuit arma, vimque vi repulit. (m) Henricus II inter haec id negotii dedit Ottoni Duci Francorum ac Carinthiae, cognato ſuo, vt Ardoinum compeſceret. Sed hic, tela praeuiſa minus nocere intelligens, exeunte anno 1002 Ottoni ocurrit, factaque congreſſione diſceſſit ſuperior. (n) Anno 1004 *HENRICVS* Rex ipſe Veronam per fines Franciae petiit, (o) quum Arduinus anguſtias faucium iuxta Atheſin valido muniiſſet praeſidio. (p) Nequid tamen a tergo eſſet, quod noceret; Carentani, ex obliquo accedentes copias Arduini (q) e faucibus deturbarunt, deturbatas in exundantem Brenti amnem compulerunt, et viam in Italiam Germanis conſeruarunt liberam ac patentem. Quo comperto, Italorum plurimi ab Arduino deſciſcere, et ad Henricum tranſire coeperunt. (r) Otbertus tamen cum ſuis Arduino conſtanter adhaeſit ad annum vsque 1013. Verona, Brixia et Patauium ſeſe Henrico ſubmiſerunt. (s) Pataui in ſolium regale is collocatus, et ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in aede diuina primaria Rex renuntiatus fuit. (t) Vix diadema ſumſerat Henricus, quum Patauini rebellare adgrederentur. (u) Ipſe, exemplo ceteros perdomiturus, vrbem ferro pacatam deleuit incendio. (x) Qua ſupplicii grauitate vniuerſa contremuit Italia. Exiguum tempus, a Paſcha inde ad Pentecoſten, conſumſerat Henricus in Italia, quum iam de reditu in Germaniam (y) eſſet ſolicitus. Vires enim ſuas periclitabantur penitus Reges ſeu Duces Poloniae et Bohemiae ad libertatem recuperandam. Abſente Henrico, Arduinus reſumſit ſpiritus et robur, eosq;, quos ſibi parum fidos ſenſerat, duriſſimis preſſit cruciatibus. (z) Tandem rediit Henricus anno 1013 in Italiam. Fidei ipſius ſeſe tentauit Arduinus

(k) Pergit *ADELBOLDVS*: *Quapropter quidam, pro coronatione illius poenitentia ducti, Regi Heinrico alii legatos, alii literas transmittunt, vt terrae oneri grauiſſimo ſubiacenti ſubueniat, humillima prece depoſcunt. Mandant etiam, vt ſi ipſe idem in aliquibus occupatus teneretur, ſaltem eis ſuorum principem aliquem cum paucis transmitteret.*

(l) *GALVANO FIAMMO* in Manipulo florum, apud Muratorium c. XIV. p. 113. *In Comitatu Mediolani erant duo magnis Comite, ſcilicet VGO et BERENGARIVS, qui continue ciuitatem Mediolani igne ferroque vaſtabant.*

(m) Eodem teſte *FIAMMO* l. c.

(n) *ARNVLPHVS* L. I. geſtorum Mediolanenſium c. XIII. p. 731. *Henricus direxit in Italiam ſuum cum exercitu Ducem. Cui occurrens viriliter Ardoinus, facta congreſſione - - quamplures ſtrauit, ceteros extra fines regni fugauit.* *ADELBOLDVS* in Vita Henrici S. §. XVI. XVIII. p. 434. 435. *A Rege Otto, Dux Carentanorum, - - ad petitionem Langobardorum explendam eligitur, et cum paucis - - in Italiam dirigitur. - - - Harduinus cum Longobardis ſuperuenit. Otto cum Theutonicis obuiam uenit. Fit congreſſio, fit pugna, fit caedes ex vtraque parte grauiſſima, - - - Longobardorum tandem exſtitit victoria. - - - Reuertuntur Theutonici, et ſic tunc confuſi, quandoque tamen talionem reddituri.* *DITMARVS* Annal. L. V. p. 370. ſq.

(o) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1004. p. 218. *Rex per Franciam in Italiam*, (venit) *ſanctum Paſcha ibi acturus.* *HERMANNVS CONTRACTVS* ad 1004. p. 383. *Heinricus Rex per Veronam Italiam cis Padum* (petit).

(p) *ADELBOLDVS* in Vita Henrici S. §. XXXIII. p. 438. *Henricus Rex ad alias vias ſe contulit. - - Erat enim impoſſibile per cluſas iuxta Atheſin, quas Harduinus cum plurima multitudine tuebatur, tranſire.*

(q) *DITMARVS* Annal. L. VI. p. 377.

(r) *ARNVLPHVS* L. I. geſtorum Mediol. c. XIV. p. 371. *ADELBOLDVS* §. XXXV. p. 438.

(s) *DITMARVS* L. VI. p. 377. *Verona primum* Henricum *ſuſcipiens, exultat in Domino, aduenisse defenſorem patriae - - Tunc Rex - - Brixnam veniens ſuſcipitur.*

(t) *ADELBOLDVS* §. XXXVI. XXXVII. p. 438. *DITMARVS* l. c.

(u) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1004. p. 218. Henricus *adempto gaudio multa milia rebellium iuſſit interire gladio, ob vlciſcendam iniuriam ab eisdem Romanis Theotonicis iam dudum illatam, omnibus ſimul aedificiis Papiae exuſtis, quae veterum conſtruxerat induſtria illuſtris.* *DITMARVS* l. c. *ADELBOLDVS* l. c. *HERMANNVS* Contractus ad a. 1004. p. 383. *ARNVLPHVS* l. c.

(x) *HERMANNVS* l. c. *Henricus Papiam ipſa, qua coronatus eſt, die, irrumpens, gladio et igne perdomuit.*

(y) *DITMARVS* Annal. L. VI. p. 378.

(z) *HENRICVS* II in Diplomate apud *BARONIVM* To. XI. Annal. eccleſiaſt. ad a. 1014. n. XI. p. 56.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nus permittere, pacturus ſibi Comitatum. (aa) Non tulit ſeditioſi preces Henricus. Quare incenſus Arduinus expugnauit Vercellos, et Comum, ac oppugnauit Nouaram. (bb) Abalienauerat atrocia ſua Arduinus animos omnium ita, vt ab omnibus fere deſtitutus ſpem conatuum ſuorum ipſe damnaret, morbo implicaretur, regno renuntiaret ſua ſponte, et in coenobium ad Auguſtam Taurinorum ſecederet. (cc) Epiſcopus Aſtenſis et Marchiones quatuor, de quibus ante dixi, vltima pro fide in Arduinum experti, vno conflictu ſunt ſuperati ac bonis exuti. (dd) Comitum, Hugonis ac Berengarii, praedia Mediolano confinia aedi cathedrali Ambroſianae ceſſerunt. Cetera anno 1016 Richildae, Bonifacii Comitis vxori priori, Imperator adtribuit, videlicet, vt Diploma habet, *bona a Berengario et Hugone, filiis Sigefridi Comitis, imperio rebellantibus.* Quatuor Marchiones, in vincula coniecti, partim fuga ſibi conſuluerunt, partim gratiam male actorum obtinuerunt, muneribus adiectis diuitiſſimis (gg) Arduinus hiſce moleſtiis fractus et cogitationibus debilitatus anno 1015 exeunte obiit. (hh) Vxo-

(aa) *DITMARVS* L. VI. p. 398.

(bb) *ARNVLPHVS* L. I. c. XIV. p. 731. *Ardoinus Vercellenſium vrbem cepit, Nouariam obſedit, Cumas inuaſit, multaque demolitus eſt loca ſibi contraria.*

(cc) *ARNVLPHVS* l. c. *Ardoinus ad vltimum labore confectus et morbo, priuatus regno, ſolo contentus eſt monaſterio, nomine Frucheria, ibique depoſitis regalibus ſuper altare, ſumptoque habitu paupere ſuo dormiuit in tempore.*

(dd) *ARNVLFVS* L. I. c. XVI. p. 731. *Henricus quid de reliquo geſſerit, - - qualiter Marchiones Italiae quatuor, VGONEM, AZONEM, ADELBERTVM et OBIZONEM captione una conſtrinxerit, recitare non expedit. - - Aſtenſis Epiſcopus, propria relicta ſede, Mediolani usque ad obitum latuit.* *TRISTANVS CALCHVS* Hiſtor. Mediol. L. VI. ad a. 1013. *Tunc veluti exſtincto paene aemulo* (Arduino) *cuncta ſine difficultate Henrico obtemperauere. Simul quatuor inclyti in Italia Marchiones VGO, ACTIVS, ADELBERTVS et OBICIO atque alii non pauci, qui partibus adhaeſerant, fortuna afflicti, vniuerſis opibus cecidere.* *GALVANO FIAMMO* in Manipulo Florum c. 137. *Ad ciuitatem Papienſem, vbi erat tota virtus Arduyni, greſſus ſuos dirigens, ipſam* Henricus II *facillime ſuperauit, quam igne ferroque deſtruxit. Demum contra quatuor Marchiones Italiae. qui Arduyno ſemper fauebant, arma parauit; et, facto congreſſu, omnes quatuor ſuperauit atque decapitauit, quorum nomina ſunt haec VGO, AZO, ALDEBERTVS, et OBIZO. Sic itaque peractis omnibus feliciter bellis Romam iuit, vbi Imperii Coronam ad maiorem Imperii ſui firmitatem recepit.* *SIGONIVS* L. VIII. de regno Italiae p. 189. *PELLEGRINVS PRISCIANVS* in Annal. MSS. de Ferrar. *Poſthaec Henricus Imperator Troiam nobilem Apuliae Ciuitatem obſedit et cepit. Marchiones quoque Italiae VGONEM, AZZONEM, ADELBERTVM et OBIZONEM captione vna conſtrinxit.* *CHRONICON* Noualiacenſe apud Du Cheſne Script. Rer. Franc. To. III. *Circa haec tempora Henricus Imperator Regnum excipiens Italicum, deiecto Arduino, cum quo ſui ante dimicarant, et victi fuerant; et quem poſt triduum in Sparronis Caſtrum annum obſederat integrum, quem capere minime potuit, ſed poſt modicum Monachus efficitur. - - Marchiones autem atque Epiſcopos, Duces, et Comites, nec non Abbates, quorum praua erant itinera, corrigendo, multum emendauit. MARCHIONES autem Italici Regni ſua calliditate capiens et in cuſtodia ponens, quorum nonnulli fuga lapſi; alii vero poſt correctionem ditatos muneribus dimiſit.* Formulam condemnationis, ex qua vnum et alterum memorabile innoteſcit, adtulit *MVRATORIVS* c. XIII. p. 108. ſqq. Per eam Henricus II Imperator *VBERTVM*, filium Hildeprandi, exuit caſtello *de Cerreto* et *Vulparia* cum adnexis *ad tria millia iugerum* cum tractu toto: *VBERTVM* vero ſeu Obertum et filios ac *ALBERTVM* nepotem ipſius Marchionem nudauit bonis omnibus in *Scadrampo prope caſtrum de Balbiano, et in territorio S. Martini in Strata et in Caſale ad iugera quingenta.* Haec bona ac iugera vniuerſa, Marchionibus ademta, Epiſcopatui Papienſi adtribuit anno 1014. Ex Diplomate Henrici II liquet, Vbertum Comitem filium Hildeprandi, Othertum Marchionem, filios eius et Albertum Nepotem elegiſſe Henricum in Regem et Imperatorem, et poſt manus Henrico II datas et ſacramenta clientelae facta reſumſiſſe partes et factionem Ardoini. Diſcimus ex eodem Diplomate, reum fuiſſe iudicandum conuenienter illi legi, quam profitebatur, vti Marchiones hi damnati ſunt ſecundum legem Longobardicam. Sic quoque olim res ſe habuit in Germania, vt nationes ſingulae ſingulis vterentur legibus peculiaribus, reus ex lege ſuae terrae et profeſſionis eſſet iudicandus, et quidem in vrbe vel loco prouinciae ſuae. Quare Henricus Leo iniuſte priuatus fuit terris Sueuicis ac Italicis, ſiquidem nec in loco, vbi leges profeſſionis ac terrae ſuae valebant, fuit iudicio ſubiectus, nec ſecundum leges Alemannicas et Longobardicas conuictus.

(gg) Eodem anno Obertus II cum ſuis fuit in gratiam receptus. Fuit enim cum fratre Anſelmo iudex imperatorius et *placitum* Papiae, inſpectante Henrico II, habuit. Placitum exhibet *MVRATORIVS* c. XIV. p. 110. Idem ex Chronico Noualiacenſi patet. Locum iam iam adduximus. Loca quoque ademta eis reſtituta. Nam Henricus IV infeudauit Eſtenſes *Sancto Martino in Strata* et *Caſale maiore*, vti auctor eſt *MVRATORIVS* c. XIII. p. 109.

(hh) *ANNALISTA* Saxo Eccardinus ad a. 1015. *Harduwigus, nomine tantum Rex, perdita vrbe Vercelli - - infirmatur, radenſque barbam et monachus factus, III Kal. Nouembr. abiit.* NE-

CRO-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vxorem eius Bertam (ii) ad latus ipſius fuiſſe humatam, accepimus. (kk) Anno 1025 Canonici S. Martini querelam mouerunt aduerſus Marchiones, Bonifacium, Albertum, Azonem, Otbertum et Hugonem, tanquam bonorum ſuorum iniuſtos detentores. (ll) Satisfactum eis induſtria et pietate Hugonis. An Otbertus ſit Obertus II, ambigo. Nam *OBERTVS* in tabula publica ad annum 1013 iam dicitur *bonae memoriae.* Quo minus tamen Obertum II iam anno 1013 deceſſiſſe credam, prohibeor Diplomate ad annum 1014 dato, quo *Otbertus et Anſelmus fratres germani Marchiones* recenſentur inter viuos. (mm) Interim veriſſime poteſt adfirmari, Obertum II iam anno 1033 inter eos fuiſſe, vnde redire negant quenquam. (nn) Liberos, quos nouimus, genuit idem *Albertum Azonem* I: *Hugonem* primum Marchionem ac Comitem, patremque Hugonis: (oo) *Adelbertum*, quem voco quintum: *Guidonem* II: et *Bertham*, vxorem Odelrici Maginfredi Marchionis Taurinorum. (pp) De adfinitate, inter Hen-

---

*CROLOGIVM* S. *Benigni Diuionenſis*, monente *IOANNE MABILLONIO* To. IV. *Annalium Ordinis S. Benedicti* L. LIV. n. XVI. p. 247. Ardoini mortem refert ad XIV Decembris.

(ii) *LAMBERTVS de LANGRES* apud *MABILLONIVM Saeculo* VI *Benedictino* in *Appendice I ad vitam Guilielmi* §. VIII. p. 350. *Factum id eſt non ſine multorum, maxime Arduini Regis et Bertae vxoris eius adiutorio.*

(kk) *GLABER RODVLFVS* In vita S. Guilielmi Diuionenſis Saec. VI. Benedict. Part. I. §. XVII. p. 329. *Guilielmus baſilicam* Fructuarienſem, *praeſente Arduino Rege, cum aliquibus Epiſcopis ſacrari iuſſit.* - - *In qua etiam idem Rex cum ſua coniuge et filiis humatus quieſcit.*

(ll) *GIOVANNI BESLIO* in *Vera origine Hugonis* Regis Italiae apud *MVRATORIVM* c. XIV p. 115. ſq.

(mm) Apud eumdem *MVRATORIVM* l. c. p. 110. ſqq.

(nn) Id patet ex *Diplomate* apud *MVRATORIVM* c. XII. p. 98.

(oo) Hugo, Otberti filius, adſtitit anno 1029. teſtis venditioni, cuius tabulam adtulit *MVRATORIVS* c. XII. p. 90. Eodem anno donauit Placentinae eccleſiae decimam. Diploma habet *MVRATORIVS* l. c. p. 91. ſq. Anno 1033 conſentit Hugo fundationi Benedictini monaſterii Monacenſis. *MVRATORIVS* diploma excitat et profert l. c. p. 98. ſqq. Anno 1037 cum Conrado II expeditioni intereſt ad Mediolanum. *LANDVLPHVS* Chron. Mediol. L. II. *Vgo Marchio Tranſpadanus, qui multis cum militibus ad deſtruendam Vrbem in adiutorio Conradi concurrerat.* Anno 1033 Abbatiae Caſtiglionenſi multa bona ad Placentinum donauit. Teſtis eſt *CAMPI* in *Iſtoria Eccl. di Piacenza* To. I. p. 312. Anno 1040 pro anima vxoris ſuae multum beneficii contulit monaſterio Vangadizzae. Nomen vxoris in Diplomate non potuit legi. Adtulit illud *MVRATORIVS* c. XII. p. 95. ſq. Anno 1045. magnifice benefecit coenobio Pompoſiae, vti Muratorius p. 93. l. c. ex Archiuo Pompoſiano docet. Obiit ſeptimo Kalendis Februarii Hugo. *CAMPI* Iſtor. eccles. di Piacenza To. I. p. 323. *VII Calendas Februarii obiit Vgo Marchio, qui dedit nobis, quicquid habemus in Portualberae et in Guano et in Vicomarino.* Hugo, Hugonis filius, occurrit ad annum 1103. Donatio quaedam ſic habet: “Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCIII. Indictione V. Ego VGO MARCHIO *filius quondam Oberti Marchionis filius* libero et franco Eccleſiam Sancti Gauini de Mala, vt nullus Marchio deinde abeat poteſtatem de predicta Eccleſia tenere nec mittere aliquem Clericum. ſet totum ſit ſemper in ordinatione et libera poteſtate Abbatis de Tiro - - “ Sed hic Hugo fuit Adalberti V ex Oberto nepos. Azo I et Hugo ſaepius dicuntur fratres, vt in Placitis et Diplomatibus ad a. 1013. apud Muratorium c. XI. p. 85. et p. 88. alibique. Henricus III Imperator publico Diplomate laudauit anno 1045 Hugonis, qui erat filius Vberti beneficentiam in Abbatiam S. Mariae in Pompoſia. Diploma id produxit *MVRATORIVS* c. XII. p. 93. ſq. Filii Hugonis fit mentio ad annum 1097 in donatione manſorum quinquaginta, traditorum monaſterio S. Mariae de Vangadizza, apud *MVRATORIVM* c. XI. p. 81. ſqq. Vnde patet vita Hugonis longisſima. Is enim, ſcilicet ſenior, tum adhuc vixit.

(pp) *GVICHENON* Bibliothec. Sebus. Cent. II. cap. XXIX. p. 309. producit Diploma Henrici Sancti ſeu II, conceſſum monaſterio S. Benigni Fructuarienſis ſuper nonnullis manſis, *quae dederunt Manfredus Marchio et BERTA eius vxor, et fratres eiusdem Manfredi, id eſt, Alricus Epiſcopus, et Oddo Comes et Ardoinus conſobrinus eorum.* Adelricus ſeu Vlricus Epiſcopus Aſtenſis, Odelricus Manfredi Marchio frater et Berta huius vxor fundarunt anno 1029, 9 Iulii, aedem Sacram S. Iuſti Suſae. Diplomatis, quo fundatio continetur, quodque Guichenon adtulit *en Hiſtoire genealogique de la Maiſon de Savoye To.* I. p. 189. particula quaedam ſic habet: *Tam pro nobis et genitoribus et genitricibus, atque filiis filiabusque noſtris, quorum ſupra, iugalium, ſiue ARDOINI Aui noſtri atque ADALBERTI Marchionis, cuius ſupra BERTAE Comitiſſae fratris filiorumque ſui; nec non ODONIS, ATHONIS, HVGONIS, WIDONIS fratrum noſtrorum; item Ardoini et item Odonis patruorum noſtrorum; ſeu item Ardoini, Conſobrini noſtri; quam pro autabus - - effundant preces.* Habes heic fratres Berthae Athonem ſeu Azonem, Adalbertum, Hugonem et Widonem. Vnde patet porro, Albertum Marchionem Epporegienſem nequaquam fuiſſe patrem Bertae, vti quidem ſenſit Guichenon; ſed Obertum II. Hic enim fratrum Bertae fuit communis progenitor. Bertam, Ardoini Regis vxorem, cum noſtra non licet confundere. Bertam, Henrici IV Imperatoris vxorem, fuiſſe Ottonis Marchionis Turinorum et Adelheidis filiam, egregie oſtendit D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIVS Reichs-Hiſt.* Part. III. c. II. §. XII.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricum IV et Welfum IV Ducem Bauariae contracta per hanc Bertham, non adtinet multa monere, ſiquidem ea ex Tab. V. (§. 5.) ſatis patet.

## §. XXIIII.

## *De Adelberto V, filio Oberti ſecundi, et eius genealogia rebuſque geſtis.*

Azo ponitur loco primo, Hugo autem ſecundo, quoties in Diplomatibus et ſubſcriptionibus eorum occurrunt nomina; Adelbertus tertium occupat locum, ac Hugoni poſtponitur. Exſtitit nihiloſecius ſumma Adelberti potentia et opulentiae graue encomium. Documento eſt ditiſſima fundatio monaſterii et Abbatiae Caſtilionenenſis, quibus Adelbertus iuxta ac Adeleida vxor ipſius Monachis Benedictinis proſpexit. (a) Anno 1033 Conradus II Imperator ſolemni charta donationem ſatis opimam confirmauit. (b) Aedem Pallauicinam Adalbertus ampliauit, a parente acceptam. (c) Ex quo fit veroſimile, ſplendidiſſimam *Pallavicinorum* ſtirpem ab hoc eſſe deriuandam. Epitaphium Adalberto cuidam poſitum eſt in aede Caſtilionenſi, (d) quod indubie eſt noſtri, ſiquidem cum vxore eam exſtruendam curauerat. En illud:

„*Hectoreos cineres et Achillis buſta ſuperbi*,
„*Caeſareumque caput*, *Pario hoc ſub marmore tectum*,
„*Credere ne dubites*, *Pietate Adalbertus et armis*
„*Inclytus Auſoniae quondam ſpes fida carinae*,
„*Quo Duce Romuleus Cyrnus*, *ſubiecta triumphis*
„*Barbara gens*, *Italaque procul diſpellitur vrbe.*
„*Marchio. Dux Latii. Sacer aedis conditor huius.*
„*Hac tumulatur humo. melior pars aetheregaudet.*
„*Obiit anno ſal.* MXXXIV. *Die* VI. *Ianuarii* - - „

Non dubito, quin annus diesque mortis ex membranis coenobii deſumtus veritati reſpondeat, quamuis non infitier, carmen illud ſepulcrale vix abhinc trecentis annis fuiſſe compoſitum. Vxor *ADELEIDA* fuit *filia Comitis Boſonis*, quae profeſſa erat ex natione ſua viuere lege Alamannorum, ſed matrimonio inito legem ſecuta eſt mariti nempe Longobardorum. (e) Adalbertus noſter facile confunditur cum Alberto I eiusque filio Oberto. Vterque enim in Diplomatibus ſubinde vocatur *Adalbertus*. Adalberti V liberos reperi tres, filios duos et vnam filiam. De Guilielmo eiusque poſteris ſparſim nonnulla adtulit *MVRATORIVS*, (f) in quibus enodandis cur forem longus, non video quicquam cauſſae. Adelheidam nupſiſſe Alberto II Marchioni conſanguineo, iam ſupra monui. (g) Sunt mihi rationes, cur Guilielmum et Obertum habeam pro nepotibus Alberti I. In documento Pacis Lunenſis ad annum 1124 haec inter alia leguntur: (h) *Albertum Rufum et Patrem eius Marchiones*, *id eſt*, *Patrem et Auum praedicti Wilhelmi*, *partem*, *quae eis in praedicto Pogio competebat*, *praedictae eccleſiae S. Mariae* - - *obtuliſſe.* Sunt tamen rurſus argumenta, quibus conficitur, ex Oberto aeque progenitos fuiſſe Wilhelmum quemdam et Obertum aeque ac ex Adelberto V. *HVGO*, filius Oberti, floruit circa annum 1103, quo priuilegium quoddam eccleſiae S. Gauini de

§. XII. p. 95. ſq. Adelheidis matrem exſtitiſſe Bertam noſtram, comprobauit *MVRATORIVS* c. XIII. p. 104. ſqq. quem ſequuntur *GVNDLINGIANA* Part. XXX. num. II. § XXIV. p. 426. Adelheidis prior maritus nondum innotuit, quantum equidem noui: *GVICHENON* in ea ſententia eſt, Hermannum Ducem Sueuiae eum, quem quaerimus, exſtitiſſe maritum. Verum nequis ita ſentiat, ſed vt de genealogia Ducum Comitumque Franconica vnusquisque vera adoptet, tabulam decimam adiecimus ſupra. (§. 9.)

(a) *CAMPI* Iſt. eccl. di Piac. To. I. p. 312. *Nell' anno* 1023 (*altri diſſero nel* 1033) *hebbe principio la nobil Chieſa*, *e Monaſterio con titolo d' Abbatia di S. Maria di Caſtiglione detto de' Marcheſi appo Borgo S. Donnino per la ricchiſſima donatione di Adalberto Marcheſe*, *e di Adeleida ſua Moglie fatta a' Monaci dell' Ordine di S. Benedetto.* - - *Hauendo egli in queſti dì inſieme con la prefata Conſorte fatto edificare il Monaſterio e la Chieſa di Caſtiglione predetto*, *gli diedero per ſua entrata alla preſenza di Vgo Marcheſe e Conte*, *che vi donò anch' egli per diuotione particolare alcune rendite*, *molta quantità di terreni in più luoghi*, *e ſingolarmente ſul Piacentino*.

(b) Quam adtulit *MVRATORIVS* P. I. c. XII. p. 98. ſqq.

(c) *CAMPI Iſt. eccl. di Piac.* To. I. p. 312.

(d) *SANSOVINO Orig. delle Caſe illuſtr.* p. 380.

(e) *MVRATORIVS* l. c. p. 98.

(f) Cap. XVII. p. 155. ſqq.

(g) Eam probaui ex *DIPLOMATE* apud *MVRATORIVM* c. XXV. p. 249. obuio.

(h) Illud dedit integrum idem *MVRATORIVS* c. XVII. p. 154. ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de Mala addidit. (i) Occurrit donatio quaedam apud *CAMPIVM*, (k) quam impertitus eſt coenobio Columbae *Marchio Pallauicinus*, videlicet *Vbertus filius Vbertini, et pronepos Adalberti.* Donatio incidit in initium ſaeculi XII. Nam Papae, Innocentius II et Eugenius III, in decretis anno 1137 et 1145 confirmant coenobio illi *terras illas, quas illuſtris vir Pallauicinus Marchio et nobilis ſignifer Placentinae ciuitatis contulit.* *VGHELLVS* (l) dilucide monet, in Bulla Innocentii II legi: *Obertus Pallauicinus Marchio.* Subdit idem: *Hic ille Obertus eſt, cuius familia ab antiquo Longobardorum ſeculo longa ſerie deducta ad noſtram vsque aetatem peruenit. Exceſſit vero Obertus anno* 1147. Idem Obertus anno 1139 nonnulla donauit coenobio S. Mariae de Columba. Summa donationis expreſſa eſt hiſce verbis: *Ideoque ego, qui ſupra Vbertus Marchio dono et offero a praeſenti die in eadem Eccleſia ſanctae Mariae de Columba pro animae meae mercede totam terram illam, quam praedicta Eccleſia poterit adquirere ex Vaſſallis meis de Cremona in Curia Videlianae.* (m) Vbertum videtur excepiſſe filius Vbertus, Marchio Pallauicinus. Hic enim Vbertus anno 1162 circiter a Friderico I Imperatore fuit infeudatus. Deinceps anno 1175 idem Fridericus contulit *Friderico et Fratri eius Ottoni Marchionibus Pallauicinis feudum, quod pater eorum Bertoldus de Burgo ſancti Domini a nobis tenuit.* (n) Dudum fui ſuſpicatus, Bertoldum de Burgo Vberti filium et Vberti eius, qui anno 1147 obiit, pronepotem fuiſſe. Verum haec ſcriptoribus Italiae enucleanda permitto, qui documentis patriae ſuae ſunt inſtructi.

### §. XXIV.
### *De Guidone II eiusque proſapia.*

Ad Guidonem II, Adalberti Azonis I fratrem, tandem deuoluitur tela et ſeries ſcriptionis noſtrae. (o) Fit eius ad annum 1029 mentio. (p) Procreauit ipſe Raginerum et Widonem, (q) quorum memoria exſtat ad annum 1014. Widonis uxor fuit Mathilda, ſoror Wilhelmi Epiſcopi Papienſis. (r) Ex ea genuit Iohannem et Winitionem. (s) Vbertus, Comes de Montebello, cognomine *Maltrauerſus*, occurrit ad annum 1107, (t) filius Winitionis ſeu Guidonis. Familia Maltrauerſorum ex eo copioſius foret deducenda, ſi ad manus eſſent monumenta complura ex tabulariis Italicis.

## §. XXV.
## *De Azone I, Azonis II patre.*

Azonis II parens fuit Azo I, filius Oberti II, natu maximus. Haec progenies patet ex donatione, qua Azo II ad annum 1097. 13 April. monaſterio S. Mariae ad Atheſin, nunc vocato *della Vangadizza*, *maſſaritias quinquaginta* (u) impertiuit. Diploma integrum edidit *MVRATORIVS.* (x) Huc faciunt potiſſimum illa verba: *Nos Albertus Marchio, qui Azo Marchio dicor, filius itemque Azonis Marchionis: et Vgo pater et filius, conſenciente mihi qui ſupra Vgo, ſupra ſcripto Azone Marchione genitore meo, qui profeſſi ſumus nos ex natione noſtra lege viuere Longobardorum, - - Signa manuum ſupraſcriptorum Domni Azonis Marchionis et Vgonis filii eius - - conſenciente eodem genitore vt ſupra.*

(i) Habet id idem *VIR ILLVSTRIS* c. XXV. p. 253.
(k) *Iſt. eccl. di Piac.* To. I. p. 407.
(l) In *Italia ſacra* To. II. p. 265.
(m) *MVRATORIVS* c. XXVI. p. 258. ſq.
(n) - - - - l. c. p. 259.
(o) Conferatur ſupra §. 6.
(p) In Diplomate, ſupra iam adlato.
(q) In Placito ad a. 1014. memorantur *filii et nepotes Oberti Marchionis et Vgo filius Vgonis, et Rag[i]neri et Wido fratres filii Widonis*, apud *MVRATORIVM* c. XX. p. 190.
(r) *GREGORIVS* VII. L. II. ep. 35. *De cauſa ſororis tuae reſpondeas. Licet enim clariſſimum ſit, eam Guidonem Marchionem, conſanguineum Azonis, Marchionis, maritum habuiſſe, illud etiam ſacramentis et teſtibus in praeſentia noſtra probatum ſit, eandem ſororem tuam atque Azonem quartam propinquitatis lineam nondum excedere - -*
(s) *Iohannes et Morecto ſeu Winitio germani* ad annum 1053. in tabula venditionis occurrunt, apud *MVRATORIVM* c. XXI. p. 203.
(t) In Inſtrumento apud *BACCHINIVM* Iſt. di Polir. L. IV. p. 164. *Vbertus Comes, qui Maltrauerſus vocor, de Montebello, filius quondam Vidonis Comitis.*
(u) *Maſſaritia* eſt multitudo manſorum, ex *maſſa*, i. e. domicilio. Origo vocum ex *manſione* ſeu *manſo.*
(x) c. XI. p. 81. ſq.

*ſupra.* Aliam donationis ſacrae tabulam produxit vir idem illuſtris, (y) quam Azo II ad annum 1050 pridie Kal. Decembr. promulgauit. In ea leguntur haecce: *Ego quidem in Dei nomine Albertus, qui Aczo vocatur, Marchio et Comes iſtius Lunenſis Comitato, filius bone memorie itemque Alberti ſimiliterque Aczo et Marchio et Comes, qui profeſſo ſum ex nacione mea legem viuere Longobardorum.* Hugo ille pater vocatur porro *filius Oberti* et *ex genere Longobardorum.* (z) Hugo autem is fuit frater Azonis I. (aa) Ergo nil reſtat, niſi quod ipſe Azo I fuerit Oberti II filius. Azonis I vxor dicitur *Adela Comitiſſa*, (bb) de qua id inprimis memorabile eſt, quod fuerit nurus Otberti, et anno 1012 Epiſcopatui Cremonenſi permulta donauerit. (cc) Anno 1013 Azo ſeu Actius cum tribus reliquis Marchionibus ab Henrico II fuit in conflictu deuictus, vinculis oneratus et bonis exutus. (dd) Sed propere Caeſaris in gratiam rediit, ac bona amiſſa recepit. (ee) Nam eodem anno iam Duci Adalperio, per Marchiam Veronenſem ſupremo Caeſaris iudici, adſederunt primis locis *Adalbertus et Hugo Marchiones, germani*, (ff) ac corroborarunt Placiti formulam, monaſterio S. Zachariae Venetiano conducibilem et accommodatam. (gg) Anno ſequenti *Azo et Hugo germani Marchiones* praeſederunt iudicio publico, quod in Comitatu Patauenſi Montiſillicae celebrarunt pro monaſterio S. Zachariae eodem contra coenobium, Vangadizzae dictum. (hh) Ex formula *placiti* patet, conſuetudinem tunc viguiſſe *iurandi ad ſancta Dei euangelia.* (ii) Vtrique formulae ſubſcriptum: *Adelbertus qui Azo vocatur, manibus meis ſubſcripſi.* Nominis Azonis ſignificationi in formula priori additur dignitas quoque per vocem: *Marchius.* Anno 1011 *ADELA*, quae dicitur *Commitiſſa et coniux Azonis Marchionis*, emit multa bona in Comitatu Brixianenſi (kk) a Domnino Diacono de Burgo S. Domnini, filio Vndulfi, qui complura anno 1012 *AZONI* et *HVGONI germanis et filiis Vberti Marchionis* (ll) vendidit. Eodem anno 1012 vixit adhuc Azonis I parens *OTBERTVS*, quem quoque *Autbertum* et *Obertum* vocant, isque conſenſit donationi filiorum Azonis et Hugonis fratrum germanorum, per quam hi Epiſcopatui Cremonenſi inſignes adtulerunt acceſſiones. (mm) Exſtant *Placita* ad annos 1047. (nn) et 1055, (oo) in queis Azonis iniicitur memoria tanquam adſeſſoris iudicialis. Sed vtrum pater an filius, ſit intelligendus, nondum pronuntiare licet, antequam de anno Azonis I emortuali vberior proferatur (†) notitia. Vxor Azonis I fuit *ADELA* e Comite, neſcio quo, exorta, *COMITISSA* adpellari ſolita. (pp) Menti obuerſatur locus, in quo videtur *Otbertus genitor*

(y) Loco laudato p. 83. ſq.

(z) *CAMPI Iſt. Eccl. di Piac.* To. I. p. 505. edidit venditionis tabulam ad a. 1029. datam, in qua leguntur haecce: *Ego VGO MARCHIO bo. mem. OBERTI, qui fuit item Marchio.* In alia donationis charta, eodem anno publicata, apud *MVRATORIVM* l. c. c. XII. p. 91. ſq. haec quoque vides eſſe obuia: *Ego VGO Marchio filius bo. mem. Oberti item Marchio, ex genere Longobardorum.*

(aa) Azo I et Vgo vocantur *germani, et filii Uberti Marchionis*, in documento traditionis ad annum 1012, apud *MVRATORIVM* c. XIV. p. 123. In donatione quadam eidem Azo et Hugo anno eodem vocantur *germani* et *filii Auberti Marchionis, qui profeſſi ſint ex natione ſua viuere lege Longobardorum.* Apud eumdem p. 124. Adela in Diplomate donationis maritum ſuum *Azonem* vocat *Otberti* filium p. 121.

(bb) Tabula venditionis apud eumdem l. c. p. 119. ſq.

(cc) Chartam illius donationis habes l. c. p. 121.

(dd) Supra §. XXIV. (dd)

(ee) Supra §. XXIV. (ee)

(ff) Formulam placiti exhibuit *MVRATORIUS* c. XI. p. 85. ſq.

(gg) *SERTORIO ORSATO* nell' Iſtoria di Padoua L. III. P. I. p. 220.

(hh) *PLACITVM* exſtat apud *MURATORIUM* l. c. p. 88. ſqq.

(ii) Inquiſiui in ritus huius originem in *Annotationibus criticis ad Tetrateuchum Euangelicum N. T. peruetuſtum MStum latinum, qui exſtat in Bibliotheca Riddagshuſana* §. 3. p. 427. ſqq. Muſei Bremenſis P. III.

(kk) Tabulam venditionis exhibuit *MVRATORIVS* c. XIV. p. 119. ſq.

(ll) Tabula venditionis exſtat apud eumdem l. c. p. 123. ſq.

(mm) Diploma donationis habetur apud eumdem p. 124. ſq.

(nn) Apud eumdem c. XVIII. p. 165.

(oo) Apud eumdem l. c. p. 167 ſq.

(†) *PLACITI* alicuius, c. XIX. p. 183. apud eumdem, hoc eſt initium: *In die Lunis, quod eſt - - - Kalendis Februarii in Valle Rapallo prope littus maris in preſentia Domnorum Alberti, et item Alberti, qui et Azo, Marchionibus* - - Annus in fine fuit adiectus 1044. Veroſimile eſt, patrem fuiſſe filio iunctum. Dubitationem tamen inde concipimus, quod vox *filii* abſit et de vno tantum Azone videatur eſſe ſermo. Vixiſſe Azonem I adhuc anno 1044, exinde liquet, quod vxor eius anno demum 1050 ad ſecundas tranſierit nuptias.

(pp) *MVRATORIVS* c. XIV. p. 119. 121.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*tor* alteri coniugum adſignari. Ambiguum vero eſt, an per *Otbertum genitorem* intelligendus ſit pater Azonis, an Adelae parens. (qq) Ambiguitati remedium adfert ſubſcriptio. Nam poſt Adelae et Azonis ſubſcriptionem adparet ſubiectum hocce: *Otbertus Marchio ſubſcripſi.* Alibi tamen legere me memini, Adelae quoque parentem ſimillimi fuiſſe nominis. Pater enim eius fuit *Otelricus* Marchio Suſenſis. (rr)

## XXVI.

### *De Azone II, patre VVelfi IV.*

Hactenus omnia fuerunt obſcura, et, ni *MVRATORIVS* nobis praeluxiſſet, tenebris inuoluta. Azonem hunc propius norunt omnes, quotquot origines potentiſſimae ſtirpis Ducum Brunſuici et Luneburgi inueſtigarunt. Sed in maioribus Azonis huius exquirendis complures pictoribus atque poëtis fuerunt ſimiliores quam hiſtoricis. Pudebat enim omnes ignorantiae eiusmodi, quae auguſto Ducum noſtrorum fulgore et eorum familia antiquiſſima videbatur indigna. Nondum inciderat commentatio Muratorii, creberrime in hoc capite laudata, in manus meas, quum ſupra de Azonis II progenie diſſererem. Conceperam ibidem votum: *Vtinam idem* Muratorius *Azonis* II *maiores curate eruiſſet, qui, quoniam multiplici repetitione vnius nominis Azonum ſunt inuoluti, in hunc diem latent!* Huius voti mei tandem damnatus ſum, re ipſa expertus, id fuiſſe praeſtitum a Muratorio, quod mecum permulti deſideriis calentiſſimis expetierant. Quid igitur reſtat, niſi vt in praeſens ea addam, quae inſtituto meo plenius perſequendo ſunt maxime accommodata. *AZONIS* II progenitor exſtitit *AZO* I; (ss) matre fuit vſus *ADELA* ſeu *ADELAIDE.* De patre copioſe paullo ante diſſeruimus; De matre pauca ſubiungemus. Paucisſimi tenent, Adelam fuiſſe Odelrici Marchionis Suſenſis natam, quae, Azone I marito ſuo defuncto, cum Ottone Turinorum Marchione anno 1050 nuptias inierit. Maritum alterum norunt plurimi: (tt) maritum primum vero diſcimus ex Gregorii VII Romani Epiſcopi epiſtolis. (uu) Is enim ad annum 1077 inter alia ſic ſcribit: *Rex Heinricus Mathildam Comitiſſam ad colloquium conuocauit, eamque precibus et promisſionibus oneratam ad Papam transmiſit, et cum ea SOCRVM SVAM FILIVMQVE EIVS AZZONEM, etiam Marchionem, et Abbatem Cluniacenſem, et alios nonnullos ex PRIMIS ITALIAE PRINCIPIBVS, quorum autoritatem magni apud eum momenti eſſe non ambigebat, obſecrans, vt ab excommunicatione abſolueretur.* Perſpicitur perfacile ex hoc teſtimonio, Azonis ſecundi auctoritatem longe lateque per Italiae terras fuiſſe diffuſam ſatisque magnam. Vxoribus vſus fuit Azo ſecundus *Cuniza* ſeu *Cunigunda*, Welfonis II filia: ea defuncta contraxit matrimonium cum *Gerſende*, filia Hugonis Comitis Cenomanenſis ac Heriberti, ſine prole exſtincti, ſorore: (xx) ac ad vltimum duxit *Matildam*, ſororem Wilhelmi Epiſcopi Papienſis, Guidonis III conſanguinei viduam. (yy) Ex Cunigunda ſuſcepit Welfum IV,

(qq) In Diplomate ad a. 1012. p. 121. inter alia habentur haec: *Ego ADELA Comitiſſa Coniux Azoni Marchio, que profeſſa ſum ex natione mea Legem viuere Salicha, ſed nunc pro viro meo Legem viuere Longobardorum, ipſo namque iugale et mundualdo meo mihi conſentiente et ſubter confirmante et mihi cui ſupra azoni predictus, OTBERTVS GENITOR MEUS ſimiliter mihi conſentiente et ſubter confirmante, et iuxta legem eidem viro meo vna cum notitia Lanfranchi Comiti huius Comitatu* - -

(rr) Azzo II. dicitur filius ſocrus Henrici IV Imperatoris. *GREGORIVS* VII. L. IV. Ep. 12.

(ss) Confer §. 7. praecedentem.

(tt) *LAMBERTVS Schafnaburgenſis* ad a. 1077. p. 808. Conf. D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIVS* in *Reichs-Hiſtorie* P. III. c. 2. §. 12. p. 95. ſq. *GVNDLINGIANA* Part. XXX. num. II. §. XXIV. p. 426.

(uu) *ABBAS Vſpergenſis* ad a. 1126. *CHRONICON Weingartenſe* cap. 6. p. 784. To. I. Leibn.

(xx) *ORDERICVS Vitalis* Hiſt. Eccl. L. IV. ad a. 1073: *Hugo filius Herberti, poſtquam Alanus Britannorum Comes a Normannis in Normannia impotionatus occubuit, Bertham ipſius relictam, Tedbaldi Bleſenſium Comitis ſororem, in coniugium accepit, quae filium nomine Herbertum et tres filias ei peperit. Vna earum data eſt AZZONI Marchiſo Liguriae. MVRATORIVS* delle Antichità Eſtenſi ed Italiane P. I. c. III. p. 10. ſq.

(yy) *GREGORIVS* VII. Papa L. I. ep. 57. L. II. ep. 9. Ex hac Mathilda fuit nata *Athelaſia. HVGO* Presbyter in Vita S. Anſelmi, Epiſcopi Luccenſis, apud *BOLLANDVM* in Act. SS. To. II. Mart. p. 649. C. IX. n. 59. *Rem, quam in praeſentiarum enarro, ſub D. MATHILDIS COMITISSAE narratione didici, et teſtimonio, cuius atteſtationi indubitanter credendum cognouimus, ex ipſius probata fide et religioſis moribus: quod etiam mihi pariter innotuit, aſſerente eadem Puella, cui hoc contigit. Nocte quadam repente dolor, vt ſaepe, puellam ATHELASIAM nomine, AZONIS MARCHIONIS filiam, exiſtentem in praedictae Dominae camera, in parte ventris acriter torquens,*

IV, a quo Duces Brunſuicenſes sereniſſimi ſunt deducendi: ex Gerſenda procreauit Hngonem Cenomanenſem, et Fulconem, progenitorem Principum ac Ducum Mutinenſium: ex Matilda Athelaſiam ſeu Adelaidem. Erant haec praemittenda, quoniam res geſtae et acta Azonis II hiſce prolibus varie fuerunt determinata. Cunigundae parens Welfo II anno 1047 Ducatum obtinuit Carentanorum. (zz) Ipſe monaſterio S. Zenonis Veronenſi tractum *duodecim hominum Harimannorum* ſeu militum ſtrenuorum donauit. Donationem confirmauit ad annum 1055 Henricus III Imperator. (a) Obiit Welfus III anno, non 1054, (b) ſed ſequenti. (c) Sueuica eius bona lege hereditatis in filium Welfum IV ſunt translata ſorori ipſius Cunigundae dotalia matris bona fuerunt reſeruata, quibus haec in locum dotis Azonem II maritum adfecit. Ipſa complectebantur curiam nobiliſſimam, nomine *Eliſinam*, cinctam *mille et centum manſis*. Iſthaec debemus Abbati Vrſpergenſi ad annum 1126. De quantitate manſi ſcriptores non conueniunt, indubie ob menſuram pro variis locis diverſam. (d) Azo iam vocatur *Marchio de Eſte* ac in poſteris ipſius id nomen frequentiſſime ante Innocentii III Papae aetatem recurrit. (e) Azonis II laudibus illud in primis tribuitur, quod Papae fuerit longe cariſſimus (f) atque cum eo Henricum IV in gratiam reduxerit. (g) Exſtinctis heredibus Cenomanenſis in Gallia Comitatus, Wilhelmus, Normannorum Princeps, eum inuaſit et exiguo tempore tenuit. (h) *CHRONICON SAXONICVM* (i) ad a. 1062: *Hoc anno ſubiugata eſt Cynomannia Comiti Normanniae Wilelmo.* Paucis abhinc annis variis turbis Anglia fuerat quaſſata, onuſta quippe diadematis regii competitoribus. Ad annum 1066 Wilhelmus, Normanniae Dominus, adpulſus eſt naui ad Haeſtingam, obuiisque quibusuis proſtratis regnum Angliae ſibi ſubiecit. (k) Pertaeſi iugum ipſius proceres Cenomani circumſpexerunt Comitem nouum, quem in Hugone, Azonis ex Gerſende filio, deprehendebant. *VITA ARNALDI* Epiſcopi Cenomanſis haec habet: (l) *Huius tempore Wilelmus Princeps Normannorum, qui etiam Cenomannenſem Comitatum, exſtinctis atque omnino deletis eiusdem* Comitatus *heredibus, adquiſierat, cum maximo Francorum, Normannorum, Cenomannorum, atque Britannorum exercitu in Angliam tranſuectus, totius Angliae regnum obtinuit. Vbi dum aliquo tempore rerum bellicarum occupationibus teneretur, Cenomannenſium Proceres vna cum populo ab ipſius Regis fidelitate*

*quens, magnos cogebat dare clamores.* Hoc olim Muratorio latebat, quum ſcriberet ad Leibnitium epiſtolam, quae Tomo III ſcriptorum Brunsuicenſium fuit praefixa. Agnouit poſtea veritatem *nell' Antichità Eſtenſi* P. I. c. IV. p. 23. ſq.

(zz) *HERMANNVS Contractus* ad a. 1047. p. 289. *ed. Struu*: Imperator *acto Auguſtae Vindelicae feſto, Pentecoſtes ſolennia Spirae celebrauit. ibique colloquium cum regni principibus habuit - - Quo tempore Welſum, Comitem Sueuigenam, Welſi dudum Comitis filium, Carentani Ducem promouit.* *MARIANVS SCOTVS* ad a. 1054. p. 650. Welſum vocat quoque *Ducem Carinthiorum.*

(a) *DIPLOMA* Henrici III exſtat apud *MVRATORIVM* l. c. c. II. p. 6. 7.

(b) Sic ſtatuit *MARIANVS SCOTVS* l. c. cum *Annalibus Hildeshemenſibus.*

(c) *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 1055. p. 298. *ed. Struu.* *BERTHOLDVS Conſtantienſis* et *ABBAS Vrſperpenſis* ad e. a.

(d) *RVBEVS* Hiſt. Raven. L. V. p. 325. ex antiquo documento anni 1132: *Singuli manſi triginta ſex iugera tenere debebant.* Membrana Eſtenſis ad a. 1172: *Manſi debent eſſe vnusquisque quadraginta tornaturas ad perticam eccleſiae.* Alia ad a. 1193: *Per vnum Manſum quemque Tornaturas quadraginta ad perticas decumpedas.* Alia ad a. 1285: *Sciendum eſt, quod XII perticae in teſtata et XXIV in longitudine faciunt vnum Campum; et XXIV Tabulae faciunt vnam Perticam: et XX Campi faciunt vnum Manſum.* Alia ad a. 1173: *Vt vnusquisque Manſus debeat eſſe quaedam pecia de terra, quae ſit per longitudinem, ad perticam XII pedum, centum perticae, et per transuerſum quadraginta perticae abſque via, quae non debet computari.* Haec debeo induſtriae Muratorii l. c. c. I. p. 4. ſq.

(e) *MVRATORIVS* P. I. c. VI. p. 39.

(f) *GREGORIVS* VII Papa Lib. I. Ep. 58. ad Geiſam, Ducem Hungariae, ex concilio Romano 1074 haec ſcripſit: *Tu autem, ſiquid interdum aut de tuis cauſis, aut quod ſeruitio Apoſtolicae reuerentiae pertineat, noſtris auribus intimare cupias, habes egregium, videlicet MARCHIONEM AZONEM, nobis quidem inter ceteros Italiae Principes valde dilectum, per quem ea, quae ad Apoſtolicam audientiam referenda deſtinaueris, nobis aptiſſime indicari et commendari poterunt.*

(g) *GREGORIVS* idem L. IV. ep. 12. Conf. *DONNIZONIS* Vitam Mathildis Ducatricis L. II. cap. I. p. 660. ſqq.

(h) *VITA ARNALDI* Epiſcopi Cenomanenſis apud *MABILLONIVM* Analect. To. III. c. 33.

(i) Pag. 170. Chronicon illud ſeu Annales rerum in Anglia praecipue geſtarum edidit *EDMVNDVS GIBSON* Oxonii 1692. 4.

(k) *CHRONICON* idem p. 172.

(l) Apud *MABILLONIVM* l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*tate vnanimiter defecerunt, et mittentes in Italiam, ATHONEM quemdam MARCHISIVM cum Vxore et Filio, qui vocabatur HVGO, inde venire fecerunt, ſeque et Ciuitatem, et totam ſimul regionem eidem Marchiſio tradiderunt.* Sed qua conſtantia? *Interea ATHO MARCHISIVS cuncta regione tam vi quam muneribus adquiſita, cognita etiam leuitate Cenomannenſium, cum, iam deficiente pecunia, quam in eis initio copioſe erogauerat, fidem quoque ipſorum erga ſe pariter deficere perſenſiſſet: reuerſus eſt in Italiam, in manu Gaufridi de Meduana, viri Nobilis et verſati admodum ingenii, vxorem cum filio derelinquens. Erat autem uxor eiusdem Marchiſii GERSENDIS nomine, filia Herberti Cenomannorum Illuſtriſſimi Comitis, qui vocatus eſt* **Euigila** - *Canem: quae primo quidem Theobaldo Duci Campaniae in matrimonium tradita, ſed ab eo, repudio interueniente, diſcedens, praefati Athonis poſtmodum fuerat copulata coniugio.* Quantum ad patrem Gerſendis adtinet, Ordericum Vitalem petinde ac Malmesburienſem ſequi maluimus, qui eum vocant Hugonem, filium Heriberti. Videndum eſt porro, quaenam fata Gerſendem manſerint. Pergit auctor Vitae Arnoldi: *Gaufridus autem de Meduana, vtpote ſibi male conſcius, ciues ſuſpectos habens, Hugonem quidem puerum ad Patrem in Italiam dimiſit; ipſe vero in Caſtrum, quod Carcer vocatur, ſeceſſit. Gerſendis autem in ciuitate remanſit.* Poſthaec mentio de Gerſende illa ceſſat. Paullo poſt eam obiiſſe, eſt minus improbabile. Vtrum Hugo, an Fulco, fuerit natu minor, videtur ambiguum. Sed commodum praeſto eſt locus *ORDERICI VITALIS*, qui, diuiſione hereditatis terrarum Azonis ſecundi commemorata, haec ſubdit: *Fulco, qui natu maior erat, patris honorem in Italia* vt *poſſideret*, decretum; *Hugo autem frater eius Principatum* Cenomannenſem *ex matris hereditate ſibi repoſceret.* Arnoldus, Epiſcopus oppidi Cenomani, Azonis conatibus praecipue obſtitit, et Wilhelmi, quem Conqueſtorem vocant, adiuuit potentiam. Qua ex re Azo tantis irarum fluctibus exaeſtuauit, vt Arnoldum, per oram Liguriae repetiturum patriam, intercipi in carcerem coniici iuberet. Pergit ſcriptor de vita eiusdem Arnoldi: *Interea iam dictus Epiſcopus Romam profectus, dum per TERRAM ATHONIS MARCHISII reuerteretur, ab eodem Athone captus et cum ſuis omnibus in cuſtodia poſitus eſt. Et poſtmodum poenitentia motus, quod tantae honeſtatis virum iniuſte contriſtare praeſumpſiſſet, digna ſatisfactione eum placare ſtuduit, atque poſt ſeptem menſes multis muneribus honoratum ad ſedem propriam cum magna veneratione remiſit.* Interhaec rediit Wilhelmus, Rex Anglorum, innumerabili cinctus exercitu, et caſtrum Ferniacum obſedit. Qua neceſſitate Cennomani compulſi conditiones pacis ſibi oblatas receperunt. Incidunt haec in annum 1073. Ad eum enim annum leguntur iſthaec in Chronico Saxonico: (m) *Hoc anno Willelmus Rex duxit Anglorum et Francorum exercitum in tranſmarina, et ſubiugauit terram, quae dicitur Mans; quam quidem Angli magnopere deformarunt, vineas deſolarunt, et ciuitates incenderunt, gentem item iſtam multum foedarunt, eámque totam ſub ditionem Willelmi ſubiunxerunt atque poſtea domum reuerſi ſunt in Angliam.* Adhaeſerunt Cenomanenſes Wilhelmo Regi (n) ad eius vsque exceſſum. *Animam* vero *efflauit* anno 1086. *in Normannia poſtridie Natiuitatis ſanctae Mariae, et ſepultus eſt in Cathum apud S. Stephani monaſterium.* (o) Tum, pergit auctor vitae Arnoldi, *ſurrexit quidam Nobilis adoleſcens, qui erat de genere Cenomannenſium Conſulum, Helias nomine*, aeque ortus per femineam proſapiam ex Cenomani Comitibus. *Interea Gaufredus, cuius ſupra mentionem fecimus, ratus, ſe opportunum tempus inueniſſe, quo regionem denuo perturbaret, HVGONEM FILIVM ATHONIS iam adultum crebris legationibus ſollicitans, vt in regionem veniret, obtinuit. Cum ergo eſſet apud Caſtrum, quod Carcer dicitur, occurrerunt ei Proceres ciuitatis, ſacramenta fidelitatis, quae Roberto*, filio Wilhelmi Conqueſtoris, *fecerant, pro nihilo reputantes.* Robertus vero mandauit Epiſcopo Hoëllo, *vt ad eccleſiam quidem reuerteretur; de Epiſcopatu vero nullatenus Hugoni Marchiſio reſponderet. Interim HVGO, omnium aſſenſu in ciuitatem receptus, in domibus Epiſcopi manſionem accepit.* Ligures, vt *ORDERICUS VITALIS* Hiſt. eccl. libro VIII habet, Fulconem Italiae praeeſſe, Hugonem vero Cenomanum poſſidere, decreuerunt. Anno dein nonageſimo quinto fratres Fulco et Hugo terras Italicas diſpertierunt inter ſeſe. (p) Welſo autem, conſentiente (q) Pontifice, terras Germanicas et

(m) Pag. 182.
(n) *CHRONICON* idem ad a. 1086. p. 191. *Comitatum, qui Mans nuncupatur, gubernauit.*
(o) - - - - idem ad e. a. p. 189.
(p) Tabulam diuiſionis exhibet *MVRATORIVS* l. c. XXVII. p. 72. ſqq.
(q) *GREGORIVS* VII. L. IX. Ep. 3.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

et nonnullas Italicas recepit. (r) Anno 1077 Fulco et Hugo ab Henrico IV, vulgo V, bona nonnulla acceperunt. (s) Anno 1082 praedia quaedam Azo ſecundus concedit Gerhardo, filio Adami. (t) Ducibus eo tempore ſuberant duodecim Comites, horumque bona vacuefacta iure hereditatis, ſi forent feuda maſcula, adire ſolebant Duces. (u) Obiit tandem Azo II anno 1097, tertio et decimo Aprilis die, (x) quum Conradus, Rex Romanorum, priuilegium inſigne in Fulconem conferre ſtuduiſſet. (y) Mortuo Azone lites ſubnatae ſunt de hereditate paterna inter germanos Welfum IV et Fulconem (z) Fulconis donationem ad annum 1100, (aa) et 1115, (bb) contractum ceſ-
ſionis

(r) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1096. p. 272.

(s) Diploma ſic habet:

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Henricus quartus diuina fauente clementia Rex,
„Si iuſtis noſtrorum fidelium petitionibus pietatis noſtre aures inclinauerimus et eorum deſide-
„ria regali decentia compleuerimus, et regni gubernacula melius nos regere credimus et eos fi-
„delius in noſtra fidelitate perſeueraturos minime dubitamus, quocirca omnium fidelium noſtro-
„rum tam futurorum quam preſentium nouerit induſtria, qualiter nos pro patris noſtri noſtre-
„que remedio anime, interventu quoque Gregorii Vercellenſis Epiſcopi, *noſtri dilecti Cancella-*
„*rii*, *VGONI* et *FVLCHONI germanis*, ACZONIS MARCHIONIS *filiis* res, que ſunt poſite
„in *Comitatu Gauelli*. Rodigum. Cedermano. Sarzano. Mardimago. et Comitatum et Ar-
„maniam. et quicquid pertinet ad ipſum Comitatum. Abbatiam Burſedam. Abbatiam Vanga-
„ditiam. In *Comitatu Patauienſi ESTE*. Arquada. Paſſa. Viguzolo. Suriſini. Villa Fina-
„le. Ancaranum. Carmegnano. Villa prenominata Merendola. Montem Geniture. Tribla-
„num. Corrigia. Oleſia. Saletum. Milarina. Montagnana. Caſale. Altadura. Vrbana.
„Merlaria. et omnes Arimanias, que ad iſtas curtes pertineut. In *Comitatu Ferrarienſe* Mane-
„zo. Baniolo. Sanctum Martinum. Villa Comeda. Arquadam. In *Comitatu Vicentino* Colu-
„gana. Albaretum. Arcule. In *Comitatu Veronenſi* Inſula Maiori. Summa campagnam. In
„*Comitatu Briſienſi* Caſale Maiore. Videliana. Pomponeſco. Pangunedum. In *Comitatu Cremo-*
„*menſe* Sanctum Paulum. In *Comitatu Parmenſe* Soragnam. Pairolam. Buſſcedum. Noxetum.
„Gunzanegulum. Curteſella. Mairagum. Splelium. In *Comitatu Lunenſe* Pontetremulum.
„Filateram. Caſteulo. Verugula. Mazucaſco. Venegla. Comanum. Panigalem cum omni re Gui-
„donis filii Dodonis. Abbatia S. Capracii. Martula. Abbatia S. Saluatoris in Linaria. Cer-
„uariam. Valeranam. Barderanam. Bucagnolam. Arcolam. Madragnanam. Ceulam. Monel-
„lam. Adarimum. Carcodamum. Vallem planam. In *Comitatibus Aretino* infra *Ciuitatem*. *Lu-*
„*cenſi*. *Piſenſi*, omnem terram que *Obertenga* uocatur. In *Comitatu Placentino* Abbatia S. Io-
„hannis de Vigulo. Caſtro Banciole. S. Martino in Strada. In *Comitatu Mutinenſi* Solera.
„Herbera. Campo Galiano. In *Comitatu Terdonenſi* Sale. Nazanum. Arquada. Et quicquid
„ipſe *MARCHIO ACZO* iure poſſidet et iure poſſidere debet. et quicquid idem Marchio in omni-
„bus ſupradictis Comitatibus et locis iure tenet et iure tenuit. *VGONI* et *FVLCHONI*
„ſupradictis *GERMANIS*, *EIVSDEM MARCHIONIS ACZONIS FILIIS*, per noſtri
„precepti traditionem et confirmationem concedimus, tradimus. et confirmamus. Precipimus
„igitur. ut nullus Epiſcopus. Dux. Marchio. Comes. Vicecomes. Caſtaldio. nulla prorſus no-
„ſtri regni magna paruaque perſona predictos germanos predicti Marchionis filios de omnibus
„predictis rebus moleſtare, inquietare. diſueſtire audeat uel preſumat. Ubi autem aliquis. quod
„non credimus. huiuscemodi precepti paginam et confirmationem fregerit. ſciat ſe compoſitu-
„rum auri optimi libras mille. medietatem noſtre Camere et medietatem prefatis germanis.
„Quod ut verius credatur. manu propria corroborantes. ſigillo noſtro infra ſigillari iuſſimus."

Mutinenſes Duces itaque ſunt clientes fiduciarii Romani Imperii. Mirandum tamen, qui ſit factum, vt Welfo germanus fuerit omiſſus.

(t) Diploma habet *MVRATORIVS* c. VII. p. 49. ſq.

(u) *CONTINVATOR AIMOINI* L. IV. c. 61. *Pippinus Griſonem more Ducum duodecim Comitatibus donauit.* Et L. V. c. 11. *Baldrico Duci Foroiulienſi dum obiiceretur, et probatum eſſet, eius ignauia et incuria vaſtatam a Barbaris regionem noſtram fuiſſe, pulſus eſt Ducatu et inter quatuor Comitatus eſt eiusdem poteſtas diuiſa.* Erant tamen Comites, qui Ducibus non erant ſubiecti. *FREDEGARIVS* Chron. cap. 78: *Exceptis Comitibus plurimis, qui Ducem ſupra ſe non habebant.* Ducibus quoque erant coronae. Carolus Caluus anno 876. Papiae Boſoni cognato *coronam Ducalem* impoſuit. *MVRATORIVS* c. V. p. 28.

(x) Azo Sanctorum fuit admirator et cultor. *MABILLONIVS* Annal. Benedict. L. LXIV. §. 84. p. 86. *Multa Vangadiciae miracula patrata leguntur. in his quidam energumenus liberatus dicitur praeſente Azone Marchione, illorum locorum Domino: cui viſum eſt, vti et Petro Abbati, vt ſacrum corpus* S. Teobaldi Romiti *in annum pietati fidelium expoſitum maneret.* Haec ad annum 1074. Anno 1078 venit frater Tebaldi, Arnolfus Abbas Latiniacenſis ex Francia, petitum reliquias defuncti fratris. Ibidem L. LXV. §. 49. *Eius votis annuit Azo Marchio cum Petro Vangadiciae Abbate, qui ei brachium S. Confeſſoris cum aliquot aliis reliquiis dedere, quae ille mox in Franciam deuexit.* *BERTOLDVS* Conſtantienſis mortem Azonis refert ad annum 1097.

(y) Hoc XIII. Kal. Sept. datum exſtat apud *MVRATORIVM* I, c. c. XXVIII. p. 275.

(z) *BERTOLDVS Conſtantienſis* ad a. 1097. p. 376. To. I. Vrſtiſii. *CHRONICON Weingartenſe* cap. VI. p. 784.

(aa) Apud *MVRATORIVM* c. XXXII. p. 313.

(bb) Apud eumdem c. XXXII. p. 316. 318. *PLACITVM* Fulconis p. 314.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtionis ad annum 1134, (cc) et donationem ad annum 1140 (dd) et alia commemorat *MVRATORIVS*, apud quem Fulconis eiusque poſterorum geſta copioſius expoſita legi poſſunt.

## §. XXVII.

### *De eis, quae VVelfi et Henrici in Italia poſſederunt. Ius quaeſitum in ea, Ducibus Brunſuicenſibus adſertum.*

Quicquid Cunigunda Azoni II dotis loco adtulerat, id filio Cunigundae Welfoni IV eiusque poſteris maſculis, et, progenie exſtincta maſculina, foemineis integrum fuit reſeruandum. *AZONEM* II a ſuis, hoc eſt, paternis bonis excludere non potuiſſe Welſum ſecundum, per ſeſe patet. Sanxerat quidem ſic parens, vt Fulco honorem ac dignitatem ſuam in Italia obtineret; Hugo, eius frater, principatum Cenomannenſem ex hereditate matris ſibi vindicaret. Quo ipſo inter omnes conſtat, Azonem II deſtinaſſe Welſo IV bona Germanica, et per Italiam materna. Verum Hugo Anglos reprimere et Cenomanum obtinere non poterat. Denuo igitur mutandus fuit de erciſcunda hereditate animus. Fulco et Hugo provincias Italicas, exſtincto patre, inuolarunt, ne quidem aruis dotalibus Cunigundae exceptis. Proſpexerunt ſibi eidem quoque de Diplomatibus Regum Italiae, Henrici V et Conradi: in quibus Welfi iuribus nihil tamen detrahitur vel adimitur. Deſtinationibus eiusmodi nunquam adſenſerat Welſus. Quare, defuncto patre Azone, interceſſit conſiliis germanorum eosque ad rationem de herediis reddendam vi armata adigere ſuſtinuit. Hiſce de bonis controuerſias ſibi iri intentatum, dudum peruiderat Fulco iuxta ac Hugo. Quam ob rem et concordia mutua et definita hereditatis Italicae diuiſione et praeſidio militum neceſſario ſeſe praemunierant. Pactum ſeu compactum de patriorum bonorum diuiſione iam anno 1095 inſtituerant, patre quidem non neſcio, nec tamen transacta confirmante. Ecce compactum ipſum:

In nomine Domini Dei eterni anno ab incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti“
milleſimo nonogeſimo quinto ſexto die Aprilis Indictione tertia. Tibi VGO germa-“
no meo ego *FVLCO FILIVS ALBERTI* Marchionis, qui AZO Marchio dicitur. qui“
profeſſus ſum ex natione mea Lege uiuere Longobardorum. ſicut ipſe genitor meus“
uiuere uiſus eſt. Propterea dixi. Manifeſtum eſt mihi qui ſupra Fulco. eo quod tu“
qui ſupra Vgo odie in me emiſiſti cartulam uenditionis ſub dupla deffenſione pro ac-“
cepto precio librarum mille Luccenſis monete. nominatiue de cunctis curtibus. ca-“
ſtris. eccleſiis et capellis. caſis et maſſariciis et omnibus territoriis. que mihi euene-“
runt *per cartulas a Marchione Azono noſtro genitore factas* uel undecumque mihi euenerunt.“
et mihi pertinent in toto Italico regno. ſicuti in ipſa cartula uendicionis reſonat. ut“
de preſenti die in mea meorumque heredum fuiſſet poteſtate proprietario iure fa-“
ciendum exinde quod voluiſſem. Unde modo promitto et ſpondeo atque obligo me“
qui ſupra *FVLCO* tibi cui ſupra VGO germano meo. ut ſi tu ita mihi obſeruaueris“
et adimpleueris. ſicut promiſiſti et per ſacramentum firmaſti. ipſa cartula uendicionis.“
quam odie in me emiſiſti. ſit inanis et uacua et nullo tempore obtineat firmitatem.“
Et ſi ego qui ſupra *FVLCO* aut mei heredes aduerſus te. qui ſupra VGO. tuosque he-“
redes aut cui uos dederitis de predictis rebus per quoduis ingenium agere aut cauſare“
uel remouere preſumpſerimus. aut per nos vel per noſtras ſumiſſas perſonas. et taci-“
ti et contenti exinde non permanſerimus. vel ſi apparuerit ullum datum aut factum“
uel quodlibet ſcriptum. quod ego qui ſupra Fulco uel mei heredes exinde in aliam“
partem feciſſemus et claruerit. tunc componamus ipſas res in duplum. et inſuper pe-“
nam libras mille. Et taciti et contenti permaneamus. Verba autem ſacramenti“
hec ſunt:“

Ego VGO *figlius Alberti Marchionis. qui* AZO *Marchio dicitur.* ab hac ora in an-“
tea non ero in conſilio neque in facto. quod tu *FVLCO* frater meus uel filii tui maſculi-“
ni legitimi perdatis uitam aut membrum. vel captionem habeatis ad ueſtrum dampnum.“
Secreta. que mihi credideris per te aut per tuum nuntium uel per tuas literas. et ce-“
lare dixeris. ad tuum dampnum me ſciente non pandam. Et per rectam fidem adiu-“
tor ero ad retinendum tibi et filiis tuis maſculinis legitimis medietatem caſtrorum et“
ter-“

(cc) Apud eumdem p. 320. ſq.
(dd) Apud eumdem p. 321. ſq.

„terre. que Azo *Marchio genitor noſter tenet a Mincio usque ad Veneciam et illam porcionem „ceterorum Caſtrorum de alia terra Marchionis Azonis genitoris noſtri.* que tibi euenerit „uel filiis tuis uel ex alia parte. Et ſi perdideris. adiutor ero ad recuperandum. ſaluo „honore genitoris noſtri. uel poſt diſceſſum noſtri genitoris. uel eo uiuente et conſcen„ciente. faciam iurare iurare illos homines meos. quos mihi dixeris. et diſtringere po„tuero et ſine malo ingenio. Quod ſi hanc ſecuritatem tibi et predictis filiis tuis non „obſeruauero. adiutores ſint tibi et filiis tuis predictis retinere meam porcionem et „tuam contra omnes homines. Et poſt diſceſſum noſtri Genitoris uel eo uiuente uel „iubente infra triginta dies. poſtquam mihi requiſieris. equis partibus tecum diuidam „ſine malo ingenio uel cum filiis tuis predictis. Et factis diuiſionibus. que ſuperius „dicte ſunt. tibi tuisque predictis filiis omnibus diebus uite mee per rectam fidem ſine „malo ingenio obſeruabo. Nam ſi tu qui ſupra *VGO germanus meus* ita non obſerua„ueris et adimpleueris ſupraſcripta mihi qui ſupra *FVLCO germanus tuus*. ſicuti promi„ſiſti et per ſacramentum firmaſti. tunc ipſa ipſa ſupraſcripta cartula uendicionis ſit fir„ma et ſtabilis. et in ſua maneat firmitate. Et faciamus ego qui ſupra *FVLCO* mei„que heredes de ſupradictis Curtibus. Caſtris. Eccleſiis et Capellis. Caſis. Maſſariciis. „et omnibus rebus territorii iuxta ipſam Cartulam, proprietario nomine. quicquid „uoluerimus in eo tenore ut ſupra legitur. Et ad hanc confirmandam promiſſionis „cartulam accepi ego qui ſupra *FVLCO* exinde Launechil a te iam dicto *VGO* Croſi„nam unam. ut hec mea promiſſio in te cui ſupra *VGO* tuisque heredibus per omni„bus temporibus firma permaneat atque perſiſtat incumuulſa. Conſtipulatione ſubnixa. „manente hac cartula promiſſionis et obligacionis omni tempore in ſua firmitate. Unde „due cartule promiſſionis in uno tenore ſcripte ſunt.“

„Hanc enim cartulam promiſſionis paginam Uguidoni Iudici et Notario Sacri „Palacii tradidi et ſcribere rogaui. in qua ſubter confirmans teſtibus„que obtuli roborandum.“

„Actum in loco *Adeſte* feliciter.“

„Manus iſtius *FVLCONIS FILII AZONIS MARCHIONIS.* qui hanc cartu„lam promiſſionis fieri rogauit. ut ſupra. Signa manuum Ugonis de „Baone. Lanfranci Berthai. Uguiberti Homo. Rodulphi filii Emu„tardi *lege Longobarda uiuentes* teſtes.“

„Ego Uguido Iudex et Notarius Sacri Palacii huius cartule promiſſionis ſcri„ptor poſt traditam compleui.“

Animaduertit facile vnusquisque, Azonem haec non confirmaſſe, Welfonem IV haud fuiſſe adſenſum, Hugonem compacto ne quidem ſubſcripſiſſe. Iudex Guido confirmauit fidem chartae; iura nec vnius nec alterius firmare, niſi ſaluo tertii iure, potuit, *FVLCO* amplitudinem prouinciarum iure etiam nouo euehere ac illuſtrare adlaborauit. Conatui adſpirauit fortuna. Etenim a Conrado Rege anno 1097 priuilegium obtinuit, quo immunis foret a ſoluenda annua penſione, fiſco regio inferri ſolita. En priuilegium:

„Die Martis. qui eſt XIII Calendas Septembris. infra caſtrum Burgi Sancti Do„mnini ante eius Eccleſia. preſentia bonorum hominum. quorum nomina inferius le„guntur. Dum Domnus Conhradus gratia Dei Rex Romanorum legitima pertractaret „iudicia. ſeuere puniendo facinora. probis uiris et modeſtis imperciendo munera. aſti„tit *FVLCO MARCHIO* coram Rege. exorans Principem. ut ſuo tempore leges offen„deret. *regium bannum non cogatur exſoluere.* Tunc Rex rogatus a pluribus Palatinis Pro„ceribus pro beneficio hoc priuilegium Marchioni conceſſit. ut *nullum bannum regius ex„actor a Marchione exigat.* ita tamen ut non inſoleſcat in antea Marchio. non eum radix „inflet ſuperbie. dicendo. quod quia *Banni pene* non ſubiacet. licenter poſſit perpetra„re crimina. ſed ſit ſalua cunctis omnino iuſtitia. Inde factum eſt hoc anno ab incar„natione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo nonageſimo ſeptimo ſupraſcripto die „Indictione V.“

„*Ego CHONRADVS Dei gratia Romanorum Rex ſs.*

„Ego Cancellarius Heinricus ſubſcripſi.

„Ego Lanfrancus Arquatenſis interfui.

„Ibi

Ibi interfuit Odo filius Rainerii et .go filius Othuini et Albertus filius Arimon-" di. et Otho de Seratico. et Ponzo de Cremona. et Albertus Talamaſo et Vbertus filius" eius atque Obertus della Rocha. ſeu Richardus de Cremona ſiue Albertus de Caſtegnet-" to. nec defuit Odo de Morignano et Bernardus de Cremona. etiamque alii plures. de" quibus memorare non poſſum."

Ego Iohannes Iudex ſs. Vngarus Iudex rogatus ſubſcripſi."

Ego Rolandus Notarius ſacri Palatii interfui. et hunc priuilegium per iuſſio-" nem predicti Regis ſcripſi."

Welfus IV, patre modo terrae mandato, fratrum compacta diſturbare et iura ſua ſibi adſerere conatus, inuenit fauces Italiae praeſidiis munitas et intercluſas. Adſciuit ea de cauſſa Henricum, Ducem Carentinum, eiusque fratrem Patriarcham Aquilegienſem, quorum adiumento fratres Fulconem et Hugonem hoſtili inuaſit impetu, ac hereditatem patris ſibi magna ex parte vindicauit. (a) Curiam Aliſinam, *Val d'Elyſa*, iure denegare ipſi poterat nemo. Ipſe erat natu maximus, quem de conſuetudinis lege feuda maſcula e manibus Imperatoris obtinere rata et firmata oportebat. Allodiorum pars ipſi debita erat concedenda. Gregorius VII dudum operam dederat, vt beneficia ſeu feuda Italica non ſolum a Rege, ſed a ſeſe quoque, ſuſciperentur. Ipſe enim ad Epiſcopum quemdam ſic inter alia ſcripſit: (b) *Si Henricus* Imperator *forte Longobardiam intrauerit, admonere etiam te, chariſſime frater, volumus DVCEM WELFONEM, ut fidelitatem B. Petro faciat, ſicut coram Imperatrice Agnete et Epiſcopo Cumano mecum diſpoſuit, conceſſo ſibi poſt mortem PATRIS eius BENEFICIO. Illum enim totum in gremio B. Petri deſideramus collocare et ad ſeruitium eius ſpecialiter prouocare. Quam voluntatem ſi in eo, vel etiam in aliis potentibus viris, amore B. Petri pro ſuorum peccatorum abſolutione ductis, cognoueris, ut perficiant, elabora.* Habemus heic in propatulo inſignem Pontificis artem, quâ feuda a Rege Italiae ac Imperatore impertiri ſolita ſibi adripere ac poteſtati ſuae ſubmittere fuerit molitus. At periculoſum erat, a claue Petri feuda adſciſcere. Quum enim cenſuram Papae nemo poſſet effugere, ſi is iudicaret actioni ineſſe *peccatum*; quanto magis poenae locus fuit relictus, vbi eidem licuit de feudo etiam iudicare? Innocentius III Philippum Auguſtum, Regem Franciae, bello in Angliae Regem abſtinere iuſſerat, ac, quum Rex ſe iudicio, Paribus in Vaſallum patente, tueretur, reſponderat, ſuam non de feudo, ſed de peccato, eſſe cognitionem. (c) An Welfus Pontifici ſummo ſacramentum fidelitatis dixerit, ignoro. Si momenta et eius aetatis geſta conſulo, id mihi plane videtur vero abſimile. Siquid ſuſpicando adſequor, Imperatori minus probata fuerunt ea Welfonis Gregorio VII data promiſſa. Fulco autem et Hugo id potiſſimum ſpectarunt, vt Imperatori eſſent cari et grati. Hugo quamuis ad tempus Ducem bellicum Mathildae famoſiſſimae ageret; Imperatoris tamen partes adiuuare adeo non intermiſit, vt potius aduenienti tertium in Italiam Henrico Imperatori proderet fortiſſimos Mathildae milites et eorum caedem ipſe Dux promoueret. *AVCTOR Vitae Mathildis*, *DONNIZO*: (d)

*Proditor E MANSO* fuit *HVGO nobilis aluo*
*Hanc contra morem ſed fecit proditionem.*

Obiit Welfo IV redux ex Palaeſtina anno 1101 obiit et quidem tertio Kalendas Aprilis, ſi ſtamus fide vetuſtiſſimi cuiusdam ſcriptoris. Welfus V et Henricus Niger a Welfone IV et ex Iuditha, vidua Toſtici Comitis Northumbrorum, fuerunt procreati. Toſticus ille, ſeu Toſtigus, infeliciter pleraque geſſerat. Anno 1063 cum fratre Haroldo Walliam ſuae poteſtati ſubegerat. (e) Sequenti anno a Northymbris fuit eiectus. (f) Frater autem, in Regem Angliae electus, nonniſi quadraginta hebdomadas et vnicum diem regnauit, victus anno 1066 a Wilhelmo, Normannorum Duce. Cetera ſic habent: *Interea* (g) *adplicuit TOSTIGVS COMES in Humbrum LX naues; verum*

(a) *BERTOLDVS Conſtantienſis* ad a. 1097. p. 376.
(b) Lib. IX. ep. 3.
(c) *CODEX* G. G. Leibnitii *iuris gentium diplomaticus* P. I. num. VII. p. 9.
(d) Lib. II. cap. VI p. 670. To. I. Leibn. vbi tamen vox *emanſo* eſt emendanda, vt recte monuit *MVRATORIVS* P. I. c. XXVII. p. 271.
(e) *CHRONICON SAXONICVM* ad e. a. p. 170.
(f) Idem *CHRONICON* ad e. a. p. 171.
(g) - - - - ad a. 1066. p. 172.

*verum Eadwinus Comes veniens cum terreſtri exercitu, eum expulit; et Butſecarli ab eo defecerunt. Tum profectus eſt Scotiam cum XII nauiculis eique obuiam venit Haroldus Norrenorum Rex cum trecentis nauibus, cui quum ſe Toſtigus ſubdidiſſet, ambo Humbrum ingreſſi perrexerunt, donec perueniſſent ad Eboracum, cumque illis depugnarunt Morkerus Comes et Eadwinus Comes; at Norrenorum Rex potitus eſt victoria. Quum narratum eſſet Haroldo Regi, quid ibi factum fuit, aduerſus illum venit cum magno exercitu Anglorum, eique occurrens* (VII Kal. Octobris, feria quarta) *apud Staengfordesbrycge, illum interfecit Comitemque Toſtigum.* Haec de priori Iudithae marito. Nunc de liberis ipſius ex Welfo IV pauca ſunt delibanda, quae ad inſtitutum noſtrum faciunt. Welfo V Mathildam, Comitem Italiae diuitiſſimam, vxorem duxit. Fuit proceri ac diſtenti corporis. Ecce ipſius priuilegium anno 1090 datum:

„In nomine ſancte et indiuiduae Trinitatis. *GVELFO Dei gracia DVX et MAR-*
„*CHIO. MATILDA Dei gracia ſi quid eſt.* Iuſtis petitionibus adquieſcere et noſtros fi-
„deles honoribus et commodis ampliare per omnia noſtram condecet poteſtatem. Qua-
„propter omnium ſancte Dei eccleſie noſtrorumque fidelium tam futurorum quam
„preſentium nouerit induſtria. qualiter noſtri fideles *Mantuani ciues* noſtram adierunt
„clementiam. quorundam ſuorum conciuium oppreſſiones releuari petentes et Eriman-
„nos omnes et communes res ſue ciuitati a noſtris predeceſſoribus illis ablatas ſibi re-
„ſtitui poſtulantes. Et nos ob memorabilem eorum fidelitatem et ſeruicium. iuſtis eo-
„rum precibus annuentes. omnes exactiones et uiolentias non legales funditus dein-
„ceps abolendas. et radicitus extirpandas modis omnibus decernimus et firmamus. Sta-
„tuentes etiam. ut neque nos neque noſtri heredes. neque ulla magna paruaque no-
„ſtre poteſtatis perſona predictos ciues in Mantuana ciuitate uel in ſuburbio habitantes
„uel deinceps habitaturos. de ſuis perſonis ſiue de illorum ſeruis uel ancillis ſeu de li-
„beris hominibus in eorum reſidentibus terra uel de *Ermanna* et communibus rebus ad
„predictam Ciuitatem pertinentibus ex utraque parte fluminis Mincii ſitis. ſiue de be-
„neficiis. libellariis. precariis. inueſtituris. ſeu etiam de omnibus eorum rebus mobilibus
„et immobilibus. adquiſitis uel adquirendis. inquietare. moleſtare. diſueſtire ſine legali iudi-
„cio uel ad aliquam publicam exactionem uel functionem cogere preſumat. Sed et ne-
„que in predicta Ciuitate in domo alicuius uel in ſuburbio. in domo militis. uel in
„*canena* alicuius. illis inuitis. hoſpitari audeat. Inſuper et illis reſtituimus omnes res
„communes. parentibus illorum conceſſas per preceptum Imperatorum. ſcilicet nomi-
„natiue Saccam. Septingenti. et Carpenetam. et quicquid de Armanorio nobis hucus-
„que retinebamus. ſiue *per cetera loca in Comitatu Mantuano reiacentia.* piſcationes et per
„flumina et paludes. ſcilicet utraſque ripas fluminis Tartari. deinde ſurſum usque ad
„flumen Olei. de alia parte usque in foſſam altam. de tertia parte usque in eccleſiam
„ſancti Fauſtini in caput Variana. et deinde ſeorſum usque in Agricia maiore. Ut li-
„ceat illis pabulare. capulare. ſeccare. uenari. et quicquid iuris ipſorum parentes anti-
„quitus in illis habuerant. Decernimus etiam. ut liceat omnibus predictis Ciuibus et
„Suburbanis per omnem noſtram poteſtatem ſecure ire et redire. ſiue per aquam et per
„terram. quocumque uoluerint. ita ut nec tholonicum nec ripaticum dent. Et inſu-
„per illam bonam et iuſtam conſuetudinem eos habere firmamus. quam quelibet opti-
„ma Ciuitas Longobardie optinet. Quicunque uel nos ſupraſcripti *DVX GVELFO* et
„*COMITISSA MATILDA* uel *noſtri heredes* aut quelibet noſtre poteſtatis magna par-
„uaque perſona huius conceſſionis et reſtitutionis uiolator extiterit. libras auri centum
„componat ſupradictis ciuibus et ſuburbanis illorumque heredibus. ita ut medietas ex-
„pendatur in reſtauratione. et poſt penam ſolutam hec conceſſio et confirmatio in ſua
„remaneat firmitate. Et ut hec noſtre confirmationis auctoritas ſtabilis atque firma per-
„maneat. hanc cartam inde conſcriptam manu propria. ut infra uidetur. corroboran-
„tes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus ſignari.

„Data




„Data V Kal. Iulii Anno Dominice Incarnationis milleſimo nonageſimo. Indi-
„ctione tertia decima. Factum eſt hoc Mantue.

Si qua ex hac tabula ſint enotanda, illud haut erit inter poſtrema, quod *Comitatus Mantuanus* ſubiectus fuerit Welfoni quinto. Ad patrimonium Matildae is non erit referendus, quia Azo II plura inibi tenuit, et Henricus Rex eis anno 1077 nonnulla adiunxit. (h) Inierat Welfo V anno 1089 matrimonium cum nobiliſſima Duce Machtilde, filia Bonifacii Marchionis, vidua Ducis Godefredi, potiſſimum Papa nuptias conciliante, vt factioni Guelficae accederet inſigne incrementum et Imperatori frenum iniiceretur. Coniugium hoc miram Henrico Caeſari adtulit nauſeam et indignationem, qui eum in finem anno 1090 ingreſſus eſt Italiam et in ea per biennium haeſit, vt Welphonem vi et ferro ad partes Pontificis derelinquendas adigeret, qui anno 1095 Matildam deſeruit et Imperatorem ſtrenue adiuuit. Cauſſam deſertionis repetendam putauerim ex eo, quod Welfo probe norat, quid Pontifex quaereret et anhelaret, videlicet dominatum totius Italiae ſupremum. Minus periculoſe a Caeſare, Rege Italorum, videbatur exſpectanda Matildina hereditas. Nulla enim facultas legitima poterat Pontifici ſummo tribui in Italiae regnum et feuda a Rege dari ſolita. At callidiſſimus manſuetiſſimorum Apoſtolorum ſucceſſor hac de cauſſa et Imperatores et Guelfos frangere ac in ruinam praecipitare coepit, nequis obſiſteret nouo, quod moliebatur, regno. Nihiloſecius Welfo V, vrgente patre, in ſpem venit obtinendi hereditatem Mathildis. Welfus VI, Henrici Nigri filius, poſſeſſionem ipſam adiit, eamque ex beneficio Friderici Barbaroſſae impetrauit. Memorabilis ſane eſt locus (i) *RADEVICI*: *Reditus quoque imperiales, quae dicuntur domus Mathildis, a Duce Guelfone ſeu ab aliis diſtractos et diſperſos congregauit, quos poſtmodum eidem nobiliſſimo Principi adunatos et melioratos liberali RESTITVTIONE noſcitur REDDIDISSE. Quorum praediorum magnitudinem eiusque terrae copioſam opulentiam, qui ripas Eridani peruagati ſunt, non ignorant.* Recte auctor fuit vſus vocabulo *reſtitutionis* et *redditionis*. Nam dudum Guelfones terras Matildinas poſſederant. Obierat anno 1115 Matildis, cui poſteritas donationem quamdam ſuppoſuit, per quam patrimonium Italicum a parentibus acceptum Romanae eccleſiae donaſſe perhibetur. Verum enim vero ea non poterant, inuito et inſcio Imperatore ac Rege Italiae, alienari vel in Pontificem transferri, quae nonniſi a ſummo imperio Imperatorum dependebant. Inhiauerat dudum Gregorius VII bolo tam pingui, aeque ac vniuerſis Italiae feudis. Ex epiſtolis eius paullo ante locum adtuli, in quo ſuadet Epiſcopo, vt perſuadeat Principibus potentioribus traditionem bonorum ſuorum in gremium S. Petri tenaciſſimum. Efficta illa *chartula Comitiſſae Mathildis* multum habet vetuſtatis et ex formulis in Italia tum receptis ſaeculo XII medio fuit conſuta. In primis adtentione dignum eſt, quod architectus inducat Mathildam, conquerentem de chartula eius donationis

(h) Vide ſupra §. XXVII. nota. (s)
(i) De geſtis Friderici I. Imp. L. II, c. 10. p. 512. To. I. Vrſtiſii.

nationis Gregorio VII iam data, quae tamen ſit amiſſa et nusquam adpareat. At quomodo amitti plane potuerit, non video. Diplomata enim eiusmodi, teſtibus corroborata et a Notariis Palatii ſubſcriptionibus munita, plusquam vna vice fuerunt perſcripta et actis palatii inſerta. Gregorius VII ſane obiit anno 1085, octauo Kalendas Iunii. (k) Anno autem 1090 Matilda et Welfo mentionem faciunt *ſuorum heredum*, indubie prolem adhuc ſperantes ex ſeſe prodituram. Qua, obſecro, veritatis ſpecie dici poteſt, Matildam iam Gregorio VII donaſſe ſuum patrimonium? Alias etiam Matildis in genuinis Diplomatibus adpellatur *Comitiſſa Matilda*, *Matilda Dei gratia ſiquid eſt.* In chartula donationis effictae dicitur *Mathildis Dei gratia Comitiſſa.* Omitto alia, in quibus non eſt morandum, quum donationis tabula, vtut fuerit genuina, ſit minus legitima et eam ob cauſſam nulla.

Henricum Nigrum ex patre tenuiſſe vrbem et territorium Eſte, tabula donationis anno 1107 loquitur:

„In nomine Domini Dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem milleſimo centeſimo „ ſeptimo. decima quarta die intrante Octobrio. Indictione ſeptima. Eccleſie beatiſſime Sancte Marie conſtructe in loco. qui uocatur *le Carcere* ſub regione Patauenſis „Epiſcopatus. ubi nunc Presbiter An - - - - - ordinatus eſſe uidetur. ego quidem „*HENRICVS DVX filius quondam GVELFONIS DVCIS. qui profeſſus ſum ex natione mea* „*lege uiuere Lombardorum.* offertor et donator ipſius eccleſie. propter quod dixi. Quis„quis in ſanctis et uenerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus. iuxta Autoris uo„cem in hoc ſeculo centuplum accipiet et uitam. quod melius eſt. inſuper poſſidebit „eternam. Ideoque ego ſupradictus *Henricus Dux* dono et offero a preſenti die in ea„dem eccleſia pro anime mee mercede. id eſt *Braydum Domnicatum* iacentem iuxta ean„dem eccleſiam. et de *Cluſurella* omne illud. quod mihi competebat. ſecundum quod „Vicini dederant. Quod autem ſupradictum Braydum iuris mei una cum acceſſione „et ingreſſu. ſeu cum inferioribus et ſuperioribus - - - - - - et cum paſcuis et uena„tionibus. piſcationibus. tellaſſionibus. quod ut honor uideatur iſti eccleſie et ſupradi„cto Duci. ab hac die in eandem ſupradictam eccleſiam ſancte Marie. Ego ſupradi„ctus Henricus Dux dono. cedo. confero. et per preſentem chartam offerſionis ibidem „habendum confirmo. faciendum exinde pars ipſius eccleſie aut cui pars ipſius eccleſie „dederit a preſenti die proprietario iure et nomine. quicquid uoluerit. ſine omni mea „et heredum meorum contradictione. Quidem ſpondeo atque promitto ego ſupradi„ctus Henricus una cum meis heredibus. me parti ipſius eccleſie. aut cui pars pre„dicte eccleſie dederit. ipſum Braydum. qualiter ſupradictum fuit. - - - - ab omni „homine defendere. quod ſi defendere non poterimus. aut per quoduis ingenium ſub„trahere queſierimus. tunc in duplum illum ſupradictum Braydum parti ipſius eccle„ſie. aut cui pars ipſa eccleſie predicta dederit. reſtituimus. ſicut pro tempore fuerit „melioratum. aut ualuerit ſub eſtimatione in conſimili loco. “

„Hoc autem apud ſanctam Theclam de *Eſte* feliciter.

„Signum manu ſupradicti *Henrici Ducis.* qui hanc chartam offerſionis et donatio„nis fieri iuſſit.

„Signum manu teſtium.

„Hi ſunt Iohannes Pagani filius de Mela et Guilielmus frater eius et *VGO Comes* „et Azo de Vighizolo. et Nicolaus filius Petri Iudicis uiuentis lege Longo„bardorum. Os et Periche dalla Rocha. et Orto. Araldo. Arafaldo. qui „omnes rogati ſunt teſtes.

„Ego quidem Auraldus Notarius ſimulque legis peritus hanc chartam offerſionis „et deuotionis ſupra dicti Henrici Duci ſcripſi.“

Anno 1116 adſtitit Henricus Niger donationi et priuilegiorum conceſſioni, qua Henricus V coenobium S. Zachariae apud Venetos fuit impertitus. Diploma exſtat et ſic habet:

„Die Dominica, que eſt IV Idus Marcii in Regno Veneciarum in Palatio Ducis ſcili„ cet in Camera. Dum in Dei nomine *HENRICVS* Dei gratia quintus Romano„rum Imperator Auguſtus reclamationem eccleſiarum audiens. adeſſet cum eo Teuzo. „Ti-

(k) *BERTOLDVS CONSTANTIENSIS* ad e. a. p. 357.

Tibaldus. Adam. Eicharius Iudices. Anto iurisperitus. *Ordelaffus Deigratia Vene-*“
*tie Dux.* Patriarcha Dei gratia Gradenſis. Gerardus Epiſcopus Tridentinus. Epiſco-“
pus Caſtellanus. Iohannes Epiſcopus Caprulenſis. Petrus Michaël Adrianenſis epi-“
ſcopus. Albertus Comes de Mortoringo. *HENRICVS WELFONIS DVCIS FRA-*“
*TER.* Henricus Comes. Odelricus Comes de Piano. et Petrus Guntarius Vicedominus“
et Benegarius Contarinus. Stephanus Zianus. Petrus Gradonicus et reliqui plures. Ibi“
illorum preſentia Domnus Imperator iuſticie amator omniumque eccleſiarum defen-“
ſor pro Dei amore et ſancti Zacharie et ſancti Pancracii et prece eiusdem cenobii ac“
Vite Michaelis Abbatiſſe ſuarumque Sanctimonialium et ſuorum Principum aliorum-“
que fidelium rogatu. et pro - - - - conſilium , *per lignum. quod in ſua tenebat ma-*“
*nu. ſuum Imperiale bannum miſit* ſuper Iohannem Bonum Plebanum et Aduocatum“
eiusdem ſancti Zacharie monaſterii. et ſuper omnibus rebus mobilibus et immobilibus.“
quas poſſidet usque modo predictum monaſterium. nominatim in monteſilice curtem“
unam poſitam in uilla. que uocatur Petriolo. una cum eccleſia in honore ſanctorum“
Thome et Zenonis cum omnibus illarum pertinentiis. et caſtrum Runcum. quod Mi-“
lo Marchio eidem monaſterio tribuit. et omnia que Ingelfredus Comes una cum“
Ingelburga Comitiſſa eidem monaſterio tribuerunt. et unam curtem poſitam“
in loco. qui dicitur Cona. cum eccleſia ſancte Marie. et ſuper omnia que“
habet uel que legitime prenominatum monaſterium adquiſierit. *imperando ut nullus*“
*Patriarcha. Dux. Archiepiſcopus. Epiſcopus. Abbas. Marchio. Comes. Vicecomes. Aduocatus.*“
*Vicedominus. Gaſtaldio. Villicus. Decanus. uel aliqua magna paruaque perſona prenominatam*“
*Abbatiſſam ſuasque ſucceſſores ſine legali iudicio diſueſtire uel inquietare audeat.* Quod ſi quis“
hoc edictum fregerit. aut occaſione tolonei aut arbergarie. ſciat ſe compoſiturum cen-“
tum libras auri. medietatem Imperatoris camere et dimidiam predicte Abatiſſe ſuisque“
ſucceſſoribus:

Factum hoc eſt anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCXVI In-“
dictione VIIII.“

Ego Teuzo Iudex interfui et ſſi.“

Ego Adam Iudex interfui et ſſi.“

Ego Anto Aduocatus interfui et ſſi.“

Ego Tibaldus Iudex ſubſcripſi.“

Ego Obertus Iudex interfui, et hanc notitiam ex illius iuſſione Imperatoris“
ſcripſi.

Duo ex hac charta potiſſimum hoc loco adnotamus. Vnum eſt, quod Henricus inter ordines Italiae prouinciales iudicio Caeſaris interfuerit et ideo per Italiam bona poſſediſſe ſit cenſendus. Alterum eſt, quod eo ipſo, quum Imperator in *bannum ſuum*, id eſt, iurisdictionem ſuam ſupremam et regiam, aliquem euehit et producit, is ipſe ad bannum regium vnice prouocatus ab omni reliqua iurisdictione liber ſit et immunis. Anno 1117 Henricus Niger re vera exercuit iurisdictionem in terram Eſtenſem. Quod et vulgo ignotum et a ſcopo noſtro non eſt alienum. Accipe formulam *placiti*, quae teſtimonium eius rei eſt firmiſſimum.

Dum in Dei nomine in Comitatu Patauenſi in Villa. que uocatur Eſte. iuxta“
ſanctam Teclam eiusdem Ville. Cum permaneret ibi Domnus *HENRICVS DVX.*“
manentibus cum eo Iohannes Cauſidicus. Girardus. Albertus da Eſte. Bonizus da Eſti“
et reliqui plures. ibique in eorum uenerunt preſcentia Presbiter Andrea et Presbiter“
Petrus. Archipresbiter Tribani. ceperunt dicere ac mercedem poſtulare. Petimus a“
uobis *Domne HENRICE DVCE.* ut propter Deum et animam ueſtram ueſtrorumque“
parentum. ut *mittatis bannum* ſupra rebus eccleſie Sancte Marie. tam ſupra illis rebus“
quas nunc habet. quam in illis. quas adquirere potuerit. ut nullus homo audeat dis-“
ueſtire uel moleſtare partem ſupraſcripte eccleſie ſine legali iudicio. Cum presbiter“
Andrea et presbiter Petrus taliter retulerunt. ad hec recordatus Domnus *HEN-*“
*RICVS DVX.* Diuino imperio meo *regnante.* per conſilium illorum ſupraſcripto-“
rum. qui cum eo aderant. *per fuſtem* quem in ſuam manum tenebat miſit bannum“
de duobus milibus mancuſceis aureis ſupra rebus ſancte Marie de li Carcere.“
tam ſupra illis rebus quas nunc habebat. quam ſupra illis rebus. quas“
exinde in antea Deo propicio adquirere potuiſſet. ut nullus quislibet homo audeat dis-“



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

„ueſtire partem ſupraſcripte eccleſie neque moleſtare neque ſuos ſeruientes. tam illi „qui nunc ſeruiunt. quam ſui ſucceſſores. ſine legali iudicio. qui hoc fecerit. ſciat ſe „compoſiturum predicta duo mille mancuſia aurea. medietatem ſupraſcripte eccleſie „et medietatem *Kamare ſupraſcripti Henrici Ducis.* Et hanc notitiam. qualiter acta eſt. „inde fieri ammonuerunt. Quidem ego Anoaldus Notarius ſimulque legis peritus ex „iuſſione ſupraſcripti Henrici Ducis et amonitione ſcripſi. Anno Domini milleſimo „centeſimo ſeptimo decimo. quarta die intrante Octubris. Indictione decima."

„† Signum ſupraſcripti Henrici Ducis. qui hoc ſignum crucis fieri iuſſit."
„† Signum Bernardi Capellani Ducis qui interfuit."

Henrico Nigro ſucceſſit Henricus Magnanimus, gener Lotharii Ducis Saxoniae et Imperatoris, ipſe Dux Bauariae ac Saxoniae, poſſeſſor multorum in Italia tractuum. Ad manum eſt diploma, quo donat domui votiuae S. Mariae in Carcere anno 1136 villam Caualllili eisque adnexa complura. Accipe illud:

„In nomine Domini Dei et Hominis. Anno eiusdem ſecundum aſſumptam humani„tatem poſt milleſimum centeſimum trigeſimum ſextum. quarto Idus Februarii. In„dictione ſecunda. Cum eccleſie beatiſſime Marie ſemper virgini matris Domini no„ſtri Ieſu Chriſti conſtructo in Paduano diſtrictu. *Ateſtenſi territorio noſtro.* in loco uide„licet. ubi Carceres nuncupatur. et ubi uenerabilis Pater Ripandus et fratrum congre„gatorum rector et Preſidens illius uenerabilis loci. in quo diuina miniſteria intime ce„lebrantur. hoſpitibus ubique locorum aduenientibus maxime miniſtrantur. Nos „*HENRICVS diuina fauente gratia* DVX SANSONIE. audientes ſupradicta et perſona„liter uidentes. affectantes etiam ſupplicationes magiſtri Rambaldi Archidiaconi „maioris eccleſie Sanſonienſis dilectiſſimi *germani noſtri* atque Capellani. qui multoties „ſupplicauit. ut de *bonis noſtris* eccleſie memorate aliquid donaremus. Quod cum *ad „noſtrum dominium ſpectent multa oppida. caſtra. atque rura ſita in Marchia Triuiſana.* de „quibus nullam uim facimus enarrare per ordinem niſi partem. et *ea que in Veronenſi „diſtrictu habemus et plenarie poſſidemus.* uidelicet *Comitatum et terram noſtram Caualllili* cum „toto eius diſtrictu et territorio tam Vaſſallorum (a) quam emphiteotarum ſpectantium „addictam terram et Comitatum. eiusdem tamen iura Vaſſallorum ſalua. ita tamen quod „non poſſint uendere. donare. nec pro anima iudicare. nec aliquam permutationem „facere. niſi filiis ſuis liberis ex ſe deſcendentibus. uel dicto monaſterio pro remedio „anime noſtre et eorum omnium. quibus ſucceſſimus. aliquid de bonis noſtre et eorum „omnium. quibus ſucceſſimus. aliquid de bonis noſtris bono animo dare et offerre de„creuimus. attendentes illud preceptum Euangelicum. quia ſi pro amore Dei de bonis „noſtris in eleemoſinas eccleſiis et aliis elargimur. non ſolum omnia erunt nobis mun„da. uerum in hoc ſeculo centuplum recipiemus. et quod melius eſt in futuro cum „angelis et electis Dei eternam uitam poſſidebimus. Offerrimus itaque atque elargi„mur tibi. Ripande. et eccleſie ſupradicte. totam *uillam Caualllili* cum toto eius territo„rio et diſtrictu. cum pertinentiis infraſcriptis. et cum iuribus ſuperioribus et inferiori„bus a celo usque ad abiſſum cum domibus. terris. cultis et incultis. pratis. ſiluis. ne„moribus. paſculis. paludibus. aquis. aquarum ductibus. tam intra ducentibus quam „extra ferentibus per Atheſis alueum. habendo etiam decurſum per foueam Biſigiati „usque in paludes Maltee. et dictam foueam cum ageribus. cum omnibus piſcationibus „ſupradictarum aquarum. tam paludum quam aliarum. et cum omnibus uenationibus „animalium et uolucrum. Inſuper concedimus et donamus plenam atque liberam poteſta„tem ponendi et habendi piſcationes in omnibus aquis lacubus atque paludibus Merla„rie. et faciendi cogolas graas in dictis aquis. et cum omnibus generibus retarum tam „ſagenarum quam aliarum rerum ad capiendos piſces longos et curtos. operandi ad uti„litatem fratrum exiſtentium Caualllili.

„He uero ſunt coherentie dicte terre. A latere orientis ora. que Auguciarum „nuncupatur iuris Merlarie. a parte meridiei ora. que dicitur Cratarolum de ſupradi„cta terra. a latere occidentis iura uille Begoſſii noſter diſtrictus. a parte uero Setten-
„trionis

(a) Vox *Vaſallus* eſt ex Longobardico *vaſſeln* i. e. paſci. *Ioannes Wilhelmus GOEBEL* in Diſſ. de Feudis extra curtem, Helmſtadii 1725. emiſſa Sect. I. §. 6. p. 8. Noſtri vtuntur voce *anſaſeln, anvaſſeln,* pro *alimentis adquirendis proficere.*

trionis iura Terracii et Merlarie. Preterea offerimus atque donamus ecclefie ſupradi-“
cte dignitates noſtri Comitatus. et iuriſdictionem plenam dicte Terre noſtre Cauallili.“
ueluti a mero imperio plenarie et libere nos habemus. ut de cetero Rectores ſuprano-“
minate ecclefie. qui ſunt uel in futuro erunt. habeant liberam atque plenam poteſta-“
tem ponendi *Vicecomitem* uel *Vicecomites* in dicta terra Cauallili. qui plenarie poſcen-“
tibus et non poſcentibus rationem de omnibus litibus. queſtionibus. maleficiis et non“
maleficiis. iudicandis et abſoluendis. ponendi fodrum. datium uictualium et non ui-“
ctualium atque rerum omnium. ponendi etiam *Decanos.* (b) *Maſſarios.* (c) *Camparios* (d)“
atque *officiales* omnes predicte terre Cauallili. ponendi *angarias* et *perangarias.* (e) *ban-*“
*na.* (f) luendi ea. ea abſoluendi et condemnandi omnes qui in dictis bannis cecide-“
rint. et faciendi ex eis. quicquid melius ſibi fore. gratum ſine contradictione aliqua“
aliquorum. et omnia. que ſpectant ad ſuum commodum et honorem. dictis Ruſticis“
imponantur. ueluti *Comes uerus.* primus. liber. et absque ſeruitute aliqua aliquorum“
Dominorum. Et iterum offerimus et largimur *decimam totius curie et diſtrictus Cauallili.*“
ſicuti plene et libere habemus in priuilegio uenerabilis uiri epiſcopi noſtri et in confir-“
matione ſanctiſſimi noſtri Pape Caliſti I per me Notarium uiſis et lectis. tam de terris“
quam de aquis et pratis. legnaminibus. animalibus magnis et paruis. apiculis. aui-“
bus domeſticis et ſilueſtribus. de piſcinis. molendinis. piſtrinis. cabalaticis. circlariis.“
atque de rebus omnibus. de quibus Antiqui dare Decimam conſueuerunt. Tali vero“
pacto omnia memorata offerimus et donamus. quod dicta ecclefia et Rectores tenean-“
tur ſemper habere ibi domum in - - - - - - - preter guerrarum tempora. vel alia“
euidenti de cauſa, et cum poſſibilitas adfuerit. quod per predictos coenobium ibi fiat.“
in quo de dictis fratribus permaneant. et diuina officia pro anime noſtre. Anteceſ-“
ſorum et Succeſſorum noſtrorum et aliorum uiuorum et defunctorum. attentiſſime“
celebrare teneantur. Et inſuper quod predicta omnia non poſſint uendere donare“
ne ullo modo dictam poſſeſſionem totam nec partem alienare quoquomodo. ingenio.“
uel pacto. ſed ſemper firmam ratam atque illibatam pertineant in ſubſtentationem“
ſupradictorum. Et ſi contra predicta fecerint. omnia memorata ſint irrita inania et“
uacua. et dicta omnia perueniant Domibus Vltramarinis in auxilium et iuuamen terre“
ſancte. Attendentes autem omnia nominata et eo quidem modo. hanc facimus ob-“
lationem. quatenus a preſenti die et hora in antea dominium eius in te et tuam ec-“
cleſiam ſit translatum. et facies exinde tu et ſucceſſores tui ad utilitatem ecclefie tue.“
quicquid iuſte et legaliter facere uolueritis. ſine omni omnium noſtrum heredumque“
noſtrorum contradictione. Et ſpondemus atque promittimus Nos et heredes noſtri“
uobis cui ſupradicto omnia - - - - - - ad effectum. totum uel partem ab homine de-“
fenſare. et ſi defendere non potuerimus. aut ſi uobis exinde aliquid per uim inge-“
niumue extorquere cognouerimus. tunc in duplum eandem oblationem. ut ſupra“
legitur. ecclefie memorate reſtituemus. ſicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit“
ſub eſtimatione in conſimili loco.“

Actum eſt hoc in Debone feliciter Eſten - - manibus magiſtri Rambaldi Archi-“
diaconi. Ruberti Canonici Sanſonienſis ecclefie. Guidonis - - - - Vin-“
cen-“

(b) *Decanus* hoc loco eſt deſignator decimarum.
(c) *Maſſarius*, qui praeeſt toti maſſaritiae ſeu congeriei manſorum.
(d) *Camparius*, qui cuſtodiam camporum curat.
(e) *Angaria* die Poſt, veredarium publicum, tabellarii inuicem ſuccedentes eique equites ſeu pedites, *Perangaria* quaſi *Parangaria*, Nebenpoſt, extrapoſt, officium alendi nuntios publicos extraordinarios. Αγγαρος, *Angarus* eſt baiulus, homo ad ſeruitium coactus. Ita *HESYCHIVS*, *SVIDAS*, *AVCTOR* etymologici magni explicant. Conf. *Balthaſari STOLBERGI* Exerc. de Angariis veterum. Vocis origo eſt Perſica, vti ex Herodoto et Xenophonte patet. Significatus antiquiſſimus notat *mulum* et *aſinum* ex אחר *tardauit*, ſi credimus *Theodoro HASAEO* Diſſ. de Onolatria, Iudaeis et Chriſtianis primis temere impacta p. 10. Siquid diuinando poſſum adſequi, *angarus* eſt homo, qui ſeruit perferendis litteris. Nam 1) אגרה Syris, Chaldaeis ac Perſis eſt *epiſtola*. 2) *HESYCHIVS* exponit αγγαρον per αχθοφορον baiulum. *Angaria* eſt igitur ſeruitus portandi et deportandi onera a ſuperioribus iniuncta. Conf. *Adrianus RELANDVS* in Diſſert. Miſcellan. n. VIII. p. 125. ſq.
(f) *Bannum* eſt poteſtas iuriſdictionis capitalis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„centini. Griphonis et Iohannis cauſidicorum. Oderici de Palatio - - -
„- - Adernardi militis dicti Ducis. maltrauerſi de Caſtronouo atque Vgolini
„Vicecomitis Eſtenſis teſtium.

„Ego Draſolphus Sanſonienſis Notarius *Welphonis Ducis* interfui et predicta omnia
„iuſſu legi. ſubſcripſi."

Hinc, opinor, in aprico eſt, Henricum Magnanimum poſſediſſe ex bonis auitis multa in Marchia Triuiſana, Veronenſi et Eſtenſi. Anno 1136 cum ſocero Lothario expeditionem peregit in Italiam, et ab eo in feudum accepit *Gardam* et *Hariſtallum in citeriore Italia.* (g) Henricus noſter ibi *per Tuſciam exercitum duxit*, et eam *ab Imperatore* in beneficium *obtinuit.* (h) Fortitudinem Henrici, in ea expeditione editis ſpeciminibus illuſtratam, praedicat *OTTO Friſingenſis.* (i) *BARONIVS* produxit tabulam ad annum 1135, in qua traditur, Henricum et vxorem ipſius, filiam Lotharii, apoſtolica benignitate fuiſſe confirmatos in poſſeſſione allodii Mathildae Comitiſſae. Ex hac charta, licet ſuppoſita eo tempore, perſpicitur luculenter, Henricum Magnanimum fuiſſe poſſeſſorem Thuſciae et reliqui peculii Mathildini. Scriptores fidei certae et aetatis illius liquido docent, Lotharium in Thuſciam immiſiſſe generum, et hunc eam ab illo, ſocero ſuo, ex feudo regio obtinuiſſe. Lothario defuncto, *Conradus Hetruriam, oppida Italiae atque Noreiobergam, quae Imperator Lotharius genero tradiderat, poſtulat. Dux Boiorum accepta a rerum Domino, hactenusque bona fide poſſeſſa, reddere noluit.* Haec *AVENTINVS.* Mortuo Henrico Magnanimo, Fridericus Barbaroſſa Imperator anno 1152 ſuſcepit regni gubernaculum. Tum Henrici frater, ſenior quippe familiae, Welfo VI, fuit *Dominus Spoleti* et *Princeps Sardiniae*, eique *Fridericus Caeſar Marchiam Thuſciae, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniae et Dominium Mechtildis Comitiſſae tradidit et praedictas terras Welfo ſenior commendauit Welfoni iuniori, filio ſuo, regendas.* (k) Hinc adpellatur ſenior in Diplomate Friderici I, Conſtantiae anno 1153, 23 Martii dato, *Welpho Dux Spoleti et Marchio Thuſciae.* (l) Anno 1160 comitia prouincialia in Hetruria celebrauit Guelfo ipſe, ac Canonicis Piſanis confirmationem poſſeſſionum impertiuit. *MVRATORIVS*, vir immortalium meritorum, exemplum vidit id ipſum. (m) Initium eſt huiusmodi: *Guelpho Dei gratia Dux Spoleti, Marchio Thuſciae, Princeps Sardiniae, et Dominus Domus Comitiſſae Mathildae - - Datum fuit apud Sanctum Geneſium anno* MCLX *ab incarn.* D. N. *Ind.* VIII. *VGHELLVS* id integrum edidit, licet vocibus nonnullis minus emendate deſcriptis. (n) Libet heic interponere, etſi id ſeiunctum eſt ab re poſita, *Breue Adriani* IV, quo Guelfoni patrocinium monaſterii Placentini, S. Xiſto ſacri, anno 1159 commendauit.

„*ADRIANVS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto in Chriſto filio *nobili viro Duci*
„ W. ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Monaſterium ſancti Syſti de Placen-
„tia. ſicut *autentica Regum priuilegia bullis aureis inſignita* declarant. a catholicis Impera-
„toribus. maxime a *LODOICO Auguſto* et *eius coniuge INGELBERGA ipſius loci fundatri-*
„*ce.* ualde dilectum eſt et large poſſeſſionum ſuarum donatione ditatum. Sicut enim
„ex Priuilegiis percepimus. Curtes de Guardaſtalla et Luciaria et alias poſſeſſiones.
„ipſi monaſterio libere et inconcuſſe poſſidendas in perpetuum conceſſerunt. Et quo-
„niam locus ipſe cum pertinentiis ad ius beati Petri et protectionem noſtram ſpecia-
„liter ſpectat. tam per nos. quam per eccleſie deuotos filios. cogimur in ſuis oppor-
„tunitatibus ſalubriter prouidere. De tua itaque Nobilitate plurimum confidentes.
„monaſterium ipſum et poſſeſſiones. que ad illud pertinent. defenſioni tue attentius
„commendamus. rogantes. ut eas pro Beati Petri et noſtra reuerentia manuteneas et
„defendas. et nullam leſionem ſeu uiolentiam eidem monaſterio uel eius locis inferas
„ſiue a tuis hominibus inferri permittas. Datum Laterani III. Id. Maji."

Memo-

(g) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 212.
(h) *CHRONICON Weingartenſe* c. XII. p. 788.
(i) Chron. L. VII. c. 19. p. 150. To. I. Vrſtiſii.
(k) *LADISLAVS SVNDHEMIVS* in Hiſtoria de Guelfis, p. 804. To. I. Leibn. et *CHRONICON* Weingartenſe c. XIII. p. 790.
(l) *BVLLARIVM CASINENSE* To. II. p. 170. Conf. *VGHELLI Italia ſacra* To. IV. p. 1077.
(m) *Antichità Eſtenſi* P. I. c. XXX. p. 296.
(n) *Ital. ſacr.* To. III. p. 465.

Memorabile non minus eſt Diploma, a Welfone VI anno 1160 Canonicis eccleſiae cathedralis Luccenſis ſuppeditatum. Communicabimus illud itidem ex Muratorio, nunquam ſatis laudato.

In nomine ſancte et indiuidue. Trinitatis. WELFO Dei gratia *Dux Spoleti. Marchio*“
*Tuſcie. Princeps Sardinie. Dominus Domus Comitiſſe Matildis*. Petro Archipresbitero et Ama-“
to Primicerio ceterisque fratribus Lucane eccleſie Canonicis eorumque ſucceſſoribus in“
perpetuum. Ad hoc nos prouidentia diuini conſilii in loco ſublimiori conſtituit. ut“
paci eccleſiarum et iuſtitie prouideamus earumque precipue. que ad noſtram noſcun-“
tur pertinere ſolicitudinem. ſic enim ab omni infeſtatione muniti in eisdem eccleſiis“
commorantes ſecurum Deo famulatum poterunt exhibere et nos pro illorum impetra-“
ta tranquillitate regna celeſtia merebimus obtinere. Quapropter tam preſentes quam“
futuri agnoſcant. quod ad exemplar Henrici Imperatoris quarti Romanorum inclite“
recordationis. ſecundum nobis conceſſam auctoritatem. firmamus ac preſenti prece-“
pti noſtri pagina ſtatuimus. ut eccleſia beati Martini. que caput eſt Lucenſis Epiſco-“
patus. ac ſacrum ſanctiſſimum vultum et oblationes eiusdem eccleſie. clauſtrum“
etiam et *Canonicorum* perſone Deo et beato Martino inibi pro tempore militantium“
cum rebus eorumdem et ceteris ad eccleſiam uel (o) *clauſtrum* pertinentibus ſub no-“
ſtra defenſione et mundiburdio permaneant. Curtem etiam de Fabialla cum placito“
et diſtrecto. aliisque rebus ad eandem curtem pertinentibus. quam Gualdus et uxor“
eius Gisla pro anime ſue remedio Deo et beato Martino dederunt. Et curtem de“
Maſſagroſi cum ſuis manentibus. ſiluis. paſcuis. paludibus. uenationibus et marinis piſca-“
riis cum *tumulo*. et ad utendum et fruendum et fore ſtandum a ſepe Arſa usque Bozas. ſe-“
cundum quod in eorum legitimis inſtrumentis cognouimus contineri. ſicut hec omnia“
- - - - curtem antiquitus poſſediſſe uidentur. quam curtem *BERTA Regalis* ſuo“
pretio comparauit et Canonice eccleſie beati Martini obtulit. Quicquid etiam in eo-“
dem Tumulo a Boſone comparauerunt. ſicut per Notarium in cartula annotatum habe-“
tur. Et etiam curtem ſancta Petronilla nomine cum manentibus XXI in Maſſa Ma-“
cinaria et placito et diſtricto omnibusque ad eandem curtem pertinentibus. una cum“
omnibus caſis et ſediminibus infra Vrbem Lucanam et extra. campis. terris. uineis.“
pratis - - - que modo habent uel in antea Deo adiuuante habituri ſunt. noſtro“
precepto predictis Canonicis eorumque ſucceſſoribus confirmamus et corroboramus.“
ſtatuentes et precipientes. ut nullus Epiſcoporum. nullus Dux. Marchio. Comes.“
Vicecomes et nulla poteſtas Lucane ciuitatis. aut Conſules qui modo ſunt uel eo“
tempore erunt. nec aliqua ſub noſtri iuris dictione degens magna uel parua perſona iam“
dictos Canonicos in eccleſia beati Martini uel *clauſtro* Deo ſeruientes inquietare uel mo-“
leſtare audeant. aut de predictis curtibus et placito et diſtricto earum aliisque rebus“
et oblationibus disueſtire aut inuaſionem facere preſumat aut de rebus eorum propriis“
ſeu ex familiis ſe intromittere temptet. Siquis igitur huius noſtri precepti aliquo“
modo uiolator extiterit. ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum. medietatem“
camere noſtre. medietatem Canonicis. qui eo tempore fuerint. Quod ut uerius cre-“
datur. manibus noſtris preſentem paginam roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſi-“
mus ſigillari.“

† Signum manus Ducis Welfonis Marchionis Tuſcie. Ducis Spoleti. Principis“
Sardinie et Domini domus Comitiſſe Mathildis.“

Ego Otto Prepoſitus Reitenbuchenſis eccleſie ſs.“

Ego Hanricus Cancellarius Ducis recognoui et ſubſcripſi.“

Anno dominice incarnationis Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo. Indi-“
ctione octaua. Actum Fiſchecli III. Id. Aprilis.“

Ipſe Welfo in fraternitatem a Canonicis eccleſiae S. Fridiani, in Lucano ſuburbio ſitae, ſuſceptus eſt, eoque alias inter rationes nomine fratribus ſuis Canonicis benignum et perbenevolum ſeſe praebuit. En diploma, indicium beneficentiae!

(p) W. *Dei gratia Dux Spoleti, Marchio Tuſcie, Princeps Sardinie, Dominus domus Co-*“
*mitiſſe Matildis, omnibus noſtris fidelibus in Marchia Tuſcie conſtitutis gratiam et*“
*bonam*“

(o) Hinc patet Canonico-Monachiſmus.

(p) *GOLDASTVS* rer. Alemann. To. II. Part. II. p. 140.

*„bonam uoluntatem. Ad hoc prouidentia diuini conſilii nos in ſublimi loco conſtituit; ut paci ec-*
*„cleſiarum et iuſtitie prouideamus. Quapropter uniuerſitati ueſtre notum eſſe uolumus, quod ec-*
*„cleſiam ſancti Fridiani in Lucano ſuburbio conſtitutam, que pro ſua religione et honeſtate ab*
*„omnibus et a nobis precipue in magna eſt habenda deuotione in noſtram tutelam et protectionem*
*„ſuſcepimus. Statuimus itaque, ut nulla perſona magna vel parua prefatam eccleſiam aut eius*
*„poſſeſſiones ſcilicet molendinos de Elſa cum ſuis pertinentiis et poſſeſſiones, hoſpitalium de Ca-*
*„uana et Ruchi, et ſiluam de Cerbaria, ſicut decurrit fouea ab Agri folieto usque ad Gorgoualli,*
*„et ſicut uadit palus inter nemus noſtrum et nemus Oſpitalis Altipaſcii, et alias, quas nunc iu-*
*„re poſſident, uel in antea ſunt habituri, inuadere de cetero aut moleſtare preſumat. Ratione*
*„quoque fraternitatis, quam nobis gratia ſua conceſſerunt, iter per Arni fluvium ab omni Peda-*
*„gio liberamus, eidemque eccleſie ſpeciali beneficio indulgemus. Siquis uero contra hec uenire*
*„temptauerit, pene centum librarum optimi argenti ſubiaceat, cuius medietas iam dicte eccleſie, re-*
*„liqua uero noſtro fiſco debeat applicari.*

Anno 1066 idem Welfo ſenatui populoque Luccenſis ciuitatis indulſit omnem iurisdictionem intra ſex milliaria circa vrbem. (q) Eodem anno Gerhardum Rangonem impertiuit beneficio fiduciario in Curte Gauaſſae. En formulam!

*„Ego W. Dei gratia Dux Spoleti, Marchio Tuſcie, Princeps Sardinie, ac totius ſubſtantie*
*„Comitiſſe Matildis Dominus ſalutem. Notum ſit omnibus tam poſteris quam preſentibus,*
*„me Gerardum Rangonem propter plurima ſeruitia et meram fidem in conſilio meo ſemper in omni-*
*„bus exhibitam, de omni iure ac poſſeſſione, quam Comitiſſa Matilda quondam habuit, et ego*
*„nunc per me uel per alium habeo in curte Gauaſſe aut in eius pertinentiis, pro feudo, conſilio*
*„meorum Vaſallorum et Curie, inueſtiſſe.*

*„Actum eſt hoc apud Caſtrum Larianum preſentibus his teſtibus, uidelicet Hermanno*
*„de Ramungen dicto de Rauenspurch, Gwarnerio Maſſario, Wolferamino de War-*
*„ſtalla, Huberto Guilielmo, Widoddo de Paiſe, et aliis quampluribus.*

*„Ego Rambottus Ducis Notarius interfui et hanc paginam precepto D. Ducis ſcripſi.*
*„Anno* M· C· LXVI· *ab incarn.* D. N. *Ieſu Chriſti. in menſe Iulii. hec per-*
*„acta ſunt.*

*„Ego Blaſius Imperialis Sac. Pal. Not. hoc exemplum ex autentico bulla cerea munito*
*„exemplaui. et ſicut uidi et legi. ſic ſcripſi nichil addens uel minuens preter litteras*
*„plus minusue. ſcilicet litteram pro titulo uel titulum pro littera. nam in Bulla erat*
*„Militis ſculptura ſupra equum.*

*„Ego Petrus Dni Henrici Imp. Not.* - - - - - „

Quum Welfo VII tandem ante patrem Welfonem VI ad annum 1167 obiiſſet; heres Welfonis ſenioris proximus erat Henricus Leo, Magnanimi filius. Hunc, amiſſu filii contriſtatus, Welfo ſcripſit heredem ſuum. Quomodo autem Fridericus Barbaroſſa lites poſthaec ſeuerit Welfonem inter et Leonem, atque contra conſuetudines feudales, contra iura Longobardica, et conuentionem Welfonis cum Leone, ſtimulauerit Welfonem grandi promiſſa pecunia; id ſupra oſtendi ex *Chronico* OTTONIS *de S.* BLASIO (r) et *additamento Chronici Weingartenſis Steingadenſi.* (s) Ipſe enim, pretio oblato, Fridericus, inquam, Imperator bona Welfonis ſibi parauit, et illa, additis compluribus, denuo Welfoni ſub nouae legis pacto in beneficium tradidit, ita quidem, vt Welfone demortuo Fridericus ipſe, ex Welfonis VI ſorore Iuditha genitus, ſuccederet. Finge igitur, Fridericum vna cum poſteris ſuis iuſtiſſimo ſucceſſiſſe titulo in bona Welfonis Sueuica ac Italica: recordare porro, nulla lege, et formula proſcriptionis nulla, Henricum Leonem eiusque poſteros ab adeunda bonorum, de quibus dixi, poſſeſſione fuiſſe excluſos: adde, Friderici Barbaroſſae ſtirpem legitimam penitus intercidiſſe. Quae ſingula quum mente peregeris, non potes, quin, exſtincta Friderici II poſteritate, bona a Welfone VI poſſeſſa ad prolem Henrici Leonis fuiſſe transferenda, exiſtimes. In interregno et duobus inde ſaeculis fruſtra quaeſiiſſent Welfonum poſteri poſſeſſiones illas, de quibus in praeſens diſſerimus. Nec poſthaec enata fuit occaſio ius quaeſitum in eas perſequendi et vrgendi. Irrepſerant enim, inter

(q) Biblioth. Patrum To. XXV. p. 957.
(r) Cap. XXI. p. 207.
(s) To. III. Leibn. p. 658.

ter turbas et deliquia imperii Germanici, proceres vrbium, et principes (t) nonnulli Italici, in dominatus: ac hi terras, a Welfone VI olim poſſeſſas, varie diſtraxerant. Hoſce eiicere, praecipue quum regno Italiae ſeſe ſubmitterent, Imperatores non ſatis honeſte valebant. Jam vero illa adfulſit occaſio, quae Tuſciam, domino exſtincto, vacuefactam nuntiauit, et Parmam Placentiamque, a tutela inuictiſſimi Caeſaris Caroli VI ac ſpe principis poſthumi ſuſpendit.

### §. XXVIII.

## Genus Cunizae, quae Azoni II Marchioni Longobardiae nupſit, maternum Lucemburgicum.

*

*SIGFRIDVS*, nobilis, poſſeſſor Luscilinburgi, a. 993. Vxor *Hadewich* a. 964. 993.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Henricus ſenior* Comes Ardennenſis, Dux Bauariae 1004. depoſitus 1008, reſtitutus 1017. † 1027. | *Adalbero* Praepoſitus S. Paulini coenobii Treuir. | *Deodericus* Ep. Metenſis a. 1004. † 1047. | *Fridericus* a. 1008. † 1019. Vxor N. N. | *Giſilbertus* † 1005. Papiae. | *CVNEGVNDIS* Imperatrix Henrici II. Vx. † 1040. 3. Mart. canoniſata 1201. | *Luidgarda.* | *Anonyma* — *Iutta* Abbatiſſa Conſugienſis. | *Anonyma.* Vx. Gerhardi C. Alſatiae 1013. — *Sigfridus* † 1017. |
| *Henricus iunior* Aduocatus S. Maximini, Dux Bauariae 1042. † 1047. | *Iuitha* ſeu *Irmentrudis* vxor Welfonis II. † 1097. | *Adalbero* Ep. Metenſis a. 1047. | *Fridericus* Dux Lotharingorum 1046. † 1065. Vx. 1) Gerberga. 2) Raclendis. | | *Otgina* nupta Balduino IV. C. Flandriae † 1029. | | *Theodorus.* | *Giſelbertus.* 1056. C. Luxemburg et Salm. |
| | *Cuniza*, nupta Azoni II. vnde Duces Brunsuicenſes. | | | | | | *Hermannus* de Luzenburg Rex Teutoniae electus 1081. † 1088. a quo Wilhelmus C. Hollandiae et Selandiae, Rex Romanorum. | *Conradus*, a quo Henricus VII Imp. Carolus IV, Wenceslaus, Jodocus, Sigismundus. |

Accurate et diligentiſſime haec comprobauit et ad tempora Ladislai Poſthumi deduxit Vir Celeberrimus *IOHANNES DAVIDES KOELERVS* in Diſſ. de *Familia Auguſti Lucemburgenſi*, Altdorfi 1722. 4. emiſſa, quae vngues ſapit demorſos.

## CAPVT II.
## DE
## HENRICO MAGNANIMO.

De eo ſupra expoſuimus p. 299. ſqq. Nonnulla memoratu digna adtulit *ANONYMVS Saxo* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 106. To. III. Menck. Huc quoque ſpectat ſcriptum Antonii Vdalrici Erath de *ficta Henrici ſuperbi ſuperbia.* 4. Guelferbiti 1731. Norunt ei, qui latinam linguam callent, ſuperbos quoque eos dici, qui ſunt animo elato et magno. Quare de adpellatione non admodum ſum ſollicitus. Tractum *Hartingo* fuiſſe in eius Ducatu, patet ex diplomate Lotharii Imperatoris, tunc Regis, dato 1129 Goslariae, et obuio in To. III. *Menck.* et P. I. Pfeffingeri iun. *Hiſt. Bruns. Lun.* p. 510.

CAP.

(t) *CHRISTOPHORVS HERMANNVS SCHWEDERVS* in *Theatro Hiſtorico praetenſionum et controverſarum illuſtrium* L. I. c. XI. p. 35. ſqq. ed. Lipſ. 1727. fol.

## CAPVT. III.
## DE
## HENRICO LEONE.

De eo ſupra diſſerui p. 315-361. Spicilegium aliquod huc transferemus, quo ſuperius dicta partim illuſtrare, partim ſupplere, liceat. Poteſtatem et exercitium Henrici Leonis circa ſacra expoſuit erudite M. *Tobias ECKHARDT*, Director Gymnaſii Quedlinburgenſis, in ſcripto: *Autoritas Henrici Leonis circa ſacra in conſtituendis atque confirmandis Epiſcopis ex hiſtoriae monumentis expoſita*, 4. Guelferbiti 1732. Diploma Henrici Leonis, quo in coenobium Lamſpringenſe teſtatus eſt ſuam beneficentiam a. 1169, ſupra protuli p. 718. Producam infra adhuc vnum et alterum eius diploma. Anno 1139 Albertus Vrſus Leoni Ducatum Saxoniae adimere tentauit. *CHRONICA S. PANTALEONIS*: *Albertus Marchio morte Ducis* (Henrici ſuperbi) *exhilaratus, quum forum apud Bremam gloriabundus adiret, vt a turbis inibi confluentibus quaſi Dux patriae ſuſciperetur, ab amicis Richenzae* (viduae Lotharii) *circumuentus*, fuga vix cum paucis euaſit. *HELMOLDVS* (a) haec ſtatim ſubiicit morti Caeſaris Lotharii. Sed *Annales Boſouienſes* congruunt Chronico Pantaleonis. Quare Helmoldus heic errauit, vbi demonſtrauit *Iohannes Georgius ECCARDVS*, (b) qui coniectat praeterea, Adalberonem Archiepiſcopum Bremenſem cum Alberto foedus ad nocendum Henrico pepigiſſe. Coniecturam firmare contendit ex numo tab. III. fig. 36. adlato, in quo aduocatus vexillifer, dextra *clauem* oſtentans, adſtat Epiſcopo, addita epigraphe: *Adelbertus Marchio*. Artificioſam arcis *Haldesleve* expugnationem enarrat *CHRONICON montis ſereni*, (c) vnde ſua hauſit *Schatenius*. Sigillum Henrici Leonis, confirmationi coenobii Catelnburgenſis adfixum, eſt huiusmodi:




Quum

(a) Chron. Slav. L. I. c. 54.
(b) In *Erklärung eines Kleinodjen-Käſtleins* p. 92.
(c) Ad a. 1181. p. 46. ſq.

Quum autem Ducatu eſſet exutus, minori ſigillo eſt vſus, et *Ducem* ſeſe tantum adpellauit. (d)






Henricus Leo obiit ſexto Auguſti die, ſeu *Sixti* in vrbe Brunſuigae. Monumentum ſepulcrale, in aede S. Blaſii adhuc conſpicuum, ſic delineatum dedit Venerandus *Philippus Iulius* REHTMEIER, (e) hiſtoricus noſtri ſaeculi diligentiſſimus aeque ac pius.



Xx xx xx xx Omiſit

(d) *REHTMEIER* l. c. P. III. c. 20. p. 402.
(e) Loco citato c. 22. p. 405.

Omiſit pictor *circulum cum roſulis* in capite vtriusque coniugum, *inſigne Ducum.* Occaſionem leonis a Leone poſiti iuxta ſede Ducalem et templum S. Blaſii ſic recenſet Meibomius: (f) *Multos eo tempore accipiebat hoſtes Leo, quorum primi erant Wigman Magdeburgenſis, Hermannus Hildesheimenſis, Epiſcopi, Ludouicus Landgrauius Thuringiae, Adelbertus Vrſus Marchio Soldtwedelen eiusque filii Otto Marchio Camburgius, Adelbertus Comes Palatinus Sommerſcheburgius: Otto Comes Aslenſis, Wedekindus Comes Daſſen gius, Chriſtianus Comes Aldenburgius. Hos animabat conſiliis et opera, etſi in Italia abſens, Reinholdus Colonienſis Archiepiſcopus, euerſion Leonis omnibus viribus anhelans. Quanti temerarias iſtas inconſultasque molitiones faceret, declaraturus Leo, ſignum hoc erexit, anim perterriti et iniuriarum vindicis euidens indicium.* Nuper 1731. 30 Octobris leo Brunsuicenſis, ſolemnitates reliquas adiuturus in gratiam *DVCIS SERENISSIMI LVDOVICI RVDOLFI*, ignem laetitiae indicem artificioſiſſime euomuit.



(f) *In Notis ad* LERBECCII *Chronicon Comitum Schawenburgicum* p. 521. To. I.

De cauſſa proſcriptionis in Leonem promulgatae *ANONYMVS SAXO* p. 110. To. III. Menck. haec habet: *Dux Henricus de Brunswich* 1500 *milites per Alpes in adiutorium Imperatoris adduxerat, cumque redire diſponeret, Imperator ſuppliciter eum rogabat, vt ſecum in obſidione perduraret. At ille ſurdas aures precibus Imperatoris adhibuit, propter quod Imperator, licet incaſſum, ad pedes Ducis, vt remaneret, ſe humiliauit. Quod videns Dapifer Ducis dixit: Domine, ex quo corona Imperialis ſuper pedes veſtros cecidit, non dubium, quin Deo dante capiti veſtro breviter inſidebit.*

Ex adparatu numiſmatico Viri Conſultiſſimi *SCHMIDII*, Germaniae phoenicis, bracteatos Henrici Leonis laudatiſſimus *REHTMEIERVS* exhibuit, (g) tum ex vno latere, tum vtrimque percuſſos. In ſingulis leo adparet. *Rixa* ſeu *Richenſa*, filia Henrici ex Clementia Zaeringenſi, nupſit a. 1167. (h) Friderico Duci Sueuiae, a ſede dicto de *Rotinburch*, qui obiit a. 1167. 19 Aug. (i) Deinde ipſa coiit matrimonio cum Canuto, filio Waldemari, Regi Daniae, a. 1169. (k) et exſpirauit anno 1221. (l) Quod ipſa ſit Canuto in matrimonium oblata, docet *SAXO GRAMMATICVS* L. XIV. *rerum Danicarum* p. 205. Sequor heic *IOHANNEM DAVIDEM KOELERVM.* (m) E contrario Venerandus *REHTMEIERVS* p. 410. ſqq. in ea eſt ſententia, Richeſam Hamburgi fuiſſe deſponſatam, et ante nuptias initas defunctam. Verum, eam fuiſſe ductam, comprobaui ſupra p. 360. (ee) Errat *SPANGENBERGIVS*, qui, Richezam nupſiſſe Borwino, tradit. Eam Richezen, cuius mortem *ERICVS* ad annum 1221 retulit, pro alia habet *REHTMEIERVS*, videlicet pro filia Waldemari I Regis Daniae, quo coniuncta fuit nuptiis Erico, Canuti Regis Suecorum filio. Sed premitur ea ſententia vna et altera difficultate. Richſa Danica genuit Ericum et Ingeburgem vxorem Ducis Birgeri; (n) Rixa, Leonis filia fuit ſterilis. *ALBERTVS STADENSIS* ad annum 1171: *Henricus Dux filiam ſuam Regi Daciae deſponſauit, qui heredem ex ea non habuit.* Richſa Danica obiit anno 1210; (o) Rixa noſtra ad annum 1221. Omittendum non eſt, hanc Rixam immerito confundi cum privigna eius, cui itidem nomen fuit Rixae. Sed haec privigna Rixae natu maioris e Mathilda, vxore Henrici altera, demum anno 1171 fuit progenita (p) Brunsuici. Richenza autem, e Clementia, quae prior fuit coniunx, in lucem edita, iam anno 1167 Friderico Duci Sueuiae, Conradi II Regis, nuptui fuit data. Clariſſima ſane ſunt verba *CHRONICI montis ſereni* ad eum annum: *Filius Conradi Regis filiam Henrici Ducis in matrimonium ſortitus eſt.* *HELMOLDVS* (q) diſtincte ſatis ad annum eumdem: *Mortui ſunt ea peſtilentia - - praeterea nobiliſſimus adoleſcens filius Conradi Regis, qui duxerat VNICAM FILIAM Ducis noſtri.* Addit deinde divortium Henrici Leonis a Clementia. Deinde pergit: *Habuit* Henricus *ex ea filiam, quam filio Conradi Regis dedit in matrimonium, qui etiam modico ſupervixit tempore, praeuentus immatura morte in expeditione Italica.* Ac interiectis aliis: (r) *Et rogauit Rex Danorum* Woldemarus *Ducem* Henricum, *vt filiam ſuam Fretherici nobiliſſimi Principis de Rodenburg, daret filio ſuo, qui iam deſignatus erat Rex, in vxorem.* Nomen ſeruauit *BOTHO*: (s) *De erſte dochter de heyt Rixſa, de nam Frederick Conrads Sone, de ſtarff ör van ſtunden an, do nam ſe wedder Knud des Königes Sone to Dennemarke.* Congruunt haec ſcriptoribus, fide plenis. Quare igitur dubitandum putemus de vero nomine, quod hic tradidit? Sunt qui exiſtimant, Henrico Leoni ex Conſtantia duas fuiſſe filias, quarum prior immature deceſſerit. Adparet ita ex loco Saxonis Grammatici, paullo ante indicato, qui ſic habet:

*Igitur*

(g) Loco laudato Tab. I. II. ad p. 412. 416.

(h) *HELMOLDVS* L. II. c. 10. §. 6. *CHRONICA montis ſereni* ad a. 1167. p. 34. *BOTHO* p. 344.

(i) Inſcriptio tumuli Friderici in monaſterio Eberacenſi apud *BRVSCHIVM* in *Chronol. monaſt.* p. 144.

(k) *BOTHO* l. c. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1172. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1171.

(l) *ERICVS REX* apud *LINDENBROGIVM* inter *ſcript. ſeptentr.* p. 272. *Obiit Rikece Regina.* *MEIBOMIVS* in *relectione Apologiae pro Ottone* IV. p. 265.

(m) In *genealogia familiae Auguſtae Stauffenſis* p. 20. ſqq.

(n) *ERICVS VPSALIENSIS* L. III. p. 56. *Anno Domini* MCCX *obiit Richiſſa Regina Sueciae - Hic denique Ericus Rex Canuti habuit Richiſſam filiam Regis Ducis Waldemari et genuit ex ea Ericum ſcilicet Laeſpe et Ingeburgem uxorem Ducis Birgeri.*

(o) *ERICVS* hic l. c.

(p) *ARNOLDVS Chron. Slav.* L. III. c. 2. p. 630.

(q) Lib. II. *Chron. Slav.* c. 10. §. 6. 7. p. 625. ſqq.

(r) L. II. c. 14. p. 629. ad a. 1169.

(s) In *Chronico picturato* p. 344. To. III. Leibn.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Igitur Henricus Dux, vt repudiatam regis amicitiam recuperaret, ſine qua Sclavos arcere non poſſet, Henricum Razeburgenſem Epiſcopum et Antiſtitem Lubecenſem legatione onerat, filiam ſuam MINOREM filio eius in matrimonio offerens.* Sed in Helmoldo, qui *vnicam* Conſtantiae *filiam* eam adpellat, plus eſt auctoritatis, fidei et antiquitatis. Canuti vxorem, Henrici Leonis filiam, *PONTANVS* vocat *Gertrudem* (t) eamque arbitratur diſceſſiſſe e vita anno 1197. Adplaudit Venerandus *REHTMEIERVS* (u) et eodem pertinere ſuſpicatur teſtimonium *ERICI REGIS* ad annum 1196, quod eſt huiusmodi: *Obiit Geerthrud Regina.* Qui duas Clementiae filias tribuunt, ei priorem vocant *Rixam*, quae in cunis vagiens Canuto vix bimulo fuerit deſponſata; poſteriorem *Gertrudem*, quae, ſorore dudum exſtincta, Canuto nupſerit. Adſtipulatur illi numero, quem laudaui, *SAXO GRAMMATICVS*, qui ſtatim verbis adductis ſubiicit: *nam maior natu, quae prius ei deſponſata fuerat, morbo occiderat.* (x) Opinor, Danis ita fuiſſe viſum, credere detrectantibus, Regem ſuum duxiſſe eam, quae quondam ipſi deſponſata, deinde alteri data, eoque defuncto quaſi poſtliminio reſtituta fuerit ſponſo primo, antea eluſo. *PONTANVS* in veterum monumentorum commemoratione ſaepius labitur, offendit, incurrit. Nolim tamen praefracte infitiari, veritatem heic paullum eſſe ancipitem, poſterisque, ſimulac noua rerum geſtarum documenta priſca in lucem protrahuntur, eam praecipue eſſe diiudicandam. In tabula genealogica p. 404. *Gertrudem* eam vocaui, probe gnarus, ritum inde a ſaeculo XI obtinuiſſe, vt vni feminae duo ſint nomina, vnum baptiſmale, alterum ex *confirmationis* cerimonia adſcitum. Sic Henrici III Imperatoris filia, *Iuditha*, ſaepius quoque vocatur *Sophia.* Id vero arduum et difficile eſt conciliatu, alio anno obiiſſe *Gertrudem* Reginam, alio *Rikicen.* *ALIENORA*, ſeu *Allena*, filia Henrici ex Mathilde, nupſit Ludouico Comiti de Dempnowe ſeu Dipenau. (y)

## CAPVT IV.
## DE
# HENRICO LONGO, DVCE SAXONIAE, ET COMITE PALATINO.

Synopſis. §. 1. *Nomen et ordo generationis fratrum.*
§. 2. *Natalis et educatio, ac conſortium cum Imperatore.*
§. 3. *Coniugium cum Comitiſſa Palatina et Agneta.*
§. 4. *Heredium eius.*
§. 5. *Expeditio Syriaca.*
§. 6. *Diuiſio hereditatis paternae cum fratribus, et animus in fratrem Ottonem IV.*
§. 7. *Aduocatiae ipſius, Gandersheimenſis, Bremenſis, Goslarienſis.*
§. 8. *Controuerſia cum Hildeshemenſibus.*
§. 9. *Animus ipſius et coniugum in loca ſacra.*
§. 10. *Mors, liberi et hereditas.*

### §. I.

Ex iis omnibus, qui generi hominum conſulere atque de eo bene mereri laborant, iis non immerito palmam eſſe dandam exiſtimo, qui ita ſtadium vitae ſuae decurrunt, vt ſemper re ipſa doceant, ſeſe ornandae patriae, dignitati parentum tuendae ac pietati in propinquos aeque ac vniuerſam ſocietatem ſuam cuſtodiéndae eſſe natos. Specimen

(t) Lib. VI. *rerum Danicarum* p. 290.
(u) P. III. c. 22. p. 409. *Chron. Brunſv. Luneb.* Idem P. III. c. 23. l. c. p. 427. ſtatuit, priorem Waldemari Regis Daniae, qui erat Canuti frater, vxorem fuiſſe Richezam, Henrici Leonis filiam.
(x) *CHRONICON Holſatiae* Leibnitianum c. XV. p. 28. vnam duntaxat nouit: *Idem Dux Henricus Waldemarum Regem Daniae reduxit in regnum ſuum. Ideo inter Regem et Ducem fuit magna fiducia exorta, ita quod Dux dedit filiam ſuam filio Regis Daciae in perpetuae foederationis ſignum.*
(y) Hoc oſtendit I. G. *ECCARDVS* ex veteri charta Archivi Hannoverani in der *Erklärung eines alten Kleinodien-Käſtleins* §. XV. p. 35.

cimen tantarum virtutum edidit *HENRICVS*, quem a procera corporis ſtatura, qua eminuit, *Longum* cognominare conſueuimus. Famam eius auguſtam illuſtrauit ortus et origo. Exſtitit enim natu maximus filiorum, (a) quos *HENRICVS LEO* ex Mathilda, regia Angliae principe, ſuſcepit. Memoriae proditum eſt, (b) ipſum fuiſſe forma pulcherrima, promtum lingua et facundum famaque virtutum commendatiſſimum. Vnde contigit, vt *GVILLELMVS NEVBRIGENSIS* (c) eum vocauerit *elegantiſſimum et ſtrenuiſſimum iuuenem*, immo *virum in imperio ſummae poſt Imperatorem amplitudinis*. Ipſe in Diplomatibus ac figillis ſeſe adpellauit *Ducem Saxoniae*, idemque cognomen filio ipſius *Henrico*, praemature defuncto, in ipſa ſepulcrali inſcriptione adtributum eſſe, inter omnes conſtat. Vtrum ex hereditate dignitatis paternae id honoris ſit deriuandum; an vero ex ſingulari Caeſaris edicto et clementia nomen illud profluxerit, eſt in incerto. Prius videtur improbabile, eo quod Henricus pater Ducatu exutus in figillis ſeſe *Ducem* quidem, nequaquam autem *Ducem Saxoniae*, vocauerit. Poſterius teſtimonio et auctoritate chartarum veterum adhuc comprobauit nemo. *Comitis Palatini* nomen deducendum eſſe ex poſſeſſione Comitatus Palatini, per vxorem parta, nemo vnus ignorat.

## §. II.

Natalis eius dies eſt admodum obſcurus. Pater anno 1168 Mathildam, matrem illius, duxit, quae ſuſcepto a Leone in Palaeſtinam itinere Brunsuici *Rixam* filiam peperit, et, marito ad terras Saxonicas reuerſo, poſt aliquod tempus *Henricum Longum* procreauit. (d) Quum vero iter illud Palaeſtinum anno demum ineunte 1172 peractum fuerit; Henricus Longus ante annum 1173 haud potuit naſci. Erat admodum puer, quando a Leone patre dediticio obſes daretur Imperatori Friderico ahenobarbo Goslariae, vna cum fratre Ludero, (e) qui ad Auguſtam Vindelicorum anno 1180 obiit. Porro cum Rege Henrico in Apuliam, ſtipatus militibus a patre additis, profectus eſt. Nuntiata interhaec morte Friderici Imperatoris, Henricus Apulia omiſſa domum ſeſe proripit, inprimis quum fratrem iam amiſiſſet et Imperator patri promiſſa data non exſolueret. Imperator nouus Henricus terra marique aditus viasque obſervari iuſſerat, ne Henricus ad patrem redire poſſet, veritus nouas in Saxonia turbas, ſuppeditante occaſionem parentis Friderici ſubita morte. At iuuenis Henricus conſcenſo nauigio Neapolin fugerat et inde callide in Saxoniam penetrarat. Secutus eſt fugientem Imperator, et patri dependit, quod filius peccaſſe videbatur. Occupare Leo iram Caeſaris, tutiſſimum ratus, legatos ei miſit obuiam. Sed euentu irrito. Bellum enim denuo Saxoniae infuſum eſt, impellentibus praecipue viris ſacris.

## §. III.

Tandem Leo acceſſit Imperatorem Henricum in loco *Dullethe*, qui nunc Dülle vocatur, et in gratiam ibi fuit receptus; Henricus vero filius ſuſcepit a Caeſare iura regalia in Comitatum Palatinum, ipſi denuo in Apuliam eunti comes adplicatus, vnde, anno transacto, rebus bene geſtis, ſanus et incolumis rediit. Comitatum Palatinum obtinuerat interuentu vxoris, filia Conradi Comitis Palatini et Irmengarda. *Conradus* ille erat frater Friderici Barbaroſſae, natus anno 1127, factus Comes Palatinus Reni a. 1156, defunctus tandem a. 1195. 8 Nou. et ſepultus in coenobio Schoenaugienſi. (g) *Irmengarda* erat filia Bertholdi Comitis Hennebergici et Berthae Palatinae Sommerſeburgenſis, ibidem ſepulta 1197. (h) Ex hiſce coniugibus nati fuerant *Conradus*, Comes Palatinus Reni, qui deceſſit a. 1186: *Agneſa*, nata anno 1177, nupta Henrico noſtro ad annum 1194, defuncta a. 1204, ſepulta Stadae in aede ſacra B. Mariae Virginis: (i) et *Fridericus*, qui in pueritia exſpirauit. (k) *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1194: *Henricus filius Ducis Heinrici duxit Agnetem filiam Palatini, Conradi de Rheno.* Et anno

1204

(a) *GERHARDVS* in *Hiſtoria de Henrico Leone* p. 435. To. I. Meibom. *ALBERICVS* P. II. *Chron.* a. 1193. p. 399.
(b) *ARNOLDVS* Lubecenſis.
(d) - - - - *Lubecenſis* L. I. c. 2. p. 630.
(e) *GERHARDVS* in Hiſtoria Henrici Leonis p. 431. ſq. To. I. Meibom.
(g) I. D. *KOEHLER* in *genealogia domus Auguſtae Stauffenſis* p. 13.
(h) *KOELERVS* l. c. p. 14.
(i) *IDEM* p. 21.
(k) *IDEM* p. 24.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1204 *Obiit Agnes , vxor Heinrici Ducis et Palatini Comitis , et in eccleſia B. virginis apud ſtadium ſepelitur.* MONACHVS WEINGARTENSIS (l) eam vocat itidem *Agneſam* eamque Henrici *vxorem primam.* NARRATIO ALTAHENSIS (m) vocat illam *Iuditham*, cui adſtipulatur Ioachimus Fridericus Fellerus. (n) Alteram vero Henrici vxorem, filiam Conradi Marchionis de Landesberge, *Agnetam* vocat BERNTENIVS. (o) Heredem illam Comitatus Palatini Henrico praeripere tentabat Philippus, Rex Galliae, qui Danicam vxorem Blothildem per diuortium dimiſerat , vt ditiore frui poſſet. (p) Adnuerat iam Conradus, Comes Palatinus, regali faſtigio generi oblati ſublatus. Verum, filia Henrico ſponſo dedita , matrem in ſuas partes flexerat. (q) Mater igitur clanculum monuit Henricum, vt accedere properaret. (r) Hic, abiecta damnataque omni cunctatione, per inſidias et loca hoſtibus infeſta intrepidus tranſiit, et flexo in veſperam die inopinatus Stalecam in modum peregrinatoris ſacri aduenit , abſente Comite. (s) Simulac acceſſiſſet, cultu nitido et veſtimentis ſplendidiſſimis ab Irmengarda decoratus eſt. Sponſalia in horto ad fontem ſalientem celeriter fuerunt firmata. Nocte proxima nuptiae celebratae talamusque conſcenſus , praeuia benedictione ſacerdotali. (t) *Ioannes Georgius* ECCARDVS ſuſpicatur, nuptias incidiſſe in annum 1193. Paullo poſt rediit domum Conradus, inſcius nuptiarum. Obuiam iuit marito Irmengarda, et eum byſſinis permulſit verbis , adiungens , falconem pulcherrimum et incomparabilem prorſus a ſeſe eſſe captum. Miratus Conradus et viſendi falconem avidus introducitur ab vxore ad nouos nuptos (u) et falconem eſſe Henricum ſubridens ſignificauit. Hiſce nuptiis vniuerſa gaudiis exſultauit Saxonia, Leo pater ſenectutem ſolatio refouit , et ſic hoſtilia arma ab hiſce prouinciis , citra arma oppoſita , ſunt profligata. (x) Amiſſu Bauariae ſic compenſata erat hereditas Comitatus Palatini. AVENTINVS errat, (y) qui Conradi , Comitis Palatini , filiam nomine *Clementiae* inſignit. Poſterior vxor, AGNESA, Henrico fuit ſuperſtes. Vixit ipſa adhuc Brunſuici anno 1243, quo decimam fodinarum (z) metallicarum Goslarienſium Otto Puer ab ea emit marcis 1100 puri argenti , pro quarum parte ipſi tradidit praedium *Iſenhagen.* (aa) Vidua acceſſit ad Conradum Epiſcopum Hildeſienſem iam anno 1233, vt hic confirmaret coenobium nouum virginum ſacrarum ordinis Ciſtercienſis , ab ipſa conſtructum in *Huginhuſen* ſeu *Winhuſen* iuxta Alleram flumen. Petitioni adnuit Conradus. In Diplomate viduam Henrici vocauit *nobilem Dominam Agnes, Duciſſam de Zchelle.* Anno 1243 ipſa praedium *Iſenhagenſe* tradidit Arnoldo, Abbati Riddagshuſano , vt conſtrueret in eo coenobium ſui ordinis. Inſtitutum confirmauit Dux OTTO PVER anno eodem. Monachis Iſenhagenſibus Ioannes Epiſcopus deinceps anno 1259 donauit domicilium nouum in *Bakenrode* prope Hildeshemium , quod a patrona Maria *Marienrode* vocari ſolet. Agneſae huius mortem BERNTENIVS confert in Kalendas Ianuarii , ſepulturam eius monaſterio Winhuſano vindicat , et haud obſcure oſtendit, obitum circa annum 1245 (bb) eueniſſe.

## §. IV.

HERMANNVS CORNERVS memoriae prodidit ad annum 1197, Henricum Leonem ita hereditatem ſuam diuiſiſſe , vt Henrico adtribuerit *Brunſuicum* cum adnexis, Wilhelmo natu minimo *Luneburgum* ac *Lauenburgum* , Ottoni autem *Haldeslevam* cum inne-

(l) Pag. 805. To. I. Leibn.
(m) Pag. 21. To. II. Leibn.
(n) In *Genealogiſcher Hiſtorie des Hauſes Br. Luneburg* p. 371. ſq.
(o) In *Chronico Marienrodenſi* p. 424. To. II. Leibn.
(p) GVILLELMVS NEVBRIGENSIS L. IV. c. 32. p. 513. ſq. de rebus Anglicis. ROGERIVS *Hovedenus* ad a. 1193. p. 731. ALBERICVS a. 1194. p. 401. ſq.
(q) GVILLELMVS l. c.
(r) CHRONICON RHYTHMICVM *principum Brunsuicenſium* c. 54. p. 78. To. III. Leibn.
(s) IDEM l. c. ECCARDVS in *Erklaerung eines alten Kleinodien-Käſtleins* §. XIII. p. 27.
(t) GERHARDVS in *Hiſtoria de Henrico Leone* p. 434. To. I. Meibom.
(u) CHRONICON RHYTHMICVM l. c. p. 79. Conciſe matrimonium hoc deſcribit IOANNES ADLZREITERVS in *Annalibus Boizae gentis* P. I. L. XXIII. c. 14. p. 612.
(x) ARNOLDVS LVBECENSIS L. II. c. 20. p. 698. ſq.
(y) In *Annal. Boic.* L. VII. p. 523.
(z) HEINECCIVS *Antiqq. Goslar.* L. III. p. 260.
(aa) Haec et ſequentia patent ex Diplomatibus , quae adtulit LEVCKFELDIVS *Antiqq. Poldens.* c. XVIII. p. 101. ſqq. Conf. BERNTENII *Chronicon Marienrodenſe* p. 434. To. II. Leibn.
(bb) Pag. 434. 435.

nexis. Ottoni minima pars obtigit, indubie eo, quod Ducatum Aquitaniae tenebat in Gallia.

## §. V.

Imperator Henricus VI ſexaginta millia Germanorum conſcripſerat, vt illa in Syriam ac Palaeſtinam traiiceret. Cum hiſce ad Meſſanam Siciliae coniunxerunt ſeſe copiae complures, ex ceteris chriſtiani orbis partibus miſſae. Expeditio (cc) inde ſuſcepta anno 1197 aeſtate media. Claſſis Acconem adpulit 22 Septembris. Expeditioni tam memorabili interfuit Henricus noſter, qui caſtellum *Choruti* circa Tyrum nouo expugnandi genere, quo ad Goslariam fodinae argentariae excauantur, cepit. Dum haec aguntur, deceſſit Imperator Henricus VI eodem anno circa feſtam Michaëlis diem. Rediit, re audita, de Syria Henricus Palatinus, qui, niſi abfuiſſet tempore electionis, in ſummam ſpem obtinendi diadematis regii ingredi potuiſſet. Electorum pars delegerat Philippum, Henrici defuncti fratrem; Principes alii deſignauerant Henricum Longum, eoque abſente ſuffragiis ſuis cooptarunt Ottonem IV, fratrem Henrici.

## §. VI.

Vt Otto ferret ſumtus, quos electio poſtulabat, vendidit Ducatum Aquitaniae fratresque eo adduxit, vt terras paternas noua diuiſione ſecum tripartirentur. Quod factum eſt anno 1203 Paderbornae. Ottoni ceſſerunt *Brunsuicum*, fineſque Prouinciae dati *Nortburg*, *Daulum*, *Hunekesbotle*, *Schwibeke*, *Varesvelde*, *Vadenberge*, *Wagersleve*, mons *Hart* ſeu Hercinius, villa *Reinebecke*, inde totus mons Hercinius, caſtrum Sommerſchenburgi cum adnexis. Henrico obtigerunt loca inde a Brunsuico vſque ad oſtia Albis: et nominatim *Lichtenberga*, *Aſſe* ſeu *Aſſeburgum*, *Schiltberga*, *Stauffenburgum*, *Oſteroda*, *Hertsberga*, *Scharzfeldium*, *Lutterberg*, *Haniſtein*, *Rodenburg Monaſterium*, *Homburgum*, Thuringicum patrimonium ceſſerunt Regi Ottoni. Henricus vero accepit tractum inde ab Hannovera circa Leinam, qui ad *Northemium*, montem *Pleſſe* et *Gottingam* ac *Hanninſtein* procurrebat, vna cum ſtrata regia vſque ad Moguntiam et inde per deſcenſum Reni ad mare. Nonnulla bona feudalia hiſce etiam inerant. Nam Henricus accepit *Comitiam Stadii reſpectu aliorum feudorum*, quae fratres nacti fuerant. Tabula de partitione hereditatis huius edita fuit a *MADERO*, (a) *LVNIGIO* (b) et P. I. *REHTMEIERO*, (c) quantum ad Ottonis et Henrici ſortem adtinet. *SCHATENIVS* (d) primam partem de ſorte Ottonis publicauit. Tertia pars, quae ſortem Wilhelmi complectitur, nondum in publicam lucem prodiit. Indies autem Philippus inualeſcebat, et tantum animi ſumebat, vt in terram Brunsuicenſem faceret impreſſionem. Otto pro virili vim illatam repellebat, praecipue ab Henrico fratre adiutus. Minabatur igitur Philippus, dictitans, ſeſe Henrico Comitatum Palatinum eſſe ademturum. Henricus vt Philippum coërcere poſſet, expetiit ab Ottone fratre vrbem Brunsuicum et caſtellum Lichtenbergae. Otto autem renuit. Quibus cauſſis Henricus fuit adductus, vt ad Philippum, fratre deſerto, deſciſceret. (*) *CHRONICON montis ſereni* ad annum 1204: *Philippus Rex, dimiſſis auxiliatoribus, Goslariam cum ſuis regreditur; vbi quum Rex Otto, militibus collectis, cum ipſo congredi tentaret, Henricus Palatinus, frater ipſius, ad Philippum tranſiit, praeſtitaque ei fidelitate aduocatiam Goslarienſem ab eo promeruit.* Quamprimum vero furor Philippi conſideret et obtunderetur; Henricus ad partes Ottonis fratris amplectendas reſiluit. Annus reconciliatae gratiae non ſatis patet. *Ioannes Georgius ECCARDVS* ducit ex nonnullis numis coniecturam, (e) Henricum ab Ottone in ſocietatem dominationis, quantum ad Brunsuicum adtinet, tunc fuiſſe adſumtum. Exſtitit enim numus apud Conſiliarium aulicum *SCHMIDIVM*, in quo ſub porta turrita leo eſt conſpicuus, et iuxta dextram portae emicat Rex coronatus, ad ſiniſtram Dux ducali corona indutus, (f) cum epigraphe, cuius particula prima legi duntaxat poteſt: HENRICVS DVX - - - -. Ex delineatione noua *Nicolai Seländeri* (g) patet, coronam Regis ornatam eſſe cuſpidibus lilio-

(cc) *ARNOLDVS LVBEC.* L. III. c. 2. ſqq.
(a) In *Antiqq. Brunsuic.* p. 239. ſqq.
(b) *Reichs-Archiv* Part. ſpecial Continuat. IV. p. 251.
(c) In *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. III. c. 23. p. 421. ſqq.
(d) In *Annal. Paderborn.* P. I. Lib. IX. ad a. 1203. p. 934. ſq.
(*) *ARNOLDVS Lubecenſis* Chron. Slav. L. VI. c. 6. p. 714.
(e) In *Erklärung eines Kleinodien-Käſtleins* c. XV. p. 38.
(f) Apud *REHTMEIERVM* Tab. I. num. 5.
(g) Confer eius *Anmerckung und Bericht über einige Bracteaten oder Blech-Müntzen* ad ſcriptum Eccardi paullo commemoratum.

liliorum eminentibus ; Ducalem vero eſſe conſpicuam rotundis nolis. Idem comprobat uel potius ſuſpicatur *ECCARDVS* ex aliis bracteatis, in quibus gemini leones mutuo ſibi ora obuertunt et inuicem blandiuntur *Tab.* II. n.13. *Tab.* III. n.30.31.32.33. Anno 1208 Philippus Caeſar peremtus manu truculenta occubuit. Dedit igitur Henricus tantum pietati in fratrem, vt apud Principes fauorem Ottoni conciliaret et iter in Angliam, petiturus Ottoni numos a Rege Iohanne, ſuſciperet. Anno 1209 Otto, Romam profecturus et diadema Imperatorium ſuſcepturus, vicariatum regni Germanici circa Moſellam Henrico fratri regendum permiſit. Ea ex cauſſa hic ſeſe *ſanctiſſimi legatum imperii* adpellauit. Otto vix decoratus fuerat corona Imperiali, quum poſtridie cum Papa altercationibus implicaretur. Papa idcirco eum a communione eccleſiae Romanae proſcripſit et effecit, vt Fridericus II Rex eligeretur. Henricus, fratri incontinenter adhaerens, ſimul in graue malum incidit, quo ad annum 1215 a Friderico II Palatinatu priuandus (*) cenſebatur. Sed Henricus nihilo ſegnius dignitatem ſuam ad obitum vsque eſt tuitus. Anno 1218 Otto frater Hartisburgi exceſſit de vita, et reliquit Henricum teſtamenti ſui expromiſſorem, eumque orauit, vt *ſanctam crucem*, *lanceam* et *coronam*, *dentem S. Ioannis Baptiſtae* et *imperialia inſignia* viginti hebdomadibus poſt obitum ipſius nouo Imperatori traderet, tentaretque recuperationem Ducatus Saxoniae. Tradidit ergo Henricus Friderico II inſignia Imperii Goslariae, acceptis 11000 marcis argenti. Dens S. Iohannis Baptiſtae remanſit Brunsuici in templo S. Blaſii, vnde cum ceteris reliquiis Hannoveram anno 1673 peruenit. (h)

## §. VII.

Henricus Palatinus ab eccleſia Gandersheimenſi tenuit beneficia, Ducibus Saxoniae conferri ſolita. Anno 1211 (i) ab Innocentio III in aduocatia eccleſiae collegiatae Gandersheimenſis, vna cum Comitibus Woldenbergicis, fuit confirmatus. In ea dignitate conſtitutus Henricus aedi ſacrae Microfredenſi corroborauit poſſeſſionem bonorum quorundam, vſus ſigillo, in quo repraeſentatur ipſe equo inſidens et diſtrictum vibrans gladium. Aduocatiam Goslariae accepit a Philippo Caeſare anno 1204. Ad eam illuſtrandam *ECCARDVS* multos trahit bracteatos, quos ex parte ad eccleſiam Gandersheimenſem eiusque aduocatos, cum Leuckfeldio, arbitror referendos. Anno 1197 Iohanni Archiepiſcopo Trevirenſi vendidit aduocatiam Trevirenſem. (k) Adminiſtrauit praeterea aduocatiam Bremenſem et Comitatum Stadenſem ab Eccleſia Bremenſi, opinor, nexu beneficiario tenuit. (l) Maſcule etiam defendit Gerhardum, Archiepiſcopum Bremenſem XXVI, contra vim et inſidias Waldemari, Archiepiſcopi deiecti, Regisque Daniae. Lites tamen de Comitatu et Aduocatia inde ab Hartwici Archiepiſcopi et Henrici Leonis aetate permanauerant in ſaeculum praeſens Henrici filii, qui ea de cauſſa fulmine eccleſiaſtico fuerat adfectus. Anno 1217 Caeſar Francofurti controuerſiam diremturus erat. Sed eadem tempeſtate Gerhardus Archiepiſcopus, quum itineri ſeſe daturus eſſet, morte obiit repentina. Henricus ad vltimum litem hanc exoſus, cum Gerhardo II, Archiepiſcopo XXVII, anno 1219 compacta iniit, ea quidem lege, vt Gerhardo traderet praedia ſua hereditaria et miniſteriales in Comitatu Stadenſi, cederet Praepoſitura Wildeshuſana, iuribus telonii, monetae et aduocatiae Bremenſis. Archiepiſcopus contra Henricum abſoluit a cenſura eccleſiaſtica, eumque impertiuit poſſeſſione fiduciaria aduocatiae, Comitatus, iuris teloniorum et monetae, ad tempus vitae. (m) Bracteatos et ſolidos numos, quibus aduocatia Henrici Bremenſis communitur, adduxit *IOANNES GEORGIVS ECCARDVS Tab.* II. n.16.17.18. et *Tab.* III. n.19.20.21.26.27. Otto Puer, Wilhelmi filius, aetatis erat tenerioris, quam vt huic compacto poſſet intercedere vel adnuere. Ipſe profecto poſthaec transactioni illi perpetuo contradixit et interceſſit.

## §. VIII.

Traditur etiam, oppidanos Hildeshemenſes iuſſu Epiſcopi Henrico, in proximo agenti, inſidias paraſſe et vim inferre ſtuduiſſe. Epiſcopus enim Philippo fauebat, quum Henricus cauſſam fratris quacunque ratione exiſtimaret ſuſtentandam. At copias contraxit

(*) *TOLNERVS Hiſt. Palat*, c.XVI. p.358. et c. XVII. p.372.
(h) *ECCARD* l.c. §. 15. p. 39. ſqq.
(i) Diſſ. II. ſupra §. XIII. p.202.
(k) *LVNIG* im *deutſchen Reichs-Archiv* Part. ſpec. Continuat. II. p.122.
(l) *WOLTERVS* im *Chronico Bremenſi* ad a. 1215. p.56. To.II. Meibom.
(m) - - - - l. c. p. 57. *DIPLOMA* apud *LVNIGIVM* im *Reichs-Archiv* Part. ſpec. Contin. II. p. 440. *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P.III, c.23. p.424. ſq.

traxit ſubito Henricus et ferocibus ſigna ſic intulit, vt oppidani adipem et quisquilias ſuas repetere mallent, quam aperto Marte cum Duce congredi. Verbis enim eccleſiaſtarum fuerant in iram acti, quae vim amittunt in rebus aduerſis. Vrbem ipſam tentaſſet Henricus, ni copiae acceſſiſſent Epiſcopi Magdeburgici, cauſſam Philippi tuentes. (n) Sic vulgo perhibetur. Requiro certum auctorem ex antiquis et fide plenis.

§. IX.

Rebus ſacris promouendis Henricus admodum ſtuduit. Sed vereor, ne non conſtiterit ſatis notio ſanctitatis. *Sanctum* enim eſt id, quod ex perſpicacia iudicii et propenſione voluntatis agitur ad concordiam perfectionum diuinarum in actionibus ſuis voluntariis exhibendam. In adplicatione huius notionis toto die aberratur, adeo vt id habeatur *ſanctum*, quod opinione hominum, callide et cum larva virtutis perſuadentium, nititur, quamuis et Deo et patriae et ſingulis hominibus inde iniuriae inferantur. Promouit Henricus expeditionem Palaeſtinam, vt placeret ſummo Pontifici et Caeſari. Si Chriſtiani operarentur ſanctitati verae, ferro opus non eſſet. Atque ita aequum aliquando tempus fore et apud pios euenturum eſſe, praedixerunt ſanctisſimi Prophetae. Verum accommodabimus noſtram ſententiam ad indolem hominum, eo ſaeculo florentium, ne numerus actionum ſacrarum euaneſcat. Ottone et Wilhelmo mortuis, Henricus Brunsuicum tenuit et Ottonis Pueri tutelam gesſit, eamque ob cauſſam beneficentiae ac liberalitati locum vbique dare potuit. Anno 1208 ipſe diploma coenobio *Bebenhuſen* dedit, addita miniſterialibus hominibusque ſuis licentia, vt eidem coenobio dona offerre eis liceret. (o) A. 1222 idem benignitatem ſuam tabula publica teſtatam fecit et adprobauit templo S. Blaſii. (p) Anno 1226 vniuerſa bona hereditaria, in villa *Polide* ſita, coenobio S. Iohannis Baptiſtae Sanctique Seruatii, ibidem poſito, donauit Brunsuici. (q) De expeditione eius Palæſtina, et Agneſae vxoris beneficentia in noua a ſeſe inſtituta monaſteria, Winhuſenſe et Ilenhagenſe, mentionem iam ſupra fecimus. Agneſam Palatinam Stadii coenobium exſtruxiſſe, nemini facile eſt incompertum.

§. X.

Obiit Henricus Longus a. 1227. 28 Aprilis Brunſuici, et ſepultus eſt in aede S. Blaſii ibidem. Ex *Agneſa* ſeu *Iuditha* (*) Palatina ſuſtulerat filium Henricum, de quo *ALBERTVS STADENSIS* ad annum 1214: *Henricus iunior Palatinus obiit*. Humatus hic eſt in coenobio Schonaugienſi prope Heidelbergam. Monumenti ſepulcralis pars reſtat Schonaugiae, quae haec verba ſpectatoribus offert: ANNO - - KAL. MAII. OBIIT. ILLUSTRIS. PRINCEPS. DOMINVS. HENRICVS. COMES. PALATINVS. RENI. DVX. SAXONIE. CONRADI EX FILIA NEPOS. Praeter eum Henrico Longo filius natus haud eſt. *ALBERTVS* idem ad annum 1227: *Henricus, Dux et Palatinus Comes Reni, ſine filio obiit.* Reliquit vero filias duas, *Agnetam* et *Irmengardam*. Prior nupſit Ottoni, filio Ludouici Ducis Bauariae: ac ita Palatinatum adiunxit Bauariae. (r) Poſterior fuit illuſtris matrimonio, quod cum Hermanno, Marchione Badenſi, iunxit. Ab vna harum, ni ab vtraque, Henricus VII Rex Romanorum, Friderici II Imperatoris filius, emerat dimidiam partem Brunsuici, uel urbem totam, ſi nonnullis ſcriptorum fidem habemus. *CHRONICON VETVS DVCVM BRVNSVICENSIVM*: (s) *Filiae Henrici Palatini partem proprietatis patris vendiderant.* Fridericus II in Diplomate, ad a. 1235 dato, diſtincte: *Ciuitatem de Brunſuic* Ottoni Puero concesſimus, *cuius medietatem proprietatis Dominii a Marchione de Baden: et reliquam medietatem a Duce Bauariae emeramus, pro parte vxorum ſuarum, quae fuerunt quondam filiae Henrici de Brunſuic, Comitis Palatini Reni.* Ex hoc momento indubie Fridericus II ad annum 1230 dicitur *Rex Siciliae et Saxoniae*. (t) Reliqua in Diſſert. II. ad liberos Henrici Leonis illuſtrandos fuerunt producta.

CAP.

(n) *LEZNERVS* in *REHTMEIERI Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. III. c. 23. p. 421.
(o) *DIPLOMA* produxit *REHTMEIER* in *Br. Luneb. Chronica* P. III. c. 23. p. 423. ſqq.
(p) - - - exhibet *IDEM* in *Hiſt. eccles. Brunsuic.* P. I. p. 91. 101.
(q) - - - dat *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Poldens.* p. 216.
(*) Vtraque vxor Henrici vocatur *Agneſa* in Diplomatibus. Prior in Dipl. XX. in *Sylloge Gudeni* p. 18. Poſterior in *TYLLICHIO* apud *SCHANNATVM Vindem. litter.* T. II. p. 81. Conf. *VITRIARIVS* iunior in *Hiſt. des Braunſchweig-Luneb. Hauſes* P. I. p. 74.
(r) *ALBERTVS STADENSIS* ordinem inuertit ad a. 1127. p. 207.
(s) Pag. 20. ed. *Maderi*.
(t) In *Cod. iuris gentium diplom.* Leibnitiano P. I. p. 13.

# CAP. V.
## DE
## OTTONE IV, DVCE AQVITANIAE ET IMPERATORE.

*SVMMA.* §.1. *Natalis,et hereditas materna.*
§.2. *Acta Ducalia per Saxoniam.*
§.3. *Acta regia et imperatoria, et quidem electio prima.*
§.4. *Controuerſiae et bella cum Philippo Sueuo.*
§.5. *Electio ſecunda, occiſo Philippo.*
§.6. *Expeditio Romana et coronatio.*
§.7. *Otto parat expeditionem cruciatam.*
§.8. *Diſcordiae eius cum Romano Pontifice.*
§.9. *Diſſenſiones cum Principibus Imperii,et foedus cum Bauaro.*
§.10. *Diſſenſiones cum Rege Galliarum et Rege Daniae.*
§.11. *Teſtamentum,mors,ſepultura, vxores ac benignitas ſacra.*
§.12. *Numi et memorabilia.*

### §. I.

*OTTO* IV ex Henrico Leone ac Mechtilde, principe Anglica, natus, fratres habuit natu maiores Henricum et Luderum, minorem Wilhelmum a. 1184. procreatum. Anno 1210 contra Fridericum II vrſit exceptionem aetatis, quippe qui annos nondum haberet triginta et idcirco ad imperandum eſſet inhabilis. (a) Argumento eius modi ipſe vſus haud eſſet,ni egreſſus iamtum fuiſſet annos triginta. Vnde conſtare poteſt,eum paullo ante annum 1180 auram vitalem adſpexiſſe. Ipſe fuit Princeps forma corporis auguſta et prorſus venerabili conſpicuus, per omnia Deo quam hominibus propior,qui nunquam recte fecit, vt facere videretur, ſed quia aliter facere non poterat, vir neque ſilendus neque dicendus ſine cura, bello acerrimus, virtute et iuſtitia ac pietate eximius, raro fortuna, ſemper tamen animo, maximus, conſiliis dux et Imperator, miles manu, odio in ſuperſtitionis ſatellites Hannibal. Detriuit a magnitudine eius aliquid labes diſſenſionum Imperio inhaerens, imminuit aliquid ira Pontificis, ſumma quaeuis adpetentis, detraxit aliquid maleuolorum et praecipue gentis Stauffenſis obtrectatio. A maledictis, in ipſum coniectis, purgatus eſt a *MEIBOMIO* (b) et *HAHNIO*, (c) vt nequidem labecula ſuperſit, quin ſolide ea reuicta et propulſata videatur. Engilbertus quidam ei admodum puero diadema imperatorium praedixiſſe fertur. (d) Richardus, Rex Angliae, Henrico VI, ob pretium redemtionis nondum ex integro perſolutum, tradebat in obſidem (e) et Ottonem et fratrem Wilhelmum. Richardus idem ſumma ope nitebatur, vt Ottonem, ſibi in primis acceptum, Comitatu Eboracenſi ornaret. Sed quo minus euentus reſponderit deſtinationi, impedimento fuerunt proceres Angliae. (f) Ne autem promiſſa Richardi, iam defuncti, ſeruari poſſent, effectum eſt Iohannis Regis Angliae, ſuccedentis fratri, inuidia, qui maluit Regem Galliae eiusque nutum ſequi, quam conſanguineo auxilium ſatis magnum ac prouinciam deſtinatam tradere. (g) Sunt, qui referunt, loco Comitatus Eboracenſis Ottonem accepiſſe Comitatum Pictauii et Ducatum Aquitaniae in Gallia. (h) Illud extra controuerſiam eſt

(a) *AVCTOR diſputationis carminicae* p. 529.
(b) In *Apologia pro Ottone IV Imp. contra falſas criminationes et conuitia, quibus eum Conradus Vrſpergenſis et alii inſectari non ſunt veriti* p. 114.ſq.
(c) In *Reichs-Hiſtorie* P. IV. c. III. §.1. p. 91. ſq. Conf. G. G. *LEIBNITIVS* in *Introduct. ad To. II. ſcriptor. rer. Brunsuic.* p. 48.
(d) *CAESARIVS Heiſterbacenſis* L. VI. c. X. p. 349. ſq.
(e) *GERHARDVS* in *Narratione de Henrico Leone* p. 866. *CHRONICON RHYTHMICVM principum Brunsuicenſium* p. 82. To. III. Leibn.
(f) *ROGERIVS HOVEDENVS* P. II. Annal. ad a. 1190. p. 877. ſq. To. I. Leibn.
(g) *IDEM* ad a. 1200. p. 880.
(h) *IDEM* ad a. 1190.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt poſitum, quod poſſeſſionem Pictauienſis Comitatus tenuerit ad tempus. (i) *THOMAS RYMERVS* (k) et G. G. *LEIBNITIVS* (l) exhibent litteras Ottonis ſuper priuilegiis, hominibus Oleronem, inſulam Aquitanicam incolentibus, conceſſis a. 1198. Illud ſic habet priuilegium:

„OTHO Dux Aquitaniae, Comes Pictauiae, omnibus tam futuris quam praeſenti-
„bus, ad quas literae iſtae peruenerint, ſalutem. Sciatis pro certo, me dediſſe
„in perpetuum, et praeſenti carta priuilegialiter conceſſiſſe omnibus hominibus de O-
„lerone, tam diuitibus quam pauperibus, et heredibus eorum, quod ego et ſucceſſo-
„res mei ipſis et eorum heredibus, in puellis uel viduis totius inſulae Oleronis nuptui
„tradendis, in Ballio Pupillorum et viduarum et poſſeſſionum ad ipſos pertinentium
„*saiſiendo*, (*) ſale et vino proborum hominum capiendo, in poſſeſſionibus ſine libe-
„rorum procreatione decedentium occupandis; etiam aliis violentis eiusmodi impe-
„dimentis, quae apud Oleronem a Principibus olim ſolebant fieri, nullam vim vel
„moleſtiam deinceps inferemus nec inferri ab aliquo permittemus: ſaluis tamen et re-
„tentis iuſtis conſuetudinibus et ſeruitiis noſtris, quae apud Oleronem praedeceſſori-
„bus noſtris et mihi ratione Dominii conſueuerunt. Volo autem et ſtatuo, vt hoc
„priuilegium cum aſſenſu et voluntate Domini Regis *auunculi mei* factum, vniuerſis ho-
„minibus de Olerone et eorum heredibus, ſicut ſuperius eſt adnotatum, illaeſum et
„inconcuſſum perpetualiter obſeruetur. nec vlli hominum liceat illud infringere vel ei
„auſu temerario derogare. Quod vtique priuilegium vt perpetuum robur et auctori-
„tatem obtineat, ego Sigilli mei impreſſione feci has literas inſigniri, Teſtibus Do-
„mino Gaufrido Comite Perticeñ, Girardo de Furnvall, Iohanne de Stagno, Gaufri-
„do de Cell. tunc Seneſcallo Pictauiae et Vaſconiae, Petro Libertini Lanuo, Ogerio
„Soroneco Praepoſito Moſterolii et multis aliis.

„Anno incarnati verbi M°. C°. LXXXX°. VIII°. XIX die Decembris, apud „Benaon."

In anno videtur ineſſe naeuus. Tunc enim Otto fuit in Germania, quum hoc diploma dicitur datum. Henricus, Rex Angliae, Aquitaniam acceperat ex matre *Alienora.* (m) Richardus, huius filius, Ottoni decreuit omnia cimelia. (n) Quomodo autem Aquitaniam ab Ottone acceperit Iohannes, Richardi ſucceſſor et frater, obſcurum eſt. Fama eſt, (o) eam ab Ottone huic fuiſſe venditam, vt Electoribus munera penſitaret pro ſuffragiis conceſſis. Ex Hovedeno adparet, oppignoratam modo fuiſſe; at eam Iohannem noluiſſe reddere. Adparebit enim ex dicendis, ſummas argenti grandes Ottoni IV ex Anglia fuiſſe ſubmiſſas.

## §. II.

Quantula ei hereditas obtigerit e poſſeſſionibus paternis, ſupra expoſuiſſe me memini. (p) Quantum ipſi acceſſerit ex partitione Paderbornenſi a. 1203, ante memoraui. (q) Falluntur, qui *Gandershemium* ditioni eius tribuunt, quod omnino tunc Abbatiſſae adhuc parebat. Diplomata eius nonnulla alibi ſunt partim producta, partim adducta. Richardi mater *Alienora*, ſi Alberico credimus, (r) tradidit Hugoni cuidam Comitatum Marchae Pictauienſis, defuncto Richardo. Sic Comitatus ille a domo Brunſuicenſi fuit rurſum diuulſus.

## §. III.

Deceſſerat Henricus VI ex vita a. 1197 menſe Septembri exeunte in vrbe Meſſanae. Haud procul erat Philippus frater. Hic illico inſignia imperii cuſtodienda accepit

(i) *GERVASIVS Tilberienſis* Decis. II. otiorum imperialium c. XVI. p. 931.
(k) To. I. Actorum Anglicanorum c. LIV. p. 140.
(l) In *Introd. ad To. III. ſcriptor. Brunsuic.* n. XXXIX. p. 30.
(*) *Saiſir*, comprehendere, arripere. *Droit de ſaiſine*, clientelare vectigal inductionis in poſſeſſionem.
(m) *GVILIELMVS NANGIVS* ad a. 1152.
(n) *HOVEDENVS* p. 880.
(o) *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 140. To. II. Leibn.
(p) *Sect.* IV. §. 4.
(q) *Sect.* IV. §. 6.
(r) P. II. Chron. ad a. 1199. p. 416. ſq. *Regina Alienordis vitam ſuam ita correxit, quod in bono ſtatu tandem finiuit. Hugo vero prudens inſidiis eam cepit et ad hoc eam compulit, quod ipſa quitauit ei Comitatum de Marcha Pictauiae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cepit et a Monte Flaſcone in Germaniam feſtinauit. Natalem Domini Hagenoae celebrauit neruisque omnibus intenſis dignitatem regiam adſequi conatus eſt. Probatum vero principibus Germaniae, expeditioni Palaeſtinae intentis, et nonnullis aliis conſilium, demandandi tutelam Friderici II Philippo patruo. Licet Philippus promte hanc conditionem accepturus eſſet; tamen artibus Innocentii III ac diſſenſionibus Principum tribuendum eſt, quod, Friderici II rationem habere ſeriam, nullus tentauerit. Ingratus videbatur Pontifici Romano Imperator is, a quo cingi et impediri poſſet. Senſim enim alebantur Romae conſilia, enitendum eſſe, vt regnum Italiae et in primis Neapolitanum penderet ex beneficio ſupremi Pontificis. Hiſce deſtinationibus infringendis familia Stauffenſis in primis erat idonea. Hinc illae lacrymae. Competitores diadematis Imperialis erant Philippus, Dux Sueuiae, Thuſciae et Campaniae, Henrici VI frater, Bernhardus Dux Saxoniae, et Bertoldus Dux Zeringiae. Archiepiſcopus Colonienſis ac Trevirenſis Bertoldo erant propenſiores. Saxones contra eum faſtidiebant. Quare vterque Archiepiſcoporum in comitiis Colonienſibus a. 1198 dominica *Oculi* Philippum, quem iam adminiſtratorem imperii ſtatuerant, Regem denominant. Pauci principum eodem conuenerant. Reliqui quisque pro ſeſe et finitimis de electione Regis deliberabant Hagenoae, Arnſtadii, Mulhuſae, Erfurti, Ichtershuſae in Thuringia, Moguntiae ac Noribergae. Saxones Erfurto miſerant ad vtrumque Archiepiſcopum Hermannum, Epiſcopum Monaſterienſem, ne, abſentibus principibus reliquis, electionis negotium tractaretur. Sed res non amplius erat integra. Quare Principes, ſibi iura eligendi ſubripi, conquerentes, conuenerunt Andernaci et Coloniae, ea quidem mente, vt Bertoldo diadema ſtuderent imponere. Memorabilis eſt Ducis huius auaritia, quippe qui ſpes ſuas Philippo marcis 11000 vendiderat. Credo tamen, Duci iamtum tantidem ſuas ſpes conſtitiſſe. Philippus ipſe, Rex poſtea, Innocentium III certiorem facit de eo, quod Bertholdus *plusquam ſex millia marcarum* ad electionem ſui ſubleuandam expenderit. (a) Inde factum, vt Bertholdo haud ſecus ac Philippo plerique ſuccenſerent. Archiepiſcopus itaque Colonienſis cum nonnullis Principum Ottonem, Brunsuicenſem Ducem, Comitem Pictauiae, elegerunt. (b) Archiepiſcopus ille Adolfus, Bernhardus Epiſcopus Paderbornenſis, Thiedmarus Mindenſis, Witichindus Abbas Corbeienſis, Conradus Abbas Tudenſis, Eribertus Abbas Werdenſis, Henricus Dux Lotharingiae Brabantiaeque ac Henricus Comes de *Kuke*, qui Ottonem praecipue elegerant, ſtatim ad Pontificem de electione et inauguratione eius accurate ſcripſerunt, ſignificantes Ottonem ceſſiſſe *iuri exuuiarum* in bona mobilia defunctorum Epiſcoporum vel Abbatum Principum. Litteras ipſas Principum conſeruauit Cardinalis Caeſar Baronius, ex quo easdem repetierunt Meibomius, (c) Schatenius, (d) Rymerus. (e) Suboluerat Philippo, Adolphum Colonienſem calculos reducturum. Quam ob rem Attalicis conditionibus eum flectere conabatur. Sed fruſtra. Philippus animum nihiloſecius confirmauit reliquisque Principibus lautiſſima miſit munera, vrbes regias in fidem ſuſcepit, obedientiae iusiurandum a ſingulis Principibus (f) ſibi fieri poſtulauit. Moguntiae conſecrationem Philippo impertiuit Archiepiſcopus Tarantaſienſis, Epiſcopo Sutrienſi duntaxat praeſente. (g) Aquisgranum petere moliebatur recepturus diadema. Obſiſtebant ei, qui Adolfo ac Ottoni ſtudebant. (h) Inſulſum videbatur Epiſcopis Germanicis, Philippum loco alieno a ſacerdote extraneo coronam indeptum. Sed Philippus, opinione Cleri Germanici neglecta, nomen vſurpabat regium et a. 1198 Wormatiae dominica *Quaſimodogeniti* coronatus in publicum prodibat. (i) Colonienſis vero aliique principes Emichonem, Comitem Leiningenſem, et Albertum, Comitem Dachsburgenſem, Philippo dudum inimicum, ad Ottonem miſerunt, vt repente, Pictauia omiſſa, in Germaniam properaret.

(a) In epiſtola ad Innocentium III. n. 136. *Regiſtri de negotio Imperii* p. 747.
(b) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 307. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 1. 2. p. 710. ſqq. *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1198. p. 66. aliique.
(c) In *Apologia pro Ottone* IV. p. 119. ſq. To. III. rer. Germ.
(d) *Annal. Paderborn.* P. I. L. IX. p. 917.
(e) To. I. *Actorum Publicorum Anglicanorum* p. 106.
(f) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1198. p. 264.
(g) *INNOCENTIVS* III. L. II. *Epiſtol.* n. 293. p. 535. *in regiſtro de negotio imperii* n. 74. p. 723. n. 80. p. 725. *TARENTINVM dominum* ſcripſit *ARNOLDVS Lubecenſis* loco *Tarentiſini* L. VI. c. 2. p. 711.
(h) *PHILIPPVS* in epiſtola ad Innocentium III in *regiſtro de negotio imperii* n. 136. p. 747.
(i) *GODEFRIDVS Colonienſis* a. 1198. p. 264.

raret. (k) Indulſit monitorum precibus Otto, et a. 1198 circa Quadrageſimalis ieiunii initium Leodium venit. (l) In primis curae ipſi erat Aquisgrani poſſeſſio. Tenebant illam vrbem Walramus, Henrici Comitis Limburgenſis filius, ac Henricus, dapifer et Comes Waldburgenſis, praeſidio firmiſſimo, quos Philippus, qui prior vrbem obtinuerat, ſibi ducebat fidiſſimos. (m) Magno impendio et labore ſtetit obſidio (n) ac aegre impetrata, hebdomadibus ſex elapſis, expugnatio. (o) Diadema ibi Ottoni impoſitum, ſolemniſſima Pentecoſtes die, ab Adolfo, Archiepiſcopo Colonienſi. (p) Conſentire videbantur proceres imperii a Reno ad Cameracum vsque. (q) A Philippo ſtabat Philippus Auguſtus, Rex Galliarum; (r) Ottonem ardentiſſimo conatu ſubleuabat Angliae Rex Richardus, (s) vna cum Innocentio III Pontifice Romano, (t) qui vitio vertit Philippo, quod a fulmine eccleſiaſtico nondum ſit abſolutus, (u) quod loco alieno ab extraneo fuerit conſecratus, (x) et regnum Germaniae ſuam exiſtimet hereditatem. (y) Henricus, Comes Palatinus ad Renum, frater Ottonis, inter haec nihil in ſua diligentia deſiderari paſſus eſt, vt Philippus neruos incideret. Obiit anno 1199 Rex Angliae Richardus, octauo Idus Aprilis. (z) Iohannes, qui ei ſucceſſit, ab Ottone tegendo fuit alienus. Licet enim Otto nil feciſſet reliqui, vt Iohannem ſibi retineret fauentem; (aa) tamen artes Philippi, Regis Galliarum, fuerunt longe efficaciores ad animum Iohannis conſtringendum et ab Ottone retrahendum. Hinc in partes et apertas diſſenſiones diſceſſum, quae conflictus et bellorum flammas excitarunt. Antequam vero calamitates illarum controuerſiarum et concertationum exponere aggredior, operae pretium videtur inquirere in teſtimonia quaedam *Rogerii Hovedeni*, (bb) et *Burtonenſium* ex Hovedeno heic fluentium *Annalium*. (cc) Vtrobique enim legitur, nuncios ab Archiepiſcopis, Colonienſi et Moguntino, ac aliis Germaniae proceribus circa natalem Domini a. 1198 Rothomagum veniſſe in Normanniam ad Richardum, Angliae Regem, vt ei nuntiarent, octauo Calendas Martii comitia Coloniae coactum iri, in quibus de eligendo Rege nouo ſit tractandum. Verba iam ipſa ſubiungere placet, quibus inaudita alias conſuetudo ediſſeritur. En illa: *Et praeceperunt ei in vi ſacramenti et fidei, quibus aſtringebatur Imperatori et Imperio Romano, quod, omni contradictione et occaſione remota, veniret Coloniam ad praenominatum terminum, vt ipſe, ſicut praecipuum membrum Imperii, eſſet ſimul cum illis ad eligendum Imperio idoneum, Deo auxiliante, Imperatorem. Quibus auditis, Richardus Rex Angliae, habito cum ſuis conſilio, miſit cum praedictis nunciis Alemannorum Philippum Dunelmenſem Epiſcopum et Euſtochium Elienſem electum et Willielmum de Chimeli Andegauenſem electum, et Ebroicenſem electum et Balduinum de Betun, Comitem Albemarliae et Willielmum de Partellis, et Willielmum de Leſtang, et Bricium Camerarium, vt ipſi intereſſent electioni Imperatoris loco ipſius.* Et poſt pauca: *Ipſe vero Rex Angliae modis omnibus nitebatur efficere, quod Henricus, Dux Saxoniae, nepos eius, fieret Imperator. Sed quia ipſe nondum de peregrinatione ſua redierat, et mora ad ſe periculum trahebat, praefatus Rex Angliae effecit aduerſus Archiepiſcopos, Colonienſem et Maguntinum, et aduerſus quosdam aliorum*

*magnatum*

(k) *VRSPERGENSIS* p. 307. *OTTO* de S. *BLASIO* c. 46. p. 223.
(l) *ALBERICVS* P. II. Chronici a. 1198. p. 414. *Otto Comes Pictauorum Leodium venit in quadrageſima huius anni.*
(m) *VRSPERGENSIS* p. 308. *GODEFRIDVS Colonienſis* a. 1198. p. 264.
(n) *ARNOLDVS* Lubecenſis L. VI. c. 1. p. 710.
(o) *AVCTARIVM Aquicinctinum* a. 1198. p. 257. ſqq.
(p) *ALBERICVS* ad a. 1198. p. 414. *GODEFRIDVS* l. c. *VRSPERGENSIS* l. c. *ALBERTVS Stadenſis* p. 200. b. ad e. a.
(q) *GODEFRIDVS* l. c. p. 265. *AVCTOR geſtorum Innocentii* III. §. XXII. p. 6.
(r) *GERVASIVS Tilberienſis* deciſ. II. otiorum imperial. c. 19. p. 943. *LEIBNITII* Codex iuris gentium diplomaticus P. I. p. 6. 7.
(s) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 1. p. 710. *ROBERTVS de Monte* ad a. 1198. p. 939. To. I. Piſtor. *ALBERTVS Stadenſis* l. c.
(t) *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 141. To. II. Leibn. *HOVEDENVS* p. 880. To. I. Leibn. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 4. p. 728.
(u) *INNOCENTIVS* III. in *epiſt. ad Alexium Conſtantinopolitan. Imperatorem* To. I. Epiſt. L. V. n. 122. p. 673.
(x) *INNOCENTIVS* III in *epiſtola ad eccleſiaſticos et ſaeculares principes Alemanniae* n 21. p. 695.
(y) *INNOCENTIVS* l. c.
(z) *ROBERTVS de Monte* ad a. 1199. p. 939.
(aa) *HOVEDENVS* p. 880.
(bb) Pag. 775. 776. edit. ſeparat.
(cc) Ad a. 1198. p. 254. ſq.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*magnatum Alemanniae, quod ipſi elegerunt Othonem nepotem ſuum, fratrem praedicti Henrici Ducis Saxoniae in Imperatorem. Eſt autem ſciendum, quod in electione Romanorum Imperatoris taliter procedendum eſt. Defuncto Imperatore, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites, et omnes caeteri Magnates Alemanniae, in vnum conuenientes, debent duodecim viros eligere communiter et eos praeſentare Archiepiſcopo Colonienſi et Archiepiſcopo Maguntino, et Duci de Saxonia, et Comiti Palatino de Reno, et quemcunque illi quatuor elegerint de praedictis duodecim electis, erit Rex Alemannorum, et coronabitur apud Hays Capellam,* (dd) *vbi Carolus Magnus ſepultus requieſcit.* Regem Angliae tunc Imperatoris fuiſſe ſubiectum ditioni, nemo facile dicere ſuſtinebit. De nexu eiusmodi in compactis Henrici VI ac Richardi (ee) nihil occurrit. Suſpicor proinde, Regem Angliae dici *membrum imperii*, quatenus *imperium* denotat ſummam auctoritatem defendendi eccleſiam ab infidelium hoſtiumque inſultibus. Haec vtique fuit connexa cum regno Germaniae. Principes enim creabant *Regem Romanorum*, *aduocatum eccleſiae*, quem adpellare ſolebant *electum Romanorum Imperatorem.* (ff) Quae de Archiepiſcopo Moguntino heic habentur, pro veris non (gg) habeo. Inſunt exterorum narrationi praeterea, quae limam merentur.

## §. IV.

Itali interea nec Philippo nec Ottoni adhaerebant, pendentes ex ancipiti fortunae mutatione. Conabatur quidem Innocentius III animos Italorum a Philippo abalienare et Ottoni adfigere. Sed Mediolanenſes aliique tributa regia ſoluebant neutri vsque ad annum 1209. (a) In Germania nonniſi vaſtationes et tumultus bellici aures circumſonabant. Philippus, in primis Archiepiſcopatum Colonienſem ruinae cladique expoſiturus, per Walramum Ducem, Philippum Galliae Regem, et Odoacrum ſeu Ottocarum Regem Bohemorum Bonnam, Andernacum et alia loca expugnauit. (b) Otto vadum Moſellae occupauerat, vt tueretur Archiepiſcopum. Sed, a Rege Bohemorum (c) pulſus, gradum retulit in Saxoniam, vt Goslariam et loca vicina praeriperet (d) fratrumque patrimonia tegeret. Inſtitit fugienti Philippus, non committens, vt Goslaria ſibi adimeretur. (e) Admouit inde exercitum Brunsuico, anno 1199 ineunte, militumque nonnulli, irruptione circa monaſterium S. Aegidii per muros facta, vrbem ingreſſi pontem occuparunt. Verum Henricus, Comes Palatinus, vrbem acerrime defendit, et irrumpere molitos repulit. (f) Anno eodem Otto deſponſat ſibi Mariam, filiam Ducis Brabantiae et accedit *Bobardium*, in ſpem inductus, fore, vt Principes circumvicinorum tractuum ſecum validiori conſenſione conſpirarent. Sed, irrita ſpe eluſus, et a commeatu minus inſtructus, receſſit. (g) Haeſerat Philippus denuo in veſtigiis Ottonis, et, ſuperato Moſella, Archiepiſcopatum Colonienſem incendiis ac populationibus adflixerat. Opportune obuiam ei venit Henricus, Dux Brabantiae, cum copiis numeroſiſſimis Comitibusque vicinis. Quorum impetu vix tentato, Philippus refugit (h) et receptui cecinit. Coierunt paullo poſt Philippus, Ottocarus et Hermannus, Thuringiae Landgrauius, Fuldae, vt conſilia contra Ottonem eiusque adiutores inirent. (i) Abfuerat huc vsque Conradus, Archiepiſcopus Moguntinus, occupatus expeditione Palaeſtina. Tandem aliquando iam per Italiam ad patrios rediit lares. (k) Acceſſit cum eo Bonifacius, Marchio Montisferrati, partim vt concordiam Philippum

(dd) *Aix la chapelle*, Aquisgranum, Aken.
(ee) Apud *HOVEDENVM* p. 878. ſq. To. I. Leibn.
(ff) Hanc adpellationem honorificam tribuit Gregorius III Papa Henrico VI Regi a. 1187. *LEIBNITII Cod. Iuris gent. diplom. Prodrom.* p. 4.
(gg) Aberat enim ille, intentus adhuc itineri Hieroſolymitano.
(a) *GODOFREDVS Colonienſis* ad e. a. p. 279.
(b) *CAESARIVS Heiſterbacenſis* L. I. miraculorum illuſtrium et hiſtoriarum memorabilium c. XVII. p. 18. L. V. c. XXXVII. p. 309. *ARNOLDVS Lubecenſis* Chron. L. VI. c. 2. p. 711. *VRSPERGENSIS* p. 312.
(c) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1198. p. 66. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad e. a. p. 264. ſqq.
(d) *GODEFRIDVS* ad e. a. p. 265.
(e) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. II. p. 199. ad a. 1198.
(f) *ARNOLDVS Lubecenſis* l. c. c. 4. p. 712. *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 141.
(g) *GODEFREDVS Colonienſis* l. c.
(h) - - - - - idem l. c.
(i) *CORNELIVS* in *breuiario Fuldenſi* in Vita Henrici III Abbatis n. XLI. p. 436.
(k) *CONRADVS Epiſcopus* in *Chronico rerum Moguntiacarum* p. 574. *AVCTOR geſtorum Innocentii* III. §. 23. p. 7. *TRITHEMIVS* in *Chron. Hirſaug.* a. 1200. p. 497.

pum inter et Ottonem firmaret per quinquennium, aut alter iure ſuo quaeſito cederet. Idem conſilium Conradus ſuo adſenſu ſtabiliuit. (l) Bonifacius erat Alexii adfinis. Nam ex ſorore ſua Iſaacius Angelus, Imperator Conſtantinopolitanus, Alexium filium, tum exſulantem, progenuerat. Nauauit proinde operam Bonifacius, vt Alexius Conſtantinopolin ſubſidio Philippi reduceretur. (m) Philippus vxorem duxerat Irenen, Iſaacii Angeli Imperatoris Conſtantinopolitani ex prima coniuge vxorem, (n) quae a. 1208 (o) obiit, ſepulta (p) in monaſterio Loricenſi. Quantum ad concordiam illam firmandam adtinet, Conradus nulli labori pepercit, vt diſſentientem Germaniam optimis conſiliis pacaret. Dictus eſt dies XXXI Iulii, quo Principes inter Andernacum et Confluentiam ad Renum conuenirent. Induciae ibi ſunt factae Philippum inter et Ottonem vsque ad proximam S. Martini diem. Principes autem diſſentientes eo adduci non potuerunt, vt induciis ipſi quoque imminuerent odia. (q) Paullo poſt exſpirauit Conradus Archiepiſcopus pacificator, (q) qui aptus erat ad quietem, ſi vixiſſet, reducendam. Quo defuncto Archiepiſcopatus Moguntinus conuerſus eſt in pomum Eridis. Capitulares enim Moguntini diſſidebant de eligendo nouo Archiepiſcopo. Plerique eorum ſuffragiis ſuis deſignabant *Leopoldum*, Epiſcopum Wormatienſem, ad ferociam et infelices conatus proiectum, qui *PHILIPPO* dabat fidem de praeſtanda obedientia et ab eo regalia iura recipiebat. (s) Nonnulli eligebant *Sigfridum*, Praepoſitum, quem Bingae Archiepiſcopum ſuum eſſe proclamabant. Hunc *OTTO* confirmabat et regalium iure inſtruebat. (t) Hiſce diſcordiis commotus Pontifex Maximus Innocentius III in Germaniam miſit *Guidonem*, curiae ſuae purpuratum, Epiſcopum Praeneſtinum, qui anno 1201 tanquam *Legatus a latere* aduenit. (u) Papa fauebat (x) Ottoni, quippe impotentiori, et ſacerdotum effuſo, neceſſitate ſic ferente, admiratori. Sigfridus proinde, a Guidone confirmatus et initiatus, pallium obtinuit. (y) At contra Leopoldum grauis lata eſt Romae ſententia. (z) Guido inde progreſſus, eodem anno *OTTONEM* Coloniae, (aa) Corbeiae, (bb) et ſequente Traiecti ad Moſam (cc) publica declaratione *Regem* renuntiauit. Dici non poteſt, quantopere Innocentius III fuerit laetatus de ſua auctoritate, cui ſenſim diuina et humana per Germaniam erat ſubiecturus. Epiſcopus Hildeſienſis Philippi partes exiſtimauerat potiores. Quam occaſionem *Mathildis* I, Abbatiſſa Gandersheimenſis, feruide ac opportune in rem ſuam vertit, ac, per Ottonem Guidoni commendatus, ſuis coenobiis exemtionem eccleſiaſticam, a iuriſdictione Epiſcoporum Hildeshemenſi liberatam, vindicauit. Coeperunt nunc Epiſcopi Hildeſienſis iure armorum vti, quod antea per Ducum Saxoniae potentiam adhibere non licuit. Creuit inter haec Ottoni animus auſo Wirciburgum vsque

(l) *CONRADVS* idem in *Chronico* laudato l. c. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1199. p. 266.
(m) *AVCTOR geſtorum Innocentii* §. 83. p. 44.
(n) *OTTO de S. Blaſio* c. 41. ad a. 1195. c. 43. ad a. 1196. *VRSPERGENSIS* ad a. 1195. *DIPLOMA PHILIPPI* in Lunigii ſpecilegio eccleſiaſtico P. III. p. 749. *DV CANGE* in libro de *Famil. Aug. Byzant.* ſect. XXXII. n. IV. p. 204.
(o) *ALBERICVS* P. II. Chron. ad a. 1208. p. 447.
(p) *FRAGMENTVM Hiſtoricum* apud Vrſtiſium T. II. ad a. 1208. p. 87.
(q) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1200. p. 267. *OTTO* IV in *epiſtola ad Innocentium* III n. XX. *regiſtri de negotio Imperii* p. 694. *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1200. p. 399.
(r) *CHRONICON Auguſtenſe* ad a. 1200. p. 365. *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 298. *CONRADVS* Epiſcopus in *Chronico rerum Moguntinarum* p. 574. To. I. Vrſtiſii.
(s) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 3. p. 711. *GODEFRIDVS* laudatus l. c. *CAESARIVS Heiſterbacenſis* L. II. c. 9. p. 66. *PHILIPPVS* in *litteris ad Innocentium* III. n. 136. *regiſtri de negotio Imperii* p. 747.
(t) *CONRADVS* Epiſcopus l. c. *SIGFRIDVS* Presbyter L. II. ad a. 1200. p. 694. *ALBERICVS* P. II. Chron. ad a. 1202. p. 428.
(u) *INNOCENTIVS* III in *epiſtola ad Colonienſem Archiepiſcopum et ſuffraganeos* n. XXX. *regiſtri de negotio Imperii* p. 701. *ALBERICVS* a. 1200. p. 419.
(x) *IDEM* in *epiſtola ad Ottonem* n. XXXII. *regiſtri* p. 702. n. XXXIV. p. 705. XXXV. XXXVI. p. 706.
(y) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1201. p. 267. *SIGFRIDVS Presbyter* l. c. *INNOCENTIVS* III. in *epiſtola ad Guidonem Praeneſtinum* n. LVI. regiſtri p. 713.
(z) *INNOCENTIVS* L. V. Epiſt. n. XIV. p. 616 – 619.
(aa) *GODEFRIDVS* l. c. *GVIDO Praeneſtinus* in *litteris ad Innocentium* III. n. 52. p. 710.
(bb) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1201. p. 399. *GVIDO* l. c.
(cc) *GODEFRIDVS* ad a. 1202. p. 268.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vsque cum manu valida adverſus Philippum procurrere. (dd) Quo minus tamen votis damnari poſſet, prohibuerunt controuerſiae incommodae cum Archiepiſcopo Colonienſi, Adolfo, a.1202. exortae ſuper teloniis, moneta et grauioribus vectigalium exactionibus, praecipue ab eis, qui commerciis commeabant. (ee) Quamuis enim Guido qualemcunque reſtitueret concordiam et Papa ipſe Adolfum ad conſtantiam priorem tuendam exhortaretur; (ff) tamen benevolentia effuſa, ſemel in diſcrimen vocata, cicatricem non potuit exuere. Deerant ad haec numi. Richardus, Galli victor, anno 1199. octauo Idus Aprilis diem obierat ſupremum. (gg) Iohannes, frater et ſucceſſor, initio tentabat Ottonem ſubleuare et ipſi per mercatores Placentinos bis mille, centum et viginti marcas argenti ad Romanam curiam excitandam transmittebat. (hh) At a Gallo vndique preſſus, pacem a. 1200 menſe Majo alia ratione non potuit parare, niſi promiſiſſet, ſe nepoti Ottoni nec numis nec militibus nec conſiliis adiumento futurum. (ii) Nolebat enim Philippus, Rex Galliarum, vt Imperator Germanicus exſiſteret, qui poſſeſſiones in media Gallia teneret vel recuperare conaretur. Non ſatisfecerat Philippus pacis initae conditionibus. (kk) Verum adtenuatus Iohannis rerum ſtatus vix permittebat, vt maius ferret nepoti adiumentum et ſubſidium, quam pecuniarum, quod ab eccleſiaſticis viris Londinum deportabatur. (ll) Praeterea litteras miſit ad Colonienſes, agens gratias, quod Ottoni, ſuo nepoti dicto eſſent audientes. (mm) Legauerat Richardus Ottoni inſignem pecuniae ſummam in teſtamento. Quam vt Iohannes exſolueret, Innocentius III Pontifex omnes contendit (nn) neruos. An illam Rex Iohannes ſoluerit, anceps haereo. Iohannes certe a. 1209. ad Principes Germanicos (oo) ſcripſit: *Volumus vos non latere, quod ex eo, quod regendum regnum ſuſcepimus et poteſtatem habuimus, multoties Ottoni etiam ad grauamen noſtrum ſubuenimus, eius plurimum deſiderantes ſublimationem, et iam tempus eſſet, quod id nobiſ remuneraret.* Anno 1203 Otto Dux Burgundiae, Herueus Comes Niuernenſis et Rudolfus Comes Sueſſionenſis Regi Philippo ſuadent, ne ad pacem vel inducias cum Rege Angliae Iohanne ſeſe a Papa aut Cardinalibus cogi patiatur, ſed ab ipſis auxilia exſpectet. (pp) Anno 1214 induciae quinquennales inter Philippum et Iohannem firmantur, comprehenſis, ſi voluerint Ottone IV et Friderico II. (qq) Sed redeundum eſt ad ea, quae praeceſſerunt. Anno 1203 Philippus, Rex Romanorum, Hermannum, Thuringiae Landgrauium, infeſtauit, eo quod Sigfridum Moguntinum immiſerat in bona Moguntina, per Thuringiam ſita, (rr) et ab Ottone Nordhuſam ac Mulhuſium in beneficium ſuſceperat. Erat Hermannus Philippo conſanguinitate coniunctus, vti docet tabula ſubiecta:

Fride-

(dd) *GODEFRIDVS* ad a. 1201. *CAESARIS Heiſterbacenſis* L. X, *illuſtrium miraculorum et hiſtoriarum memorabilium* c. 20. p. 613.
(ee) *GODEFRIDVS* idem ad a. 1202. p. 268.
(ff) *INNOCENTIVS* III. n. LV. *regiſtri* p. 711. ſq.
(gg) *CHRONICON Dolenſe* ad a. 1196. p. 317. To. I. *Bibliothecae MStorum Labbei, MATTHAEVS PARIS* e. a. p. 137.
(hh) *IOANNIS REGIS litterae ad Mercatores Placentinos* To. I. *RYMERI* p. 115.
(ii) *DOCVMENTVM* pacis exhibet idem *RYMERVS* p. 117. 118. ſq. nec non G. G. *LEIBNITIVS* P. I. *Codicis Iur. gentium diplomatici* p. 7. 8.
(kk) *IOANNIS Regis litterae* apud *RYMERVM* To. I. Act. publ. p. 123.
(ll) *IOANNIS Epiſtola ad Clerum* p. 130. l. c.
(mm) Ibidem apud *RYMERVM* To. I. p. 133.
(nn) *INNOCENTIVS* III. n. XLIX. *regiſtri de negotio Imperii* p. 710. n. LXIX. p. 720. n. CXXIX. p. 745. n. CXXXII. p. 745.
(oo) Apud *RYMERVM* To. I. *Act. publ.* p. 154.
(pp) Apud G. G. *LEIBNITIVM Cod. iuris gentium diplomatici* P. I. p. 9.
(qq) Ibidem p. 9. ſq.
(rr) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 5. p. 713. *VRSPERGENSIS* p. 308.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Fridericus* II Monoculus, 1090. Dux Sueuiae a. 1105. † 1147. Vxor poſterior *Agnes*, filia Comitis de Sarbruck (ss) Friderici.

| | 2. | 2. |
| --- | --- | --- |
| *FRIDERICVS Barbaroſſa* ex priori vxore. | *CONRADVS* natus 1127. Comes Palatinus Reni a. 1156. † 1195. 8 Nou. Vx. Irmengardis, filia Bertholdi C. Hennebergici † 1197. | *CLARITIA* ſeu *Iuditha*, vxor Ludouici Ferrei Landgr. Thuringiae 1140 † 1172 ſepulta in coenobio Reinhardsbronnenſi. (tt) |
| *PHILIPPVS.* | *AGNESA*, vxor Henrici, Ducis Saxoniae, qui erat frater Ottonis IV. | *HERMANNVS* Comes Palatinus Saxoniae et Landgrauius Thuringiae † 1215. ſepultus Iſenaci in coenobio S. Catherinae. Vx. 1) *Sophia*, filia Palatini Comitis Saxoniae † 1095. 2) *Sophia*, filia Ottonis C. de Wittelspach. |

Sed Henricus, Comes Palatinus Reni, Dux Saxoniae et frater Ottonis IV, erat adfinis Hermanni ſatis propinquus. Vtilitas priuata potiſſimum, credo, animauerat Hermannum in Philippum. Quid enim vtilius erat, quam duas imperii adquirere ciuitates opulentas ac amplas? Repudiauerat paullo ante Rex Bohemiae Ottocarus vxorem ſuam aliamque ei ſurrogarat ex Hungaria ductam. Theodoricus igitur, Marchio Miſnenſis, repudiatae frater, perinde atque Dux Bernhardus, familiares Philippi, ad iram permoti, Philippum impulerant, vt regnum Bohemiae Ottocaro adimendum ac puero Theobaldo decernendum ſtatuiſſet. (uu) Hac de cauſſa ad partes Ottonis ſeſe adgregauit Ottocarus, et Hermanno iuit ſuppetias, eo quidem euentu, vt Philippus, circa Erfurtum ſaeuitiae ſpargens veſtigia, intra Erfurtum compelleretur, et, ni occultae fugae ſeſe mandaſſet, periculum obſidionis ferendae adiret. (xx) Contentus iam Philippus euaſiſſe in Sueuiam, (yy) impedire non potuit, quin Ottocarus ab Ottone vexillum et diadema acciperet, et Hermannus denuo iureiurando clientelari ſeſe deuinciret. (zz) Quare noua confixit conſilia. Promiſſis ingentibus et hiatu maximo ſollicitauit animum Innocentii III, pollicitus, vt ab Ottone eum retraheret, quaeuis curiae Romanae gratiſſima, verbi cauſſa, expeditionem ſacram in Orientem, reſtitutionem bonorum Romanae eccleſiae ſubtractorum, reſignationem iuris regalium, compoſitionem amicam eccleſiae orientalis Graecaeve cum Latina, proſcriptionem omnium a communione eccleſiaſtica ſegregatorum, nuptias filiae cum Pontificis nepote contrahendas. (aa) Exiſtimauit enim, Innocentium III vtilitatibus et honoribus capi potius, quam omnibus ſacrarum litterarum dictis. Verum enim vero Innocentius ſtabat vt Marpeſia cautes, fidemque ſemel datam violare nefas eſſe putabat. Quum igitur Phi-

(ss) *OTTO Friſingenſis* L. I. *de geſtis Friderici* l. c. 21. p. 418. *CONRADVS Vrſpergenſis* ad a. 1152. p. 283. *ALBERICVS* ad a. 1193. p. 491.

(tt) *HISTORIA Landgrauiorum Thuringiae* p. 958. To. I. Piſtor. *Iuditha* dicitur in diplomate ad a. 1191. apud *PAVLLINIVM* in *Annalibus Iſenacenſibus* §. 36. p. 31. Otto Friſingenſis habet *Claritiam*. *ECCARTVS* in *Hiſt. genealog. vet. Landgr. Thuring.* c. V. §. 8. p. 328. putat *Claritiam* ſcriptum eſſe pro *Clementia* i. e. *güte*, vnde nata ſit adpellatio *Iudithae*.

(uu) *ARNOLDVS Lubecenſis* l. c.

(xx) *ARNOLDVS* l. c. *GODEFREDVS Colonienſis* ad a. 1203. p. 268. *AVCTOR Anonymus hiſtoriae Landgrauiorum Thuringiae* c. XXXII. p. 921.

(yy) *INNOCENTIVS* III *in epiſtola ad principes et ciuitates Italiae* n. XCII. *regiſtri de negotio imperii* p. 731.

(zz) *GODEFREDVS* l. c. *INNOCENTIVS* l. c. p. 731. ſq.

(aa) *ODORICVS RAYNALDVS* To. III. *Annal. eccleſ.* ad a. 1203. n. 28. p. 93.

Philippus de rebus ſuis deſperaret, Ottonem ipſum tentauit et inducias circumſpexit, (bb) vt tempus, opinor, falleret et viribus nouis ſibi conſuleret. Interim Otto in eo erat adſiduus et multus, vt Goslariam a Philippo vel gratia vel acerbiori modo abalienaret. Quum vero Goslarienſes ſemper reſpuerunt ditionem Ducum Saxoniae et Brunsuicenſium, et propenſiores exſtitiſſent Philippo quam Ottoni; Otto caſtellum *Herlingsbergae*, in proximo e regione Finenburgi communiuit, (cc) vnde non minus quam ex Lichtenberga Goslariam fame et inopia commeatus vexabat. (dd) Abripiebantur in captiuitatem mercatores: deſtruebantur caſae metallifoſſorum: damnis vndique obruebatur Goslaria. (ee) Aduolauit a. 1204 Philippus, vt Goslariae ſuccurreret et Herlingsbergam ſolo aequaret. Sed, valida Ottonis manu, ad pugnam committendam, concurrere cupiente, eumque in finem adpropinquante, Philippus receſſit timidus magis quam ſtrenuus. (ff) *Guncelinus*, Ottonis dapifer, Goslariam ipſam primo impetu capit et diripit. (gg) Philippus vero, collecto magno Bauarorum, Sueuorum, Saxonum ac Soraborum exercitu, permagnam Thuringiae inludit multitudinem, quae meſſem corrumperet ferroque et igni omnia in vaſtitatem redigeret. (hh) Ipſe vrbem *Weiſſenſeae* ad ſex hebdomadas obſidione preſſit, non expugnauit. (ii) Hermannus, auxiliatoribus nudus, Philippique in fidem transgreſſus, obedientiam datis obſidibus promiſit. (kk) Ottocarus, duriora paſſus, dimidium regni vix retinuit, reliqua parte Theobaldo tradita. (ll) Otto obfirmabat inter haec animum vana ſpe, exiſtimans, fore, vt Principes Auſtriae, Bauariaeque cum Archiepiſcopo Salzburgenſi imperium Philippi detrectarent. (mm) Sed omnia alia et ea infauſtiſſima ingruebant. Henricus frater, vt in huius vita demonſtratum, ad Philippum deſciuit. (nn) Archiepiſcopus Colonienſis, Adolfus, vnicum fere Ottonis praeſidium coepit primo vacillare, (oo) tandem penitus deficere, illaqueatus et conſtrictus perſuaſione crebra et multiplici Epiſcoporum, Trevirenſis, Spirenſis, Conſtantienſis. (a) Sacerdos Bruno, qui Adolfo erat in deliciis, in primis tantae mutationis auctor exſtitit. (b) Adhortationes ſuas cum hiſce iunxit Wilhelmus, Comes Iuliacenſis. (c) Addidit Philippus ipſe munera, malorum irritamenta. (d) Hiſce cauſis vno tempore ſociatis tribuendum eſt, quod Adolfus ad Andernacum gratiam reconciliatae neceſſitudinis cum Philippo inierit (e) et ad annum 1204 cum Henrico Duce Brabantiae, elapſa Martini die, in oppido Confluentiae iureiurando fidelitatem vouerit. (f) Inſtitit occaſioni opportunae, Philippus, et in vrbe Aquisgrani, nunc recepta, ab Adolfo diadema regium et vnctionem in-

---

(bb) *LITTERAE OTTONIS ad Regem Angliae Iohannem* apud *RYMERVM* To. I. Act. publ. Angl. p. 133.

(cc) *CHRONICON Principum qui Goslariae egerunt* p. 428. T. III. Leibn. *BOTHO* ad a. 1204. p. 356. *Otto nam in de Hartesborch, vnde buwede den Herlingberch.* *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 5. p. 713. ſq. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1204. p. 274. *HEINECCIVS* in *Antiqq. Goslar.* L. II. a. 1201. p. 201.

(dd) *ARNOLDVS* l. c.

(ee) - - - - L. VI. c. 6. p. 714.

(ff) *GODEFRIDVS* l. c.

(gg) *ARNOLDVS* L. VI. c. 7. p. 714. *BOTHO* p. 356.

(hh) *AVCTOR Hiſtoriae Landgrauiorum Thuringiae* c. XXIII. p. 921. *SIGFRIDVS PRESBYTER* L. II. ad a. 1204. p. 694. *MONACHVS Erfurtenſis* in *additionibus ad Lambertum Schafnaburgenſem* a. 1204. p. 257.

(ii) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 308.

(kk) *MONACHVS Erfurtenſis* l. c. *GODEFRIDVS* l. c. *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1204. p. 75. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 8. p. 715.

(ll) *ARNOLDVS* l. c.

(mm) *OTTO* IV. *in epiſtola ad Innocentium* III. n. 106. *regiſtri de negotio Imperii* p. 735. ſq.

(nn) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VI. c. 6. p. 714. *CHRONICON montis ſereni* a. 1204. p. 76. *INNOCENTIVS* III. n. 120. *regiſtri de negotio imperii* p. 742. ſq.

(oo) *INNOCENTIVS* III in *epiſtola ad Colonienſem Archiepiſcopum* n. LXXX. *regiſtri de negotio imperii* p. 725.

(a) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1204. p. 274. ſq.

(b) *INNOCENTIVS* III *in epiſtola ad maiorem Decanum et praepoſitos duos Colonienſis* n. 123. l. c. p. 743.

(c) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 1. p. 726.

(d) *GODEFRIDVS* l. c.

(e) - - - - l. c. p. 275. *INNOCENTIVS* III in *epiſtola ad maiorem Decanum* l. c.

(f) - - - - l. c.

inaugualem ſuſcepit. (g) Hiſce quidem obuiam ire voluit Innocentius III, tum Adolfum ad priorem ſententiam retinendam adhortando, (h) tum Henricum Comitem Palatinum ad concordiam cum fratre ſeruandam blande reuocando; (i) ſed euentu irrito. Licet enin Pontifex Maximus Adolfum a communione fidelium ſegregaret (k) et per iudices ac cognitores cauſſae deſignatos ad 19 Iunii eum dignitate ſua exueret, atque Brunonem, interuentu electionis, loco eius reponeret; (l) Philippus tamen, vbique fortunam victoriis propitiam expertus, Coloniam miſeriis exquiſitiſſimis, vt Ottonem deficeret et ab eo deſciſceret, adficiebat, (m) Brunonem abripiebat captiuum (n) Wirciburgum, et Colonienſes, auctore Theodorico de Erinportze, in fidem recipiebat. (o) Otto, reſiſtere auſus cum copiis ex Anglia transmiſſis, iuxta Coloniam commiſſo praelio victus grauiterque vulneratus eſt, ac in Saxoniam ſeceſſit. (p) Colonia a Philippo, vti diximus, expugnatur, et in frenum prouinciae munimentum *Landescrona* (q) exſtruitur. Otto, rebus Brunsuici ſuis qualitercunque conſtitutis, in Angliam traiecit, vbi a Rege auunculo ſuo honorifice ſuſcipitur, et, paullulum detentus, 30000 marcis argenti, fortaſſis ex teſtamento Richardi, receptis, in Saxoniam redit. (r) Innocentius III, tandem Philippo factus amicior, promittenti nuptias filiae cum nepote Pontificis ineundas et in dotem daturo patrimonium Mathildinum. (s) Hinc Innocentius permotus eſt, vt Ottonem impelleret ad inducias pacemve cum Philippo conciliandas, (t) et Hugonem ac Leonem Cardinales a. 1207 menſe Nouembri in Germaniam (u) mitteret eo fine, qui ſimul Philippum a fulmine abſoluerent. (x) Hic Brunonem captiuum e cuſtodia ire permiſit, qui, Romam profectus, confirmationem obtinuit. (y) Adolfo decreti ſunt ad vitae tempus 400 marcae, ea lege, vt Brunoni ſeſe ſubmitteret. (z) Legati illi Cardinales, vna cum primoribus Germaniae, egerunt cum Philippo et Ottone, Auguſtae Vindelicorum, (aa) Spirae, (bb) Coloniae, (cc) Nordhuſae, Quedlinburgi et Herlingsbergae. (dd) Philippus ipſe et Otto adfuerunt Coloniae et Quedlinburgi (ee) ac coram de pacificatione tractarunt inuicem. Sed Otto iuribus ſuis noluit renuntiare, (ff) quamuis ipſi Ducatus Sueuicus aliaque bona Stauffenſia offerentur. (gg) Induciae fuerunt tamen ex compacto ſancitae ab a. 1207 dieque S. Iohannis ad annum proximum vsque. (hh) Redierunt, his ita geſtis, Cardinales in Italiam, redituri anno proximo, et noua mandata adlaturi. Induciae confirmabantur nouo matrimonio. Anno enim 1208 in feſto S. Martini Beatrix, maxima natu Philippi filia, Ottoni IV in co-

(g) *CHRONICON montis ſereni* a. 1205. p. 308. *ARNOLDVS* L. VII. c. 1. p. 741. ſq. c. 3. p. 727. *GODEFRIDVS* l. c. *INNOCENTIVS* III. n. 116. *regiſtri de negotio imperii* p. 741.

(h) *IDEM* n. 80. p. 725.

(i) In *epiſtola ad Henricum Palatinum* n. CXXI. p. 745.

(k) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 3. p. 726. ſqq. *REGISTRVM* de *negotio imperii* n. 116. p. 741; n. 118. p. 742.

(l) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1205. p. 257.

(m) - - - - l. c. *CAESARIVS Heiſterbacenſis* L. VI. c. 27. p. 366. L. XI. c. 52. p. 687.

(n) *ARNOLDVS* L. VII. c. 5. p. 729. *GODEFRIDVS* ad a. 1206. p. 276.

(o) *CAESARIVS Heiſterbacenſis* L. VI. c. 27. p. 366. *GODEFRIDVS* l. c. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1206. p. 299.

(p) *GODEFRIDVS* l. c. *ALBERICVS* ad a. 1206. p. 442. *ROBERTVS Antiſſiodorenſis* ad e. a. p. 101.

(q) - - - - l. c. *ALBERTVS* idem ad a. 1215. p. 301.

(r) *ROBERTVS de Monte* ad a. 1207. *GODEFRIDVS* l. c.

(s) *VRSPERGENSIS* p. 310.

(t) *INNOCENTIVS* III in *litteris ad Aquileienſem patriarcham* n. 137. p. 748. et n. 138. p. 748.

(u) *ARNOLDVS* L. VI. c. 6. p. 729. *INNOCENTIVS* III n. 141. p. 750.

(x) *INNOCENTIVS* III in *litteris ad Philippum* n. 143. p. 750.

(y) *ARNOLDVS* L. VII. c. 6. p. 729. *GODEFRIDVS* ad a. 1207. p. 277. *REGISTRVM de negotio imperii* p. 750.

(z) *GODEFRIDVS* ad a. 1208. p. 277. ſq. *INNOCENTIVS* III. To. II. *Epiſt.* L. XI. n. 88. p. 177. *ARNOLDVS* L. VII. c. 7. p. 730.

(aa) *GODEFRIDVS* ad a. 1207. p. 277.

(bb) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 310.

(cc) *OTTO de S. Blaſio* c. 48. p. 225.

(dd) *VRSPERGENSIS* l. c. *ARNOLDVS* L. VII. c. 6. p. 729. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1207. p. 299.

(ee) *OTTO de S. Blaſio* l. c. *ARNOLDVS* l. c. *REGISTRVM* de *negotio imperii* n. 142. p. 750.

(ff) *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 147. *ARNOLDVS* l. c. *ALBERTVS Stadenſis* l. c.

(gg) *OTTO de S. Blaſio* c. 48. p. 225.

(hh) *ALBERTVS Stadenſis* l. c. *REGISTRVM de negotio imperii* n. 142. p. 750. n. 152. p. 752. n. 146. p. 751.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

comitiis Francofurtenſibus fuit deſponſata. Dos praeſtituta continebat vniuerſa, quae Philippus poſſederat. (ii) Ipſa publice conſenſit a. 1209. in comitiis Wirciburgicis.(kk) Nuptiae autem ob Beatricis aetatem impuberem dilatae ſunt. Otto tamen nihilo ſegnius omnia circumſpexit adminicula, quibus regnum ſibi confirmaret. Quem in finem cum Waldemario Rege Danorum foedus percuſſit. (ll) Anno 1208 circa Pentecoſten Philippus ad Bambergam contraxit copias, vt in Saxoniam faceret impreſſionem ac Brunſuicum expugnaret. (mm) Quibus intellectis, Otto de re frumentaria armisque et copiis ſibi proſpexit, vrbes muniuit, caſtra firmauit. (nn) Verum Otto, Comes Palatinus de Witteſpach, bellicas haſce machinationes diſſipauit, dum a. 1208. 21 Iunii hora nona per inſidias Philippum Bambergae transfodit. (oo)

§. V.

Philippo aemulo ſublato, a. 1208 electione reſumta Otto Rex Romanorum eſt electus. (a) Proceres Saxoniae et Archiepiſcopus praecipue Magdeburgenſis, Epiſcopique, Halberſtadenſis et Mindenſis, faciebant eius rei initium. (b) Accedebat hiſce Henricus Longus, frater. (c) Bernhardus, Dux Saxoniae, conſulto opus ſibi eſſe, ratus, conſenſum paulliſper tardauit. (d) Confluxerunt paullo poſt plerique Germaniae proceres Halberſtadium et eum confirmarunt. (e) Germaniae remotiores Herbipoli ea de cauſſa deliberauerant (f) calculumque album electioni iteratae adiecerant Francofurti ad Moenum circa diem feſtam S. Martini. (g) Itali hos ſecuti, anno 1209 Auguſtae Vindelicorum (h) et Wirciburgi fidelitatem et obedientiam ſuam teſtati, Ottonem ſibi reconciliare adlaborarunt. (i) Innocentius veteres amoris flammas luculentiſſime accendit, quum tanti concurſus in Ottonem propendentis momentum eſſet praecipuum, et Fridericum II, a patre Henrico VI iam imperio deſtinatum, quo minus ſpei ſuae pondus addere poſſet, praepediret. (k) Nemo Pontificum ante Innocentium hunc tertium fuit ſagacior et opportuna occaſione auctoritatem ſuam explicandi inſtructior. Hic enim imperium Romanum ſibi penitus ſubiicere coepit, nec eſt dubitandum, ſucceſſores ipſius, ſi eadem ſolertia fuiſſent praemuniti, Imperatori vmbram nudi nominis fuiſſe relicturos vel ipſum imperium cum ſacerdotio ſummo coniuncturos. Vnde elucet, quantum detrimenti diſſidia inteſtina Germanis intulerint, quamque periculoſum ſit ſummis Regibus, ſi eccleſiaſticos viros in ſocietatem ordinum regni admittunt.

§. VI.

Otto patriarcham Aquileienſem creauit procuratorem negotiorum ſuorum per Italiam eumque praemiſit. (l) Nomen ei erat Waltero. Qui, adtributa ſibi poteſtate mirum in modum abuſus, Florentinos, ad omne obſequendi ſtudium paratiſſimos, ob bona contra ius fasque vſurpata mulctam 10000 marcarum irrogauit. (m) Otto a. 1209. intra

(ii) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1208. p. 278. *ARNOLDVS* L. VII. c. 16. p. 740.
(kk) *OTTO de S. Blaſio* c. 51. p. 227.
(ll) *ARNOLDVS* L. VII. c. 14. p. 738.
(mm) - - - l. c. *OTTO de S. Blaſio* c. 50. p. 226. *FRAGMENTVM Vrſtiſianum* ad a. 1208. p. 87.
(nn) *ARNOLDVS* l. c.
(oo) *VRSPERGENSIS* p. 311. *ARNOLDVS* L. VII. c. 14. p. 738. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1208. p. 299. *GODEFRIDVS* l. c. p. 277. *CHRONICON Metenſe* ad a. 1208. p. 346. To. I. Labbaei.
(a) *ROBERTVS Antiſſiodorenſis* ad a. 1208. p. 103. *CONRADVS Epiſcopus* in *Chronico rerum Maguntiacarum* p. 574. *GERVASIVS Tilberienſis* Decis. II. *otiorum imperalium*.
(b) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1208. p. 309. *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 299. ſq. *OTTO* in *epiſtola ad Innocentium* III n. 160. *regiſtri de negotio imperii* p. 754.
(c) *OTTO* in *epiſtola* l. c.
(d) Ibidem.
(e) *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 147. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 15. p. 739.
(f) *OTTO* in *epiſtola* l. c. *INNOCENTIVS* III in *litteris ad Ottonem* n. 162. p. 755. *regiſtri de negotio imperii*, et n. 164. l. c.
(g) *ARNOLDVS* L. VII. c. 16. p. 739. ſq. *VRSPERGENSIS* p. 312. *GODEFRIDVS* ad a. 1208. p. 278. *OTTO de S. Blaſio* c. 50. p. 226.
(h) *OTTO de S. Blaſio* l. c.
(i) - - idem c. 51. p. 227.
(k) *INNOCENTIVS* III. in *epiſtola ad Ottonem* n. 153. *regiſtri de negotio imperii* p. 753.
(l) - - - - - in *litteris* n. 185. p. 761. *regiſtri*, n. 186. p. 762. *BERNARDINVS Corius* P. II. *delle Hiſtorie Milaneſi* p. 181.
(m) *INNOCENTIVS* III. To. II. *Epiſt.* L. XII. n. 78. p. 342.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intra tempus Quadrageſimale Hagenoae expeditionem Romanam decreuit (n) eumque in finem opera Henrici fratres grauem argenti ſummam ab Iohanne, Anglorum Rege, aſportauit. (o) Aeſtate proxima Rex, Auguſta Vindelicorum ſalutata, in Italiam diſceſſit (p) ad diadema Imperatorium ab Innocentio III ſuſcipiendum. (q) Iter fecit per vrbes Brixiae, Guardae, (r) Veronae, et Mediolani, (s) in cuius vicinia ferream Lombardiae coronam dicitur capiti impoſuiſſe, (t) Genuae, et Hetruriae, nominatim Sienae. (u) Exceptus ab Innocentio (x) III Viterbii, praeparatis ab Epiſcopo Spirenſi omnibus, (y) intrauit triumphanti ſimilis Romam. Decorauit eum a. 1209 (z) circa feſtam Michaëlis diem (aa) corona Imperiali. Reum ſimul ſeſe fecit ſuſcipiendae expeditionis cruciatae, quem in finem ab Epiſcopo quodam *crucem* accepit. Sed votum nuncupatum, impedimentis obrutus numeroſiſſimis, exſoluere non potuit. Ipſe haec, morti vicinus Abbati Walckenredenſi, demum confeſſus eſt. (bb) Ipſo inaugurali die Romani multa obloquebantur, praecipue indignati, quod milites et miniſteriales nonnulli ex exercitu, qui foris caſtra erat metatus, vrbem ingreſſi laſciuire coepiſſent et a tumultuoſa plebe eſſent interfecti. (cc) Innocentius ipſe iubebat magis quam petebat, vt poſtridie, quam coronatus eſſet, Otto territorio Romano excederet. (dd) Succincte haec enarrat *ANONYMVS SAXO* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 118. To. III. Menck.

§. VII.

Cogitauerat inter haec Otto de paranda expeditione in Palaeſtinam, vt Chriſtianos a Saracenorum inſultibus liberaret et nomen ſuum poſteritati redderet venerabile. Inſignis illa erat acceſſio auctoritatis Pontificiae, quae per expeditiones eiusmodi ſenſim fiebat. Eneruabantur enim eo pacto opes Principum ac Regum. Siquid perficeretur laude dignum, homines ſubacti ac perdomiti ſubmittebantur doctrinae et religioni curiae Romanae. Sin minus auſpicata foret militia, robur militum cadebat, quo iura regnorum et imperii aduerſus ſacerdotium poterant propugnari. Reges denique ipſi et Imperatores hoc ipſo in re, cui ſanctitatis inhaerebat notio, mandata a Pontifice accipere debebant. Quum enim Fridericus II Imperator, iniuſſu Papae, Palaeſtinam adiret et recuperaret, hoc nomine in iram Romae prolapſus ſorduit. Veniebat Papa quoque in eam ſpem, fore, vt Graecae eccleſiae auctoritas euileſceret et Graeci ſenſim nutum ſuum ſequerentur. Adripuit Pontifex anſam colligendi pecunias per regna et imperium, queis expeditio illa ſubleuaretur. Ita ſenſim ſacerdotes et principes Pontifici redditi ſunt tributarii. Quo minus Otto militiae ſacrae, qui voto ſeſe obſtrinxerat, ſe accingere poſſet, impediuit ipſe Pontifex ſummus, qui lites et controverſias obmolitus Imperatorem ſibi aut ſubiectum volebat aut nullum deſiderabat.

§. VIII.

Iurauerat Otto ante inaugurationem, ſeſe non repetiturum eas poſſeſſiones, quas Papa,

(n) *OTTO de S. Blaſio* c. 51. p. 226.
(o) *IOANNIS epiſtola ad Principes Alemanniae* apud *RYMERVM* To. I. p. 153. Act. publ. Anglic. *MATTHAEVS PARIS* ad a. 1209. p. 158.
(p) *OTTO de S. Blaſio* l. c. c. 52. p 227. *CHRONICON Elwangenſe* ad a. 1209. p. 445.
(q) *ANTONIVS de GODIS* in *Chronico Dominorum de Romano et Marchiae Tarviſinae* p. 44. *CAESARIVS Heiſterbacenſis* c. 25. p. 269. *ALBERICVS* P. II. Chronici ad a. 1209. p. 451. b. *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 402. b.
(r) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 20. p. 742. *OTTO de S. Blaſio* c. 52. p. 227.
(s) *OTTO de S. Blaſio* l. c.
(t) *PTOLEMAEVS Lucenſis* ad a. 1203. (1209) p. 961.
(u) *ARNOLDVS* l. c. *OTTO de S. Blaſio* l. c.
(x) *IOANNES de CECCANO in Chronico foſſae nouae* ad a. 1209. p. 485.
(y) *OTTO de S. Blaſio* l. c.
(z) *MONACHVS PADVANVS* L. I. p. 582. To. I. Vrſtis. *ALBERICVS* l. c. *CHRONICON Clauſtro-Neoburgenſe* ad a. 1210. (1209) p. 450. To. I. Pezii. *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1209. p. 960. *CHRONICON Bigaugienſe* p. 268.
(aa) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 313. *Circa feſtum S. Michaelis.* *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1209. p. 279. cum *ALBERICO* l. c. determinat tertium Nonas Octobris. *MATTHAEVS PARIS* p. 159. *quartum* mauult. *OTTO de S. Blaſio* c. 52. p. 227. praefert *dominicam ante feſtum ſancti Michaelis, qui tum V Kal. Octobris euenerat.* Quintum Kalendas Octobris determinat *CHRONICI foſſae nouae* auctor *IOANNES de Ceccano* p. 485. *INNOCENTIVS* III ad XI Octobris diem Ottonem iam vocat *illuſtrem Romanorum imperatorem* n. 194. p. 764. *Regiſtri.*
(bb) *AVCTOR Narrationis de Ottonis IV morte* p. 1375. To. III. theſauri anecdotorum noui.
(cc) *VRSPERGENSIS* p. 313. *CHRONICON Rothomagenſe* ad a. 1209. p. 371. To. I. Labbeano.
(dd) *IOANNES de Ceccano* l. c. p. 485.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Papa, diſſenſione feruente inter aemulos imperii et gladiis diſceptata, vſurpauerat. (a) Quum autem recordaretur iuriſiurandi, quod electoribus praeſtiterat, non potuit, quin bona Imperii vindicaret, repeteret, conſeruaret. (b) Repetiuit ea de cauſſa *patrimonium Mathildinum*, quod, defuncto Henrico VI, Innocentius III inuolauerat, (c) poſtulantibus vrbium id magiſtratibus et ſcriptoribus eius aetatis coepta Ottonis comprobantibus. *GODEFRIDVS COLONIENSIS* ad annum 1209: *Terram* Mathildis *Papae ante conſecrationem* Ottonis *ſibi reſtitui poſtulanti, Imperator vt nouus homo et rei neſcius annuit, et promiſit; ſed poſt conſecrationem, a poteſtatibus et magiſtratibus reuocatus et prohibitus, minime reſtituit.* *MATTHAEVS PARIS*: (d) *Otto fecit per ſacramentum legalium hominum imperii dominica caſtella ſua et alia iura ad dignitatem imperialem ſpectantia perquiri, et quaecunque per recognitionem ad ius imperii ſpectare didicerat, in vſus ſuos conuertere laborabat. Hac autem de cauſa orta eſt grauiſſima diſſenſio inter Papam et Imperatorem memoratum, eo quod tempore, quo vacabat imperium, idem Papa caſtella plurima, cum aliis rebus occupauerat, quae ad dignitatem imperii pertinebant. Vnde Imperator, quia, quod ſuum erat, reuocare ſtuduit, ipſum Papam ſine merito* (i. e. citra noxam ſui) *ad odium prouocauit.* Tantum relligio potuit ſuadere malorum? Nequid tamen Otto candoris et aequitatis in ſeſe deſiderari pateretur, inauguratione peracta pleroſque (e) militum in Germaniam dimiſit, quorum haud exigua pars e Brunſuicenſibus fuerat conſcriptus. (f) Quo facto, ne Innocentio III de vi et metu conquerendi ſuppeteret cauſſa, ad colloquium inuitauit Pontificem, immo, quod eſt grauius, Romam ſeſe eum in finem venturam eſſe, oſtendit. (g) Verum Papa nectebat moras et litem de patrimonio Mathildino ad compacta (h) futura comperendinabat, ratus, conatus Ottonis cunctando poſſe eludi. Otto inter haec, morae impatiens, occupauit caſtella ac vrbes, quas Innocentius ſibi vindicauerat, Aquam pendentem, Montemflaſconis, Viterbium, Vrbem veterem, Peruſium. (i) Loca haec erant pars patrimonii Mathildini. Patet exinde, quo iure Pontifices terras et in eas iuriſdictionem ſupremam ſibi pararint. Eis vrbibus captis Otto gradum retulit in Thuſciam, in qua, hibernis et aeſtiuis caſtris poſitis, per annum ſeſe tenuit. (k) Regnum Neapolitanum imperio vindicaſſet Lotharius Saxo, ni praematura morte deceſſiſſet. Henricus VI ab vſurpatoribus illud in filium Fridericum II transtulerat, qui Ottoni varia inde inferebat mala. Otto igitur Apuliam inuaſit ac ſignis illatis Fridericum infeſtauit, (l) auctoribus Diupuldo Comite Acerrarum, et Comite Petro Celano. (m) Auxilium a priori praeſtitum Imperator remuneratus eſt Comitatu Spoletano. (n) Sub iugum miſit Otto tractum a Sora inde ad Capuam vsque, et (o) Neapolin (p) aliasque vrbes. Diupuldus decertauit contra Aquinates, ſed vrbem expugnare non potuit. (q) Otto ipſe obſedit Auerſam vsque ad natalem Domini, irrito ſucceſſu, ac Capuam receſſit, qualicunque transactione cum ea inita. (r) Conqueſtus eſt vehementer Pontifex de ademto ſibi patrimonio Mathildino, et regno Neapolitano, beneficio quippe S. Petri,

---

(a) *ALBERICVS* l. c. *GODEFRIDVS* ad a. 1209. p. 279.
(b) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1211. p. 93. *MATTHAEVS PARIS* p. 160. *DISPVTATIO carminica de Ottonis IV deſtitutione* p. 528.
(c) *AVCTOR vitae Ricciardi S. Bonifacii Comitis* p. 72. *MATTHAEVS PARIS* p. 160.
(d) Pag. 160.
(e) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 313.
(f) *BOTHO* in *Chronico picturato* ad a. 1208. p. 357.
(g) *OTTO in litteris ad Innocentium* III. n. 193. p. 763. ſq. *regiſtri de negotio imperii.*
(h) *INNOCENTIVS* III *in epiſtola ad Ottonem* n. 144. p. 764.
(i) *GVILIELMVS BRITO* L. X. *Philippidos* p. 362. *Albericus* ad a. 1209. p. 451. *AVCTOR vitae Ricciardi, S. Bonifacii Comitis* p. 72.
(k) *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1209. p. 969. *IOANNES de Ceccano* ad e. a. p. 985. et ad a. 1210. p. 988. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1210. p. 300.
(l) *AVCTOR Vitae Ricciardi* l. c. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1210. p. 279. *CHRONICON montis ſereni* p. 93.
(m) *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1216. 1218. p. 975. 977. 978. *BREVE CHRONICON Atinenſis eccleſiae* p. 502. To. I. Italiae ſacrae Vghelli.
(n) *ANONYMVS Caſinenſis* p. 161. antiquorum Chronologorum Antonii Caraccioli.
(o) *VRSPERGENSIS* p. 313. *IOANNES de Ceccano* in Chronico foſſae nouae ad a. 1210. p. 488.
(p) *RICHARDVS* l. c. p. 970. a. 1210. *ANONYMVS Caſinenſis* p. 161.
(q) *RICHARDVS de S. Germano* l. c.
(†) *IOANNES de Ceccano* l. c.
(r) *RICHARDVS* l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tri, ex parte nunc occupato et erepto, (s) Solemniter proinde corripuit arma ſacra et Ottonem a communione fidelium Chriſti ſegregauit, (t) eamque feralem cerimoniam a. 1211. in die Iouis ſancto ſeu *Viridium* repetiit, (u) nec non omnes gentes principesque a iureiurando, quo Ottoni erant obſtricti, exſoluit, (x) adeo vt acta et decreta eius omnia reſcinderet. (y) Laetabatur Fridericus II, ignorans, eamdem fabam quandoque in ſeſe quoque cuſum iri. *MATTHAEVS PARIS* eos Innocentii III conatus funeſtisſimos publice reprehendit. Et *quum Innocentius die quadam ſermonem Romae aedificatorium faceret in populo, Ioannes Capotius, qui Ottoni fauebat, eius ſermonem interrupit, dicens: Os tuum os Dei eſt; ſed opera tua opera diaboli ſunt.* (z) Nihilo ſegnius Otto inſiſtebat coeptis, interdicto cauens, nequis adiret Pontificem de quauis cauſſa. (aa) Anno 1211 de aeſtate Apuliam edomuit ac plurimam Calabriae partem ſubegit. (bb) Proceres plerique et ipſe Epiſcopus Amalfitanus cum aliis antiſtitibus ſacris ei fauebant. (cc) Obſiſtebat tamen et ſupercilium efferebat Richardus de Aquila, Comes Fondenſis. (dd) Patebat ex Calabria exſcenſio in Siciliam ad depellendum inde Fridericum II, ope Saracenorum. (ee) Verum Innocentius impulerat principes Germaniae ad ſeditiones et turbas excitandas, (ff) vt Ottonem ex Italia eiiceret.

## §. IX.

Nequid igitur Germanici proceres, nouarum rerum cupidi, tentarent, impediturus Otto, ex improuiſo Germaniam repetiit menſe Nouembri (a) et a. 1212 tempore Quadrageſimali (b) in Germania adparuit. Innocentius interhaec in Italia vrbes, quas eſſe ſuas venditabat, per Thuſciam recepit per Azonem Marchionem Ateſtinum et Comitem Richardum de S. Bonifacio. (c) Bononienſes, Alexandrini et Mediolanenſes ad partes Ottonis deſerendas inflecti non poterant. (d) Primos minis exterrebat Innocentius, perhibens, ſeſe Academiam inde translaturum eſſe. (e) Cremonenſes et Papienſes in Alexandrinos et Mediolanenſes immittebantur, (f) vt damnis acceptis forte Ottoni renuntiarent. Mediolanenſes a. 1215 in concilio Lateranenſi adhuc cauſſam Ottonis perorabant, licet Marchio Montisferrati legatis ipſorum reſponderet et Ottonis depoſitionem comprobaret. (g) Innocentius III praecipue adlexerat promisſis minisque Sigfridum, Archiepiſcopum Moguntinum, vt Ottonem odiſſe et ab eccleſiae ſepto eiicere auderet. (h) Sifridus non ſolum in promulganda excommunicationis formula Innocentio fuit dicto audiens; ſed Epiſcopos quoque, Baſileenſem, Praepoſitumque Murbacenſem nominatim, ad idem faciendum cohortatus eſt. (i) Ipſe Sifridus

(s) *ALBERICVS* ad a. 1210. p. 455. *INNOCENTIVS* III. To. II. *Epiſtolarum in Appendice* L. XIII. n. 210. p. 505.
(t) *IOANNES Vitoduranus* in *Chronico* p. 5. *CONRADVS* in *Chronico rerum Mogunt.* p. 574. *RICHARDVS* p. 970.
(u) *CHRONICON Bigaugienſe* p. 268. *RICHARDVS* l. c.
(x) *AVCTOR vitae Ricciardi* p. 72. *MATTHAEVS Paris* p. 160.
(y) *INNOCENTIVS* III. To. II. L. XV. n. 31. p. 611.
(z) Verba *CAESARII Heiſterbacenſis* L. II. *Miraculorum illuſtrium et hiſtoriarum memorabilium* c. 31. p. 94.
(aa) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1210. p. 279. *GVILIELMVS BRITO* L. VIII. *Philippidos* p. 336. ſqq.
(bb) *ANONYMVS Caſinenſis* ad a. 1211. p. 261. *RICHARDVS* ad e. a. p. 970. *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 300. *IOANNES de Ceccano* l. c. ad e. a. p. 488.
(cc) *INNOCENTIVS* III. To. II. Epiſt. L. XV. n. 115. p. 644. *IDEM* L. XV. n. 235. p. 730.
(dd) *CHRONICON Atinenſis eccleſiae* p. 502. Placebat Richardus Innocentio, quippe cui bona ſua, conſentiente Friderico II, legabat. *REYNALDVS* To. XIII. *Annal. eccleſ.* ad a. 1211. n. VI. et 1212. n. II. p. 181. 186.
(ee) *CONRADVS de Fabaria* c. 8. p. 77. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1211. p. 280.
(ff) *GODEFRIDVS* l. c.
(a) *AVCTOR vitae Ricciardi Comitis* p. 72. ſq. *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1211. p. 970. *IOANNES de Ceccano* ad a. 1211. p. 488.
(b) *ANONYMVS Caſinenſis* ad a. 1212. p. 161. *RICHARDVS* l. c.
(c) *AVCTOR Vitae Ricciardi* p. 73.
(d) *INNOCENTIVS* III. L. XIV. *Epiſtol.* n. 79. p. 540.
(e) - - - - - L. XV. *Epiſtol.* n. 138. p. 657. et n. 189. p. 695.
(f) *MONACHVS Paduanus* L. I. p. 582. ſq. To. I. Vrſtis. *CHRONICON CREMONENSE* ad a. 1213. p. 308. apud *Stephanum BALVZIVM* L. II. *Miſcellanearum.*
(g) *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1215. p. 975.
(h) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1211. p. 280.
(i) *INNOCENTIVS* To. II. Epiſt. L. XVI. p. 750.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fridus comitia Bambergae coëgit, cauſſam interponens reſtituendi Engelbertum ab officio ſuſpenſum ibique Epiſcopum, revera vt Principibus perſuaderet electionem noui Regis Friderici II. (k) Ottocarus Rex Bohemiae, Hermannus Landgrauius Thuringiae, aliique principes, qui conuentui iſti interant, ad idem conſilium adprobandum nequaquam poterant induci, indignantes potius, Pontificem ludere et illudere Imperio, vt pueri pila ſoleant. Nihiloſecius Sigfridus, et Albertus, Archiepiſcopus Magdeburgicus, quem Pontifex ſummus ſuum contra Imperatorem creauerat legatum, (l) formulam excommunicationis iterum iterumque repetierunt. Qua de cauſſa Henricus Longus, Comes Palatinus Reni, et Henricus, Dux Brabantiae, terras Moguntinas incendiis ac rapinis ad ſummam inopiam et vaſtitatem redegerunt, caſtellis vrbibusque vix inſultus euitantibus. (m) Ottocarus Rex Bohemiae ab Ottone defecit, eo quod hic in comitiis Noribergenſibus ipſum regno priuandum, eoque iuuenem, ex repudiata ipſius vxore Miſnica natum, exornandum eſſe, decreuerat. (n) Ne quid tamen ab aduerſariis tentaretur, Otto ſibi deuinxit potentiores Imperii proceres, et ſocietatem iniit cum Marchione Miſniae Diderico, (o) cui Marchiam orientalem ſeu Luſatiam 10000 marcis vendidit: (p) cum Ludouico Duce Bauariae (q) Francofurti: et paullo poſt Weiſſenſeae in caſtris cum Alberto, Marchione Brandeburgico. (r) In Sueuia et ad Renum Friderici II partes in dies inualeſcebant. Adueniente Friderico Conſtantiam, Otto, qui ei iuerat obuiam, Vberlingae ſeſe tenuit, inde ſeſe recepit Briſacum, et porro, relictis Sueuiae oris, rediit in Saxoniam. (s) Exarſerat dudum Ottonis vindicta in Hermannum Landgrauium. Infeſtauit igitur nunc Thuringiam: et expugnauit, (t) ſuccurrentibus Epiſcopis, Hildesheimenſi ac Halberſtadenſi, (u) Radebergam, Salzungam, et Weiſſenſeam, excepto caſtro. Inde inſurrexit in Archiepiſcopum Magdeburgicum Albertum. (x) Sed Ottocarus cum Friderico II properauit a. 1213 in Saxoniam, eo conſilio, vt Brunſuicum ſubigeretur, et Ottoni non eſſet, quo ſe reciperet. (y) Sed, mente illa mutata, vterque Quedlinburgum reuertit. (z) Anno 1213 Otto Epiſcopum Monaſterienſem captiuum (aa) abripuit, quem demum a. 1215 Adolfus, Comes de Monte, inuito Ottone, capta Werthina, vbi cuſtodiae erat mancipatus, liberauit. (bb) Anno 1214 Otto vaſtauit terras Comitis Geldrienſis et igni et ferro, recuſantis fidem et obedientiam praeſtare. (cc) Henrico, Brabantiae Duci, Otto ob conſanguinitatem vel adfinitatem plurimum credebat: (dd) nec minus Iohannes, Rex Angliae, ei ob fidem ſeruatam maximas egerat gratias. (ee) Sed Henricus foro vtebatur et ambiguae erat fidei. (ff) Quare Ottonem, cum Philippo Rege Galliarum decertantem, deſeruit, et Friderico II, propius accedenti, ſeſe aggregauit. (*) Dolendum eſt, Ottonem tempore minus opportuno, cum Francis contentiones inchoaſſe luctuoſas. Hiſce enim tribuendum eſt, quod anno 1215 Paſchali tempore Colonienſes Friderico II ſeſe, Ottone repudiato, adplicarent:

(k) *GODEFRIDVS* l. c.
(l) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1211. p. 98. a. 1212. p. 103.
(m) *GODEFRIDVS Colonienſis* l. c. *CONRADVS* Epiſcopus in *Chronico rerum Maguntiacarum* p. 574.
(n) - - - - - ad a. 1212. p. 280.
(o) *FORMVLAM transactionis* edidit *MADERVS Antiq. Brunsuic.* p. 125. ſq.
(p) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1210. p. 92.
(q) *FORMVLAM foederis* edidit *MADERVS* l. c. p. 132. ſqq.
(r) - - - - habet idem *MADERVS* l. c. p. 130. ſq.
(s) *CONRADVS* de *Fabaria* c. VIII. *de caſibus monaſterii S Galli* p. 77.
(t) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1212. p. 281. *VRSPERGENSIS* p. 313. *AVCTOR anonymus hiſtoriae Landgrauiorum Thuringiae* c. 34. p. 922. *FRAGMENTVM Vrſtiſianum* ad a. 1212. p. 88.
(u) *INNOCENTIVS* III. To. II. *Epiſt.* L. XVI. n. 70. p. 783. *IDEM* l. c. n. 71.
(x) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1212. p. 103.
(y) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1213. p. 301.
(z) *ALBERTVS* l. c.
(aa) *GODEFREDVS Colonienſis* ad a. 1213. p. 282.
(bb) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1214. 1215. p. 301. *ALBERICVS* ad a. 1215. p. 486. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1215. p. 282.
(cc) *GODEFRIDVS Colon.* ad a. 1214. p. 282. *AEGIDIVS* aureae vallis religioſus c. 104. de *geſtis Leodienſium Epiſcoporum* p. 214.
(dd) *AEGIDIVS* l. c.
(ee) Apud *RYMERVM* To. I. *Actorum Anglican.* p. 160.
(ff) *AVCTOR triumphi S. Lamberti in Steppes* c. 14. p. 629.
(*) *AEGIDIVS* l. c. p. 213. *GODEFRIDVS Colonienſis* l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adplicarent: (gg) et quod infauſtiſſima quaeuis ingruerent, e quibus Otto ſeſe nunquam emergere potuit. Ludouicus, Dux Bauariae, dudum inhiauerat Palatinatui renano, cuius obtinendi, ſpe a Friderico II facta, iam a. 1213 nutare coepit. (hh) Sic poteſt inane temporis ac terrae punctulum, animos ſummorum in omnes partes rapere.

§. X.

Coeperat iam inclinare fortuna Ottonis. Ad extremum vero labauit et magnanimum heroëm ad incitas fere redegit. Occaſionem praebuerunt Philippi Auguſti, Regis Galliarum, arma hoſtilia. Reginaldus, Comes Bulloniae propenderat in partes Ottonis ac Iohannis Regis Angliae. Petiit igitur Philippus Auguſtus ab eo, vt munitiora caſtella is ſibi traderet. Reginaldus, quo minus ita faceret, moribus patriae ſeſe impediri, monuit. Rapuit igitur Rex prouinciam (a) infirmioris, vt huic ſupereſſet nihil, niſi vt Comitatum dimitteret, ad Ottonem confugeret, et ab eo Regis Angliae traderetur in fidem et clientelam. (b) Accedebat quoque alia diſſidiorum cauſſa. Ferdinandus, Comes Flandriae, per vxorem Ioannam, Balduini filiam, a Ludouico, Philippi Auguſti filio, exutus erat caſtellis duobus munitiſſimis, fano S. Audomari et Aria. Paullo poſt in vrbe Sueſſionum proceres Galliarum decreuerunt, ſeſe Regi in Angliam traiecturo fore comites et ſuppetias laturos. Quas quum Ferdinandus, niſi prius illa duo caſtella ſibi redderentur, denegaſſet, et praeterea munera a Rege Anglorum miſſa ſuſcepiſſet; Rex Philippus a. 1213, in Comitatu Bulloniae deuincendo occupatus, conſilium traiiciendi in Angliam dimiſit, exercitumque in Flandriam tranſtulit. Pleriſque a nouo victore expugnatis caſtellis, Comes itidem ad Iohannem, Angliae Regem, ſeſe contulit. (c) Anno 1212 Fridericus II Tullum venerat, et cum Ludouico, Philippi filio, ad caſtrum *vallis coloris*, ſeu *Vaucouleur*, aduerſus Ottonem foedus ſociauerat. (d) Quis credet, Ottoni haec fuiſſe grata? cui manebat alta mente repoſitum, quantuli olim a Philippo fuiſſet habitus. Quum enim olim Otto, a proceribus Germaniae nonnullis a. 1198 e Pictauio arceſſitus, Franciam, praeſidio Regis tectus, tranſiret, et cum Philippo conloqueretur; hic ſponſionem iniit de tradendis Ottoni, ſi Imperator fieret, tribus oppidis, Pariſiorum, Stampium, et Aureliani. Adnuit Otto, et in confirmationem ſponſionis Regi equum, quem vocant *dextrarium*, dedit. (e) Tantis totque telis adpetitus Otto, impellente Rege Anglorum, arma conripuit et ſigna inferre Philippo eſt auſus. Vtrimque in Flandria decertatum. Anno 1214 ad 27 Iulii (f) exercitus vtriusque partis haud procul a Tornaco ad villam *Bevinas* (g) ſunt congreſſi. Ottonis vexillum primarium repraeſentabat aquilam deauratam ſuper dracone, qui pendebat ex pertica oblonga, in quadrigis erecta. (h) Diſſuaſerat Reginaldus Ottoni certamen, quo copiae vni fortunae ictui forent exponendae, ſiquidem Francorum milites praeſtarent vſu peritiae militaris et audacia. Alii autem, proditionem vel metum ſubeſſe, rati, animum Imperatoris ad vim vi opponendam incitarunt. (i) Situs ipſe loci et temperies coeli minus fauebant Ottoni. Feruidiſſimum enim anni tempus erat, radiique ſolis recta perſtringebant oculos copiarum Ottonis. (k) Galli contra ſoli terga obuerterant et ſolitam fugae ſimulationem adhibebant, Parthis mendaciores. Ex parte Ottonis ſtrenue ad arma itum. Audacter nimis in hoſtem de induſtria

(gg) *GODEFRIDVS* ad a. 1215. p. 282. *Trevirorum Archiepiſcopus Coloniam veniens, ciues ad concordiam et ſubiectionem Friderici Regis hortabatur. Quod cum Duce Brabantiae elaborauit.*
(hh) *TOLNERVS* c. XVI. *hiſtoriae Palatinae* p. 358.
(a) *ALBERICVS* ad a. 1212. p. 466. *RIGORDVS* de *geſtis Philippi Auguſti* ad e. a. p. 210.
(b) *RIGORDVS* l. c. p. 211. *Guilielmus BRITO* L. IX. *Philippidos* p. 337. ſq. Conf. *ANONYMVS SAXO* p. 119. To. III. Menck.
(c) *ALBERICVS* l. c. p. 468. 470. *RIGORDVS* l. c. ad a. 1212. 1213. p. 211.
(d) - - - ad a. 1212. p. 465. ſq. *BENOIT Hiſtoire de Toul* L. I. c. 18. p. 81.
(e) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. *Chronici Slavorum* c. 17. p. 740. *MONACHVS Paduanus* L. I. *rerum in Inſubribus et Euganeis geſtarum* p. 582.
(f) *CHRONICON Rothomagenſe* ad a. 1214. p. 373. *CHRONICON mortui maris* p. 1442. To. III. theſauri anecdotorum noui.
(g) *HVGO* Monachus in *Chronologia* ad a. 1214. p. 108.
(h) *RIGORDVS* l. c. ad a. 1214. p. 217. *Guilielmus BRITO* L. XI. *Philippidos* p. 366.
(i) *MATTHAEVS PARIS* p. 174. *RIGORDVS* l. c. p. 221.
(k) *RIGORDVS* l. c. p. 217.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duſtria cedentem irruebant omnes. (l) Ordines ita laxati: et confuſe res geri coepta. Philippus longurione (*) hoſtili in terram detractus, cumque vitae diſcrimine eſt conflictatus. Mora vix interiecta, fortuna fauorem Martis ad Philippum conuertit et Otto, vix hoſtium e manibus elapſus, ad internecionem clade fuit obrutus, captis Comitum procerumque plurimis. (m) Feſtinauit denuo Otto in Saxoniam, haud conatus impedire, quo minus cauſſae Friderici II omnes fere accederent. Tranquille igitur reliquum vitae tranſegit, (n) ſaepius Deum precatus, vt probum daret Dominum, qui populum Germaniae regeret. (o) Canutus et Waldemarus, fratres Regesque Daniae, Adolfum III Comitem Holſatiae et Schaumburgi, expulerant terris vltra Albim ſitis, et Hamburgum ditioni ſuae adiecerant. Henricus igitur Longus et Otto a. 1215 obſidione cinxerunt Hamburgum et (p) receperunt, anno ſequenti a Danis denuo recuperatum (q) venditumque Orlamundano Comiti Alberto 700 marcis. (r) Tantum nocuit Pontifex Romanus et domus Stauffenſis Ducibus Brunſuicenſibus!

§. XI.

Tota tandem in id Otto incubuit cogitatione, vt liberaretur a fulmine Romano, in ſeſe euibrato. Anno igitur octauo, quum diris eſſet deuotus, videlicet 1218 ſeptem viros honeſtiſſimos ad Honorium III miſit, qui infectis rebus redierunt. (a) Circa idem fere tempus, idque Paſchale, febri implicatus aegrotare coepit, contracta ex medicina expurganti. (b) Succeſſit diarrhoea ſanguinis continua. (c) In eo rerum articulo deprehenſus aduocari iuſſit Epiſcopum Hildeshemenſem ad caſtrum Hartesburgi, in quo decumbebat: a quo, adſtantibus antiſtitibus ſacris aliis, in mortis ipſius acceſſu abſolutus eſt, expromta confeſſione peccatorum defunctus (d) et extrema vnctione potitus. Confeſſionis ſumma fuit, quod *grauiter peccaſſet in ſedem Romanam et ſtaturus ſit iuſſo Papae, ſaluo imperio, ad quod legitime fuerit euectus.* (e) *ALBERTUS STADENSIS*: (f) *Otto ineffabili contritione compunctus eſt, ita vt coquinariis ſuis praeciperet, vt in collum ſuum conculcarent.* (g) Pridie, quam moreretur, teſtamentum fecit coram viris ſacris et nobilibus, quod ſic habet: (h)

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Dei gratia *OTTO quartus* Romañ Imp. et „ſemper Auguſtus dilectis fidelibus ſuis. Henrico fratri ſuo Palatino Comiti Reni. „miniſterialibus ſuis. et uniuerſis burgenſibus ſuis in Bruneswic. et omnibus hoc ſcri„ptum intuentibus. ſalutem in eo. qui eſt ſalus omnium. Que temporaliter acta ſunt. „ne inſtabilem temporis ſequantur naturam. teſtimonio litterarum memorie ſunt com„mendanda. Nos igitur ob remedium anime noſtre teſtamentum noſtrum facientes. „omni affectione. qua poſſumus. te frater Henrice Palatine Comes Reni rogamus. vt ſi „Deus. in cuius ditione cuncta ſunt poſita. preceptum ſuum de nobis fecerit. vt vni„uerſe carnis viam ingrediamur. quatenus pro amore Dei et in ea fide. qua nobis *ho„minio* et fraternitate aſtrictus es. *ſanctam crucem. lanceam* et *coronam. dentem S. Ioannis Baptiſte.*

(l) *AEGIDIVS aureae vallis religioſus* c. 118. p. 235. *AVCTOR triumphi S. Lamberti Martyris in Steppes obtenti* c. 15. p. 632.
(*) *Guilielmus BRITO* L. XI. *Philippidos* p. 371.
(m) *MATTHAEVS PARIS* p. 175. *BRITO* l. c. p. 374.
(n) *HVGO* in *Chronologia* ad a. 1215. p. 108.
(o) *STADTWEGIVS Chronici* p. 272.
(p) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1215. p. 301. *ANNALES ab Anonymo conſcripti* ad a. 1215. p. 257. apud Lindenbrogium.
(q) *ALBERTVS* l. c. ad a. 1216. *ANNALES* eidem ad e. a. p. 258.
(r) *CHRONICON Slauicum* Lindenbrogii p. 206.
(a) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1218. p. 288.
(b) *AVCTOR triumphi S. Lamberti martyris in Steppes obtenti* c. 17. p. 635.
(c) *CHRONICON magnum Belgicum* p. 221. *AVCTOR narrationis de morte Ottonis* IV. p. 1374. To. III. theſauri anecdotorum noui Martenii et Durandi.
(d) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1218. p. 302. *GODEFRIDVS* l. c. *SIGFRIDVS Presbyter* L. II. p. 694.
(e) *AVCTOR narrationis de morte Ottonis* IV. p. 1375.
(f) Loco laudato p. 301. ſq.
(g) Eadem repetunt *ALBERTVS CRANZIVS Saxoniae* L. VII. c. 35. p. 169. *Carolus SIGONIVS* P. II. *de regno Italiae* L. XVI. p. 24.
(h) Apud *MEIBOMIVM* in *Apologia pro Ottone IV Imp.* p. 148. ſq. *NARRATIO de morte Ottonis* IV. p. 1376. ſq. *Carolus Ludouicus TOLNERVS* p. 62. ſq. n. LXXII. *Codicis diplomatici ad Palatinam Hiſtoriam.* *REHTMEIERVS* in *Braunſchweig - Lüneburgiſcher Chronica* P. III. c. 24. p. 475. ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„*Baptiſte, et Imperialia inſignia.* preter pallium noſtrum. quod dandum eſt ad S. Egidi-
„um. viginti ſeptimanas poſt deceſſum noſtrum conſerues. et nulli hominum ſub celo
„repreſentes. niſi ei. quem principes vnanimiter elegerint et iuſte. aut ei. qui nunc
„eſt electus, ſi principes in eum conſenſerint. et pro his repreſentandis pro honore Dei
„et noſtra ſalute nullam acceptes pecuniam. niſi noſtrum et tuum patrimonium per ipſa
„Imperialia poſſis requirere. Quod ſi non poteſt fieri ſuper gratia ipſius. qui habiturus
„eſt regnum. que prefata ſunt. omnia reſignes. Rogamus etiam vos. fidiſſimi mini-
„ſteriales. ſub fidelitatis debito. et vos dilecti et fideles ciues noſtri in Bruneswic, vt hiis
„omnibus promouendis fideliter et efficaciter. ſicut vobis confidimus. aſſiſtatis. Ad
„hec volumus. vt vxor noſtra cum *dapifero Gunzelino* et fidelibus noſtris *caſtrum Harlun-*
„*geberg* poſſideat. donec quicunque Rex vel Imperator eſt. aut frater noſter. ſeu vxor
„noſtra. dominabus in *Waltingherode* de expeditis bonis annuatim XXX marcas per-
„petualiter et immutabiliter aſſignet. et eos. qui montis heredes ſunt. à ſua portione
„cedere faciat per reſtaurum ipſis beneplacitum. tunc vxor noſtra reddat caſtrum Im-
„perio aut fratri noſtro. ſed ſi proceſſum non habet de caſtro. vt pretactum eſt. volu-
„mus vt caſtrum deſtruatur. Omnes reliquias quas pater noſter habuit et nos habe-
„mus. Deo et S. Ioanni Baptiſte et S. Blaſio in Bruneswic perpetualiter offerimus. pre-
„ter vnum brachium. quod vxori noſtre repreſentabitur. Quicquid autem in auro et
„in gemmis et in clenodiis habemus. damus vxori noſtre Caſtrum in Quedlingeburg
„deſtrui volumus. antequam Abbatiſſe reſtituatur. Deſtructa vero munitione locus
„cum eccleſia reſtituatur Abbatiſſe. et noſtrum frumentum. quod ibi eſt. et reliqua.
„quibus argentum comparari poteſt. Abbatiſſe et eius conuentui detur pro remedio
„anime noſtre. preter baliſtas. que dabuntur transmarinare volentibus. vt ſuper hoſtes
„Dei torqueantur. et annona. que Aſchersleue ablata fuit. reddi debet hominibus et
„inter ipſos diſtribui. Iurabunt itaque *Gunzelinus* dapifer et *Ecbertus filius ſuus.* vt ca-
„ſtrum Wallebeke teneant annum vnum. infra quem terminum mittet ad Apoſtolicum
„frater noſter. ſi in voluntate ipſius et eorum qui heredes montis ſunt. caſtrum habe-
„re poteſt cum ſalute anime noſtre. repreſentabitur fratri noſtro caſtrum. ſi non poteſt
„fieri cum ſalute anime noſtre. caſtrum deſtruatur. Aduocatiam in Wallebeke. quam
„denariis noſtris comparauimus. ipſius loci conuentui offerimus. Caſtrum Hartisburg
„repreſentabitur Imperio et eidem cedet turris quam in eo conſtruximus. *Comites* de
„*Waldenburg* habeant feodum ſuum. *Luthardus* de *Meinerſen* feodum ſuum. *Arnoldus*
„*de Borchtorp* turrim ſuam cum feodo ſuo. et alii. *ſicut ab Imperio tenere debent.* habeant
„feodum ſuum. Caſtrum *Lewenburg* reddatur *Ottoni de Luneburg* nepoti noſtro. quia pa-
„trimonium ſuum eſt et eius ceſſit portioni. Caſtrum *Varsfelde* (*) reddatur *Gardolpho*
„*de Hathmersleue.* ſed ſi frater noſter vult habere. dabit pro ipſo centum marcas. o-
„mnia bona in *Severlingeburg* (**) et ipſum locum cum eccleſiis. cum agris. cum pa-
„ſcuis. cum pratis. cum ſiluis et cum piſcaturis et cum omni integritate. qua hec et alia o-
„mnia ipſi loco contulimus. Deo et S. Marie, S. Ioanni Baptiſte et S. Blaſio in Brunes-
„wic offerimus. eo videlicet ordine. vt conuentus de S. Blaſio ſtatuat ibi ſacerdotem
„ſubdiaconum. vt ſint ibi diuina in honore Dei et beate Marie virginis indeſinenter.
„pro anime noſtre ſalute. reliqua vero omnia ad prebendam ſuam vtiliter conuertant.
„Rogamus et te. frater cariſſime. omni qua poſſumus intentione et diligentia. vt hanc
„noſtram ordinationem firmam et inconuulſam teneas. pro amore Dei et noſtra et tua
„ſalute. quoniam ſperamus et credimus. iſtud honeſtius eſſe Deo et anime noſtre et
„tue ſalubrius. quam vt preſcriptus locus in eo ſtatu. quo fuit. contra noſtram ſalutem
„male periret. „

„Vt autem hec noſtra voluntas effectui mancipetur. ad laudem Dei et ſalutem
„anime noſtre. hoc ſcriptum noſtro ſigillo corroborari fecimus. omnem aditum mali-
„gnandi precludentes. Huius rei teſtes ſunt *SIFRIDVS* Epiſcopus Hildeneshemenſis.
„*Conradus* Decanus. Conradus Cantor. Conradus Scholaſticus. Henricus de Toſſen.
„Bartoldus Canonicus S. Mauritii. Magiſter Marſilius Canonicus S. Crucis. Laici ve-
„ro. *Comes Henricus de Woldenberg.* *Luthardus de Meinerſen.* Gunzelinus dapifer.
*Alar-*

(*) Nunc *Vosfelde* haud procul Helmſtadio.

(**) Zeuerlingeburg, Scheverlingeburg, Severlingeburg, fuit heredium et caſtrum prope Brunsuicum, quo Gertrudis Ecberti I vidua, ab Henrico IV Danewarderoda per vim eiecta, exſulatum iuit. *MEIBOMIVS* l. c. p. 150.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„*Alardus de Borchtorp.* Wernerus de Lengete. Bartoldus de Wetelemſtede. *Henri-*
„*cus de Wrete.* Rotterus de *Veltem.* Ioannes de *Bornem.* et alii quam plures. „
„Datum Hartisburgi - - Kal. Iunii. anno Mo. CCo. XVIIIo.„

Poſtridie obiit Otto a. 1218. 19 Maji Hartisburgi, (i) nequaquam XV Maji (k) nec Damiatae (l) nec Brunsuici. (m) Sepultus eſt ſolemniter Brunsuici in aede S. Blaſii. (n) Epitaphium eius additum eſt epitaphio Henrici Leonis. (o) Conſtituerat Otto, vt ſibi mortuo induerentur ſuperhumeralis alba ſubtilis, pallium regale, caligae holoſericae, ſandalia, calcaria deaurata, ſceptrum in dextra manu, pomum in ſiniſtra, gladius poneretur iuxta dextram, chirotecae manibus adderentur, annulus digito, armillae brachiis. (p) Vxoribus duabus coniunctus, nullam reliquit prolem. Cum priori erat deſponſatus, Beatrice nempe Philippi Sueui filia natu maxima, (q) a. 1208. et 1209. Francofurti et Herbipoli, praeuia Papae conceſſione. (r) Nuptiae celebratae ſunt a. 1212 Nordhuſae, (s) non Brunsuici, (t) ita tamen vt Beatrix quarto die (u) vel XIV (x) poſt nuptias obierit. Fuit vtique natu maxima, ſiquidem *INNOCENTIVS* III id diſtincte docuit, et Philippus Irenen, Beatricis matrem, anno demum a. 1196 duxit. (y) Miror itaque, qui factum ſit, vt *Iohannes Dauides KOELERVS* (z) eam pro natu minima habere potuerit. Otto ipſam per legatos iusſit Brunsuicum deduci *ibique* educari. (aa) *KOELERVS* eam putat obiiſſe a. 1213. XI Auguſti, (bb) indubie inductus in auia a *Chronico veteri Ducum Brunsuicenſium.* (cc) Sponſalia Otto iam a. 1199 contraxerat cum *Maria*, filia Henrici I et Mathildis. Pater erat Dux Brabantiae; mater Comes Buloniensis. (dd) Duxit eam a. 1214. (ee) Haec, marito ſuperſtes, Brabantiam repetiit, ibique obiit, ac Louanii in aede primaria eſt ſepulta. (ff) Ottonis ſigillum dedimus tab. V. fig. 21. Mariae ſigillum dederunt Meibomius nepos et Heineccius. Sol et Luna vtrique ſigillo ſunt additi. De Beatrice dubius eſt Meibomius nepos, (gg) ratus, Beatricem Philippi Sueui filiam nupſiſſe Ferdinando Sancto. At ſicut vir optimus in coniugio Beatricis huius non fallitur; (hh) ita quoque certum eſt dubioque vacat, duas fuiſſe Philippo ſorores eiusdem nominis. Quantum ad donationes eius pias et ſacras adtinet, pietas Ottonis nos impellit, ne eas praetermittamus. Anno 1198 coenobium Riddageshuſenſe in regale patrocinium ſuſcipit. Teſtes fuerunt Burchardus Praepoſitus de S. Blaſio, Walterus de Baldenſele, Conradus de Hagene, Baldewi-

(i) Dies tum erat Potentianae ſeu Prudentianae. *AVCTOR narrationis* de *Morte Ottonis* IV. p. 1378. *CHRONICON* M. *Belgicum* p. 221. *ALBERTVS Stadenſis* a. 1218. p. 302. *CHRONICON Luneburgicum* p. 174. To. III. Leibn. *ANONYMVS SAXO* p. 120. To. III. Menck.
(k) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1218. p. 288.
(l) *Ricordanus MALESPINI Hiſtoria antica Fiorentina* c. 103. p. 68.
(m) *RICHARDVS de S. Germano* ad a. 1218. p. 977. *ALBERICVS* ad e. a. p. 498.
(n) *IOANNES Vitoduranus* p. 5.
(o) Supra p. 359.
(p) *AVCTOR narrationis de morte Ottonis* p. 1378.
(q) *INNOCENTIVS* III in *litteris ad Ottonem* n. 169. p. 757. et n. 178. ac 181. p. 759. 761.
(r) *REGISTRVM de negotio imperii* n. 153. p. 753. n. 169. p. 757. n. 177. p. 759. n. 178. p. 759. n. 181. 182. p. 761.
(s) *AVCTOR Anonymus hiſtoriae Landgrauiorum Thuringiae* c. 34. p. 922. *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1212. p. 281.
(t) *CHRONICON AVSTRALE* ad a. 1212. p. 321.
(u) *GODEFRIDVS Colonienſis* l. c. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1212. p. 300. *CHRONICON Auſtrale* l. c.
(x) *CHRONICON rhythmicum* p. 123. *BOTHO* p. 357.
(y) *OTTO de S. Blaſio* c. 43. ad a. 1196.
(z) In *genealogia familiae Auguſtae Stauffenſis* tab. II.
(aa) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 19. p. 742.
(bb) Loco citato *tab.* 2. et p. 21.
(cc) Pag. 17. *KOELERVS* p. 41. l. c.
(dd) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1199. p. 266. *REGISTRVM de negotio imperii* n. 52. p. 710. n. 66. p. 719. n. 99. p. 733. ſq. n. 111. p. 738. n. 128. p. 744. *CHRONICON MAGNVM BELGICVM* p. 202. ſqq.
(ee) *ALBERICVS Chron.* P. II. ad a. 1214. p. 477.
(ff) *CHRONICON Ducum Brabantiae* p. 40. *CHRONICON magnum Belgicum* p. 203.
(gg) Ad *Apologiam pro Ottone IV Imp.* p. 154.
(hh) *KOELERVS* p. 36. ſqq. l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dewinus aduocatus, *Baſilius de Oſterode*, *Anno de Blankenborg.* (ii) Anno 1199 ciues Brunſuicenſes ſeu *Burgenſes* ab omni exactione ac telonio per vniuerſos imperii fines decernit pronuntiatque immunes. Teſtes, Harbertus Epiſcopus Hildeſienſis, Widekindus Abbas Corbeienſis, Heribertus Abbas Werdinenſis, Henricus Dux Saxoniae et Palatinus Comes Reni, *Bernhardus Comes de Welpa*, *Simon Comes de Teckeneborg*, Wilhelmus frater Regis Ottonis, Heinricus Comes de Limborg, *Conradus de Rhode*, Ludigerus de Waldenbruck, Ludolphus de Steinvoerde, Iohan de Naus, Gerhardus de Waſſenberg, Thidericus de Terning, *Helmoldus de Pleſſe*, Bernhardus de Hoſtmere, Simon Aquenſis, Ludolphus et Baldewinus de Asbecke fratres, Fridericus de Volckmerode, Iordan de Blanckenborg, Bertramus et Ludolphus de Velthem. Diploma datum eſt Ianuario Brunsuici. (kk) Anno 1203 Otto contulit coenobio Riddagshuſano octo manſos in *Soltdalem* ſeu *Saltzdalen* cum adiacente ſilua. Teſtes *Ludolfus Dapifer de Esbeke et frater ſuus Baldewinus*, *Ludolfus de Bordfelde*, *Eilardus de Oberge*, Walterus de Baldenſele, Luthardus de Meinerſen, Fridericus Marſcalcus, Herwicus de Scoune, Otto de Luneborg, Olricus de Smedenſtede. (ll) Eodem anno donauit eidem coenobio ſex manſos in *Maſcerot* ſeu *Maſcherode* ſitos cum adiacenti ſilua *Coloholt*. Teſtes Henricus Dux Saxoniae et Comes Palatinus Reni, *Bernhardus Comes de Wilepe*, Luthardus de Meinerſen, Ludolphus de Esbeke, Eckebertus de Wulferbutle, *Walterus de Ganderſem*, *Godefridus de Summerſenborg*, Bertholdus de *Bornem*. (mm) Eodem etiam anno donauit S. Cyriaco et fratribus eccleſiae ad fontem S. Mariae Brunsuicenſis duos manſos in *Tueluen* villa. Teſtes Albertus Abbas S. Aegidii, Volbertus Praepoſitus S. Cyriaci, Rudolfus Decanus, aliique ſacerdotes et Canonici. (nn) Diplomata a. 1208 Pontifici ſuper patrimonio Mathildino et aduocatia eccleſiae data XI Kal. Apr. Spirae exhibet poſt alios Ven. *REHTMEIERVS*. (oo) Anno ſequenti apud Interamnem Spoleti bona et priuilegia Portenſi coenobio ordinis Ciſtercienſis, ad Lipſiam ſito, Otto confirmauit. (pp) Ibidem eodem tempore in patrocinium ſuſcipit ſingulare coenobium Walckenredenſe cum bonis ſingulis. (qq) Ibidem tunc, bona Walckenredenſibus nominatim conceſſa ab aliis, confirmat. (rr) Inter teſtes eminent *Helmoldus de Pleſſe*, *Bernhardus de Dorſtad*, *Luthardus de Meinerſen*, ſocii itineris Italici. Sigillum Luthardi huius, nobilis Domini de Meinerſen, fuit eiusmodi:



Anno 1211 Otto, deprecatione *Henrici Comitis Suerinenſis* inductus, coenobio Suerinenſi confirmauit priuilegia, ciuibusque Suerinenſibus indulſit immunitatem telonii in portu Wiſmarienſi et Lubecenſi. (ss) Sigilla Comitum Suerinenſium dedit Ven. *REHTMEIERVS* haec:

Anno

(ii) *MEIBOMIVS* T. III. p. 158.
(kk) *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* P. III. c. 24. p. 435.
(ll) *MEIBOMIVS* T. III. p. 158. *REHTMEIER* in ſupplem. p. 1825.
(mm) - - - - l. c. p. 158. ſqq.
(nn) - - - - p. 159. l. c.
(oo) In *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. III. c. 24. p. 445. ſq.
(pp) *MEIBOMIVS* l. c. p. 159. ſq.
(qq) - - - - l. c. p. 160. ſqq.
(rr) - - - - l. c. p. 161. ſqq.
(ss) *REHTMEIER* l. c. p. 449.




Anno 1213 Otto fundauit et dotauit aedem ſacram S. Mariae ad *Ceverlingeborch*. Teſtes Diplomati ſubſcripſerunt praeter alios *Henricus Comes de Schladen*, *Helmoldus de Pleſſe*, Walterus de Baldenſele, et *Baſilius de Schiltberg*. (tt) Anno 1215 donauit coenobio Riddagshuſano bona in *Scathorſt*, a Friderico Marſcalco de Volcmerode ſibi reſignata. (uu) Eodem fere tempore Brunſuici Otto eccleſiae Magdeburgenſi confirmauit priuilegia et donationes Imperatorum, quibus ſucceſſerat, omnium. (xx) Anno 1216 menſe Majo munificentiam ſuam piam denuo exhibuit coenobio Riddagshuſano. (yy) Anno eodem in caſtro Harlingebergae eccleſiae collegiatae Gandersheimenſi tradidit quinque manſos et dimidiam ſiluam *Holenringerode* iuxta *Herehuſe*. (zz) Anno 1218 Sigfridus, Epiſcopus Hildesheimenſis diplomate ſuo confirmauit voluntatem Ottonis, teſtamento perſcriptam de loco *Scheverlingeborg*. (*) Confirmationi acceſſit altera Gregorii IX Pontificis Romani a. 1227. Sigfridus in Diplomate illo vocat Ottonem *virum devotum et qui ſemper Deum prae oculis habuerit*.

## §. XII.

Triduo ante electionem Ottonis dicitur adparuiſſe clariſſima ſtella, (a) qua ipſum deſignatum fuiſſe poſtea perhibuerunt amatores diuinationum. Circumfertur imago numi argentei, in memoriam eius, electi quidem, percuſſi.

Numos

(tt) *MADERVS Antiqq. Brunsuic.* p. 245. *MEIBOMIVS* T. III. p. 149. ſqq. *REHTMEIER* l. c. p. 451. ſq.
(uu) *DIPLOMA* habet *MEIBOMIVS* l. c. p. 162.
(xx) *MEIBOMIVS* l. c.
(yy) *CHRONICON Riddagshus.* Meibom. T. III. p. 351.
(zz) Supra p. 385. *LEVCKFELDIVS Antiqq. Poldenſ.* c. 24. p. 145.
(*) *MEIBOMIVS* id exhibet T. III. p. 149. ſq. et ex eo *REHTMEIER* in ſupplem. p. 1525. ſq.
(a) *GODEFRIDVS* Colon. ad a. 1198. p. 364.




Numos Ottonis nonnullos, et ſolidos et bracteatos, produxit Ven. *REHTMEIERVS* Tab. II. n. 33. 34. 35. 36. 37. in quibus cernis *leonem coronatum*, equo inſidentem cum galea, ſcuto et vexillo fluitante. Monuit nonnulla *ECCARDVS* ad formam, a chalcographo minus feliciter expreſſam. Sed conſtat inter omnes, *ECCARDVM* inuidiſſe Rehtmeiero laudem emiſſi vaſtiſſimi et ſumma diligentia adornati Chronici Luneburgici, ideoque primum, ne opus edi poſſet, molitum eſſe, quo conatu quum excidiſſet, occaſionem nullam id reprehendendi, quod emiſſum fuiſſe dolebat, praetermiſit. Sic ſumus homines! Inſignia imperii, Philippo defuncto, in caſtro *Triuels* adſeruabantur ab Henrico, Epiſcopo Spirenſi. (b) Inde, Ottoni tradita, Mediolano commiſſa (c) ſunt; Fridericus II ea in Germaniam demum remiſit. (d) Memoratu dignum eſt, Ottonem regiminis Paparum in calce Diplomatum ſuorum ſubinde meminiſſe. (e) Ottoni laudibus ducitur, quod pacem regiam terra marique conſtituerit, vectigalia immodica abrogauerit, legesque anteceſſorum, auſpicatus imperium, firmauerit. (f) Mira ex eo adflauit Germaniam tranquillitas. (g) In vrbibus Archiepiſcopalibus et Epiſcopalibus intra comitiorum tempus Imperatores adhuc telonia et numos pendi ſolitos exigere et accipere conſueuerant. (h) In comitiis adhibebatur ab indigenis lingua Germanica; ab exteris latina. (i) *Mareſchalli* erat maleficos protrahere et tumultus compeſcere. (k) *OTTO* Bauariam non repetiuit, patri ſuo ademtam: Aſcaniis non inuidit Ducatum Saxoniae: Theodorico, Archiepiſcopo Colonienſi, Ducatum Angariae a. 1208, adſtante fratre Henrico, confirmauit. (l) Si ex Beatrice Sueuica heredem ſuſcepiſſet, partem patrimonii Philippini in familiam ſuam fuiſſet inlaturus. (m) Reliqua addiſcenda ſunt ex D. *SIMONIS FRIDERICI HAHNII* libro limatiſſimo, (n) vnde quamplurima in praeſentem tractationem fuiſſe translata, gratus praedico.

## Capvt VI.
## DE
## WILHELMO, DOMINO LVNEBVRGI.

De eo actum ſupra p. 367. ſqq.

Sigillum Wilhelmi, ad annum 1211. a Ven. *REHTMEIERO* productum, eſt huiusmodi:

Cap. VII.

(b) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 312.
(c) *IDEM* p. 313.
(d) *IDEM* p. 321.
(e) *MADERVS Antiqq. Brunsuic.* p. 245.
(f) *OTTO de S. Blaſio* c. 50. p. 226. *GODEFRIDVS* ad a. 1208. p. 278.
(g) *FRAGMENTVM Vrſtiſii* ad a. 1211. p. 88. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. VII. c. 17. p. 740.
(h) *OTTO* IV in *Diplomate* apud Meibomium p. 128. To. III.
(i) *OTTO de S. Blaſio* c. 51. p. 227.
(k) *VRSPERGENSIS* p. 313.
(l) *GODEFRIDVS Colonienſis* ad a. 1208. p. 278. Dedit etiam Corbeienſibus ius venandi in ſilua Sollinga.
(m) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. 7. c. 19. p. 741.
(n) *Reichs-Hiſtorie* P. IV. c. III.




## Capvt. VII.
## DE
## OTTONE PVERO.

Vitam et geſta eius fuſe expoſui ſupra p. 370–381.

Quod Eliſabetha, filia ipſius, nupſerit Wilhelmo, Comiti Hollandiae, omnes norunt. *Vetus Chronicon Ducum Brunſuicenſium* (a) idem confirmat. *ANONYMVS AVCTOR Chronici Erfurdienſis* (b) ad annum 1252 nuptias refert et momenta addit peculiaria, hunc in modum: *Willehelmus Rex conſilio et auxilio legati, vt creditur, filiam Ducis Brunſuicenſis duxit vxorem. quum igitur ipſas nuptias* VIII *Kal. Febr. - - fortuito candelae lapſu ipſa thalami Caminata, fuit incenſa, multoque ibidem adparatu regio vel ornatu conſumpto, ſponſus cum ſponſa, domino auxiliante, qui nudi, periculum mortis vix euaſerunt.* Nuptias ad annum 1251 referunt, praeter Albertum Stadenſem, *AVCTOR Chronici Slavici*, (c) et *MEMBRANA eccleſiae S. Blaſii Brunſuicenſis.* (d) *ELISABETHAE* ei nomen fuit, ſi credimus Bothoni, Auctori chronici magni Belgici, (e) Ioanni Bekae, (f) Wilhelmo Hedae, (g) Renero Snoio, (h) Iacobo Eyndio, (i) Michaëli Vosmero, (k) Matthaeo Voſſio, (l) et Auctori chronici veteris Ducum Brunsuicenſium. (m) *HELENA* vocatur ipſa ab Auctoribus duorum Chronicorum Brunsuicenſium. (n) *Ioannes Geerbrandus a LEIDIS*, Carmelitanus Monachus (o) eam ex aduerſo vocat *Eliſabetham.* In eo autem errat, quod eam perhibeat obiiſſe a. 1252, tumulatam in Burghen-

(a) Pag. 20. ſqq.
(b) Apud *SCHANNATVM Vindem. litter.* p. 104.
(c) Ad a. 1251. p. 260. apud Lindenbrog.
(d) Pag. 61. To. II. Leibn. Confer *CHRONICON magnum Belgicum* p. 237.
(e) Loco laudato.
(f) Pag. 76. *Chronici Vltraiectini.*
(g) Pag. 206. in *Hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium.*
(h) L. VII. p. 88. 95. de *rebus Batauicis.*
(i) L. II. c. 15. p. 240. in *Chronico Zelandiae.*
(k) Pag. 42. in *Principibus Hollandiae et Zelandiae.*
(l) L. III. p. 126.
(m) Pag. 21. ed. Mad.
(n) Pag. 17. 19. To. II. Leibn.
(o) L. XXIII. c. 31. p. 211.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Burghenſi monaſterio. Mallem, hunc annum a *KOELERO* (p) non fuiſſe adoptatum ac pro certo transſcriptum. Ven. *REHTMEIERVS* (q) ſuſpicatur, eam obiiſſe ante annum 1256, quo Wilhelmus ad 28 Ianuarii (r) a Friſiis, haeſitans in glacie, occiſus eſt. Verum res ſecus ſe habet. Anno 1254 Eliſabeta cum marito Wormatiae erat, ipſamque Hermannus Comes de Ritberg cepit iuxta Oderheim, ac, orbatam cimeliis, Ritbergam abripuit. (s) Ex qua cuſtodia paullo poſt liberata, Regi et marito itinerum ac expeditionum militarium ſeſe praebuit ſociam, quo occiſo, in Hollandiam (t) rediit, et, anno 1266 defuncta, in Middelburgenſi monaſterio ſepulturam inuenit. (u) Ex vtroque natus eſt Florentinus V, qui victoriis, de Friſiorum gente reportatis, et inſtituto S. Iacobi ordine actiones ſuas inluſtrauit.

Vt intelligamus, qualis ille fuerit Wizlauus, cui *AGNESA*, Eliſabetae ſoror, nupſit, e re erit, tabulam hanc percurrere, quae Principes Rugiae ac Pomeraniae repraeſentat:

Grines

| | |
|---|---|
| Crito, Princeps Rugiae. | N. |
| | *Razo* † 1140. |

| | | |
|---|---|---|
| *Iezlaf* † 1210. | *Jaromarus* I. conditor Stralſundae † 1212. Vx. Hildegardis filia Canuti R Dan. | *Stoislaf* † 1207. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Irmengarda* vx. Caſimiri II Reg. Polon. | *Svantipolcus* † 1217. | *Wizlavus* I † 1241. Vx. 1) Salomea filia Meſtowini I Pomeran. 2) Margareta: vxor poſtea Barnimi I Ducis Pomeran. † 1263. ſepulta in coenobio Stettinenſi. | *Barnut* † 1247. Vx. 1) Dubslavia 2) Slavania C. de Guzkow. |
| | | | Iohan. Dubslat. Iaroslaf † pueri ex peſte. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Iarimarus* II. † 1282. | *Borizlaf* † 1250. | *Wizlaf* II † 1280. | *Iaroslaf* II. † 1247. |

| | |
|---|---|
| *Wizlavus* III † 1303. Vx. *AGNESA*, filia Ottonis pueri Ducis Brunsuic. | *Iarmarus* Coadiutor Caminenſis. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Wizlavus IV † 1325. vx. Margareta. | *Sambor* † 1305. Vx. Sophia. | Margaretha Vx. Bogislai IV Ducis Pomeran. | Helena Vx. Bernhardi Principis Anhaltini. | Anna Vx. Iohannis Ducis Meclenb. | Sophia vx. Principis Norweg. |
| Iaromar † 1325. Wizlat Iaromar † immature. | | Wartislavus coniungit Rugiam cum Pomerania. (x) | | | |

Sigilla

(p) In *Diſſ. de familia Auguſta Luxemburgenſi* p. 21.
(q) In *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. III. c. 26. p. 489.
(r) *ANNALES Colmarienſes* ad c. a. p. 7. *CHRONICON Slavicum* Lindenbrogii p. 260.
(s) *MONACHVS Kirsgartenſis* in *Chronico Wormatienſi* c. 39. p. 126.
(t) *IDEM* l. c.
(u) *IOANNES de Beka* p. 98. *RENERVS SNOIVS* L. VII. p. 95.
(x) Tabulam a Daniele Cramero et Iohanne Micraelio adornatam, emendauit *REHTMEIERVS* P. III. c. 26. p. 476. l. c.

Sigilla Ottonis Ducis quatuor produxit Ven. *REHTMEIERVS*, vnum vero ſecretum; duo porro ſigilla Mathildis, vxoris ex Brandeburgicis Marchionibus adſcitae, cum publica eruditorum corona communicauit. Pace Viri ea huc quoque transferemus.










Noto,









Noto, Ottonem ſtrenuum heic adparere eiusque coniugem. Vnum Ottonis ſigillum dedi ex tabulario noſtro Tab. XIV. fig. I. Sigillum Mathildis dedi in Nouis Actis Eruditorum anno 1733. An numos *OTTONIS* ſcriptores formis deſcribendos curarint, merito quaeritur. Ven. *REHTMEIERVS* nullum vnquam vidit. *Ioannes Georgius ab ECKHARDT* edidit (y) nonnullos, quos *OTTONI* tribuendos exiſtimat. (z) Numus primus eſt ſolidus minor. In antica conſpicitur turris, arcui inſiſtens: infra arcum occurrit luna falcata, conuexae figurae: infra lunam adparet *ſol*: vtrimque ad arcum eminent duo capita, faciebus auerſis. In poſtica conſpicitur frutex, a cuius ramulo vno flos dependet: Frutici medio inſiſtit crux Templariorum. Infra fruticem leo procumbit. Numus omnino denotat Dominos duos Luneburgenſes. Id adparet ex *leone*, quem Duces Saxoniae, Luneburgum inhabitantes, adhibuerunt ex adluſione ad vocem *luneburg* quaſi *leoneburg*, *löenburg*. Sed num Henricus Longus, et Otto Puer, cuius tutor erat idem Henricus, ſignificentur, alia eſt quaeſtio. Suſpicor enim notari *Ottonem* IV et *Henricum*. Rationem deduco ex ſigno, quod Otto IV in ſigillo adhibuit, videlicet *ſolis* ac *lunae*: nec non ex *cruce*, quam Otto IV Romae ſuſceperat, ſymbolum expeditionis cruciatae, quam voverat. Sed *ECCARTVS ſolem* ac *lunam* trahit ad ſymbolum *luneburgi*, quaſi adluſione ad *lunam* facta; *crucem* vero exponit de *fraternitate Templariorum*, in quam Otto Puer anno 1215, per donatum *Santersleve* praedium, fuit cum ſucceſſoribus receptus. (aa) Coniecturam deinceps vlterius profert, ratus, notari Comitatum Stadenſem a. 1219 Gerhardo Archiepiſcopo traditum. Sed opinor, Ottonem Puerum, impuberem, necdum aetatem, qua ſapimus, ingreſſum, conſenſione ſua traditionem illam firmare non potuiſſe; ipſumque, ad plenos rationis excolendae annos provectum, conſenſum denegaſſe Comitatumque illum

(y) In *Erklärung eines alten Kleinodien-Käſtleins* Tab. III. fig. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

(z) Loco citato §. 15. p. 46. 47. 48.

(aa) *DIPLOMA* donationis habet *MADERVS Antiqq. Brunsuic.* p. 248.

ſum repopoſciſſe. Hartwicus, Rudolfi Marchionis Comitisque Stadenſis filius, ad Archiepiſcopatum Bremenſem euectus Comitatum illum vacuefactum eccleſiae ſuae adiungere laborauit. Interceſſit Henricus Leo et a. 1144 Archiepiſcopo litem intendit. Caeſar Fridericus I in comitiis Erfurtenſibus a. 1180 Comitatum Stadenſem, quem Henricus Leo poſt obitum Hartwici ab anno 1168 quiete tenuerat, contulit Sigfrido Archiepiſcopo Bremenſi. (bb) Duces vero nihiloſecius poſſeſſionem fuerunt tuiti. Anno 1199 Philippus Sueuus, ab Ottone IV diſſidens, Hildeshemii 14 Kal. Febr. donationem patris Friderici I confirmauit. (cc) Anno 1208 Woldemarus, recens Archiepiſcopus, Stadium expugnauit. (dd) Recuperauit amiſſa Henricus Longus, et, ſi Walthero credimus, (ee) anno 1219 pacificationis formulam condidit, quam in exponenda *Henrici Vita* adtulimus. Habuit tum Otto vix XV annos, natus quippe anno 1204. Quare non video, qui conſentire tum potuerit. Veroſimile eſt, ipſum eo nomine nunquam conſenſiſſe. *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1235. 1236: (ff) *Anno* 1235 *Dux Otto de Brunſwich circa feſtum Martini Bremam obſedit, et factis exactionibus et incendiis rediit. Caſtrum Otterenberge Duci traditur a quibusdam, qui illud ceperant quadam nocte. - - Anno Domini* 1236 *Bremenſis Archiepiſcopus et Dux de Brunſuuich reconciliati ſunt et promiſſa eſt pax perpetua inter Eccleſiam et Ducem, et Duci quaedam feoda ſunt porrecta. Otterenberge et Harborgh deſtruuntur. Monaſterium in Roſenvelde 4 Kal. Maii totaliter incendio deflagrauit.* Ad numum bracteatum nunc pergo, quem Eckhartus aeque Ottoni Puero adtribuit. Adparet in eo crux, cui leo priores pedes imponit. In *ſolido* fig. 30. exhibetur vir dimidiatus, dextra vexillum, ſiniſtra crucem praeferens, ſtellulis in orbem adpoſitis conſpicuus. In poſtica adparent duo leones, inuicem obuertentes capita et blandientes, infra quos caput mitra Ducali ornatum eminet. Intelliget per capita duo duosque leones Henricum Longum et Ottonem Puerum. Additus eſt porro ſolidus, in fig. 31. obuius, qui tum in antica, tum in poſtica, leones duos repraeſentat et in antica ſub fornice caput Petri Apoſtoli, Bremenſis eccleſiae patroni. Expoſitionem vir Celeberrimus heic repetit priorem. In fig. 32 ſolidus ſiſtitur, cuius antica exhibet Archiepiſcopum Bremenſem, dextra ſiniſtraque cruces praeferentem; poſtica autem duos leones, inuicem obuertentes capita ac blandientes. Figura 33 exhibet ſolidum, in cuius antica conſpicitur vir vtrimque geſtans nudatos enſes; in poſtica leones illi duo, quibus caput ſubiacet, recurrunt. Intelligit *ECKHARTVS* duas aduocatias, Bremenſem et Wildeshusanam, tum Henrico, tum Ottoni Puero, traditas. Hiſce explicationibus momentum addit figura 34, quae repraeſentat ſolidum, in cuius antica ſupra fornicem et cymbam vir ad pectoris vsque medium exhibetur, qui coronam et humerale ritu Epiſcopi geſtat, et ad latus vnum tenet adſcriptam litteram H; ad alterum litteram O. In poſtica adparent crux, et claues decusſatim poſitae. Litteras Eckhartus exponit de *Henrico Longo et Ottone Puero.*

*OTTO* ſeſe vocat a. 1215 *Ottonem de Luneburch*, a. 1224 *Ottonem principem de Luneburg*, a. 1225 *Dei gratia Ducem de Luneborch*, a. 1226 et 1227. *Dei gratia Ducem de Brunswic.* Poſtrema denominatio continuata eſt annis 1228. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. Anno 1227 recuperauit ſuis poſteris Brunſuicum. *MEIBOMIVS* (gg) ſuſpicatur, Ottonem ex eo tempore ſeſe vocaſſe *Ducem de Brunswic.* Vſus autem repugnat. Otto in ſigillo quodam ſeſe adpellauit *Ducem de Bruneswic et de Luneborch.* Inter filios eius occurrit quoque *VLRICVS*, a plerisque omiſſus, qui tamen obiit admodum puer. (hh) *ANONYMVS* in *Chronico Erfordienſi* confundit Ottonem IV et Ottonem Puerum, dum Albertum, Ducem Brunſuicenſem, vocat *Imperatoris filium.* (ii) En locum: *Poſthaec ſollennem Rex indixit curiam Kalendis Iulii Frankenewart celebrandam, in qua tamen eodem fere Tempore* idem Rex Wilhelmus *defunctum ſuum grauiter lugebat ſocerum: eidem itaque Curiae iſti Principes interfuiſſe referuntur, Epiſcopi, Maguntinus et Colonienſis, et Leodienſis, Spirenſis, Argentinus; Dux Brunſwicenſis, Imperatoris defuncti filius, praeter Abbates plures et Comites et Barones.*

CAP. VIII.

(bb) Diploma habes apud *LINDENBROGIVM* inter *Privilegia Hamburgenſia* §. 62. p. 168. ſq.
(cc) Ibidem §. 63. p. 170.
(dd) *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 202.
(ee) In *Vita Gerhardi* p. 56. ſq. Chronic. Brem. To. II. Meibom.
(ff) Pag. 210. b.
(gg) De *erectione Ducatus Brunswic.* To. III. rer. Germanic. p. 205.
(hh) *VETVS narratio de Fatis Ducis Magni, vulgo Torquati*, p. 219. To. III. Leibn.
(ii) Pag. 105. ad a. 1252. apud *Ioannem Fridericum SCHANNATVM* in *Vindemia litteraria*, P. I.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# CAPVT VIII.
## DE
## ALBERTO MAGNO seu LEONE.

De eo actum ſupra Diſſ. II. p. 381 -- 384. Addemus heic ſupplementa et chronotaxin.

Summa. §. 1. *Nomen, ſucceſſio, ſigilla, annus prioris coniugii.*
§. 2. *Diſſidia cum Epiſcopis, Mindenſi et Hildeſienſi.*
§. 3. *Expugnatio Wolferbutelae, Peinenſis et Aſſeburgica obſidio, lis cum Archiepiſcopo Moguntino et Comite Eberſteinenſi.*
§. 4. *Arma et ius quaeſitum in Comitatum Peinenſem.*
§. 5. *Addenda ad praelium Beſenſtadianum.*
§. 6. *Acta Alberti in ordinem chronologicum redacta ab a.* 1252. *ad a.* 1270.
§. 7. *Acta Alberti, chronotaxi adligata, ab a.* 1270. *ad a.* 1279.
§. 8. *Numi, titulus Ducis Saxoniae, ſigilla Comitum Dannebergenſium.*

§. I.

*ALBERTVS* a procera et commendabili ſtatura ac magnitudine rerum geſtarum cognomen ſibi MAGNI ac LEONIS peperit. Succeſſit patri anno 1252, natus anno 1236 (a) Sigillo ante regimen ſuſceptum vſus eſt triangulari, in quo duo conſpiciuntur leones.




Sigillum

(a) *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 68. p. 136.

Sigillum eius, ad Ducatum euecti, maieſtaticum ſeu maius dedit tale Ven. *REHTMEIERVS*:




Vxorem Eliſabetham duxit a. 1254. 13 Iulii. (b) Ipſa deceſſit ſine prole a. 1261. Alterius vxoris, Adelheidae, ſigillum eſt eiusmodi penes Ven. *REHTMEIERVM*.




Henningeſius, Buntingius, Rittershuſius, Bucelinus aliique eam vocant *Alexinam*, eamque exiſtimant fuiſſe filiam Aldobrandini, Marchionis Eſtenſium. (c) Verum Aldobrandino illi fuit vnica filia *Beatrix*, quam duxit Andreas Rex Hungariae a. 1235. (d)

§. II.

*HENRICVS WOLTHERVS* litem Bremenſem ſic exponit: (e) *Tunc Dux Brunſuicenſis contrarius fuit Bremenſi Archiepiſcopo, et obtinuit Comitatum Stadenſem manu forti. - - SIMON conuenit Albertum Ducem Brunſuicenſem, quod veniſſet contra promiſſa et legata patris ſui, et facta die placiti et treugarum receſſit iterum a dioeceſi Bremenſi et comitia, et fecit*

(b) *IDEM CHRONICON* l. c. *CHRONICON vetus Ducum Brunsuic.* p. 20. ed. Mad.
(c) Errorem notauit *MEIBOMIVS* in *Notis ad Bullam Andronici* p. 469. 474. To. I.
(d) *MVRATORIVS* P. I. *Antichità Eſtenſi* c. 42. p. 419. ſqq.
(e) In *Chronico Bremenſi* p. 59. To. II. Meibom.

*cit reaedificari caſtrum Harborg et tradidit Archiepiſcopo Bremenſi.* Haec ſub Gerhardo Epiſcopo XXVII. Succeſſor eius Hildeboldus conſcripſit primus aluitque milites ſtipendiis. De quo idem *WOLTHERVS:* (f) *Valde magnanimus et glorioſus fuit, quia quum Duces Brunſuicenſes, ſcilicet Albertus et Ioannes, fratres, cum exercitu magno iuiſſent per pontem Alrae circa Verdam ad nocendum Eccleſiae Bremenſi, Hildeboldus cum ſuis obuiam illis venit et Duces receſſerunt tunc timore grandi.* Concertationem Alberti cum Widekindo, Comite Hoienſi, Epiſcopo Mindenſi, ſic ortam et diremtam fuiſſe, auctores (g) memoriae prodiderunt. Epiſcopus anno 1258 ab Abbate Fuldenſi emebat marcis argenti puri centum aduocatiam ſeu iurisdictionem eccleſiaſticam Hamelenſem et lacertos iuſto latius mouebat. Comes igitur Wunſtorpienſis, ab Epiſcopo damnis acceptis, foedus iniit cum Alberto Duce. Epiſcopus inuaſit terras Ducales easque igni ferroque vaſtare coepit. Res in neruum tandem erupit, et praelio controuerſiam decernere lubuit. Euentus fuit triſtior. Epiſcopi milites maximam partem caeſi: Albertus et Comes victi ac quatuor vexillis exuti, quae Epiſcopus in templo cathedrali Mindenſi ſuspendenda (*) curauit. Ne tamen Hamelium Epiſcopo ſeſe ſubiiceret, impediuit Comes Eberſteinenſis, vti ſupra demonſtraui. (h) Doluerunt tamen Eberſteinenſes, quod Albertus Dux tandem cum Epiſcopo Mindenſi compacta ſanciret vrbemque Hamelii tandem reportaret, in qua Eberſteinenſibus olim proprium fuerat, vsque ad annum 1258, ius aduocatiae. Indubie ante initium concertationum Hamelenſium Albertus cum Epiſcopo Hildesheimenſi Iohanne litibus belloque fuit implicatus, et quidem, ſi quid iudico, de iure armorum et ſtipendii, quo ad Ottonem Puerum vsque caruerant Epiſcopi Hildesheimenſes. Anno certe 1258 Albertum inter et Iohannem, 16 Kal. Ian. induciae ad octauam Pentecoſtes vsque ſunt ſancitae. (k) In *Chronico Hildesheimenſi* (l) tribuitur Sigfrido Epiſcopo, qui perhibetur obiiſſe a. 1249, quod ciuitatem *Roſendale* conſtruxerit ac muniuerit, in cuius emtionem et obſidionem Peinae expenderit octo millia talentorum monetae Hildenſemenſis. Poſteriora de Peinae obſidione ſubleuata videntur ad Iohannem, qui anno 1257 electus fuit, pertinere, aut ad Henricum, aduerſarium eius per factionem electum, ni Sigfridus diutius vixerit, quam Chronicon id ſignificauit. Multa heic reſtant extricanda. Anno (**) 1256 Albertus Holſatiam ingreſſus, Plonam expugnauit, a Kilonio receſſit.

## §. III.

Aſſeburgum olim erat de patrimonio eccleſiae Gandersheimenſis in *Dencthiamarcu.* Suſceperant illud nexu beneficiario Domini Aſſeburgii, progenies quaedam Comitum Wolfebuttelenſium. Verum Aſſeburgii caſtrum Aſſeburgum conuertebant in ſedem confoederatorum nobilium, qui vaſtationes inde et latrocinia longe lateque exercebant. Confugit Abbatiſſa ad Papam et Duces Brunſuicenſes. Aſſeburgii id nullius habebant penſi. Rei igitur ſunt pronuntiati violatae fidei, quam a Vaſallis praeſtari decet, et bona Ducibus Brunſuicenſibus addicta. *Buſſo de Aſſeburg*, nobilis eques, id ipſum deſpicatus, Albertum cauillationibus immodeſtis traduxit, ſuoque ſcuto adpingendum curauit *lupum*, vnguibus aures *leonis* lacerantem. Lupus enim inſigne Aſſeburgiorum erat; leo Ducum Brunſuicenſium. Dicteriis finem impoſiturus videbatur Albertus ferro. Aſſeburgii id ſubodorati, Comites, Wolfebuttelenſem ac Peinenſem, ſecum foedere coniunxit, quorum cauſſam *Henricus*, Hildesheimenſis Epiſcopus, non erat

(f) Pag. 60. *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1253. p. 222. a. *Dux Albertus Horeborch reaedificat, patris violans iuramentum.*

(g) *LERBECCIVS* in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium* p. 186. To. II. Leibn.

(*) *LERBECCII Chronicon Schaumb.* p. 314. To. I. Meibom.

(h) Pag. 382.

(k) *DIPLOMA* habet *MADERVS Antiqq. Brunsuic.* p. 261.

(l) Pag. 752. To. I. Leibn.

(**) *LERBECCIVS Chron. Comit. Schaumburg.* p. 513. To. I. Meibom. *Anno 1256. Albertus Dux Brunsuicenſis Holſatiam hoſtiliter intrauit, et caſtrum Plone expugnans obtinuit. Lubecenſes vero in tali inuaſione Ducem iuuarunt. Nam ante praeteritum annum Iohannem Comitem et Dominum ſuum in ciuitate ceperunt, qui iniurias, a quodam milite Borchardo illatas, vlciſci non timuit, ſed a detentione illa Dominus eum quaſi quodam miraculo liberauit - - Dux ergo, caſtro Plone habito, ciuitatem Kyl grauiter expugnauit, ſed vi, ciuibus fortiter ſe defendentibus, non expleto voluntatis ſuae propoſito, turbatus receſſit.* *CRANZIVS Saxoniae* L. VIII. 24. 25.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

erat neglecturus. Mouit Dux caſtra et exercitum ex improuiſo contra (m) Wolfebuttelam: ac, triduo vix elapſo, arcem expugnauit, turribusque deſtructis, muris deiectis, vallis in foſſas praecipitatis, omnia munimentorum ſubſidia ſolo aequauit. Inde aggreſſus eſt Epiſcopum, qui Comites ſuſtentare ac ſubleuare auſus fuerat. Oppugnauit facili opera ſubegitque Sarſtadam, Redam et Roſentalium, vrbemque Peinae, excepto caſtro, quod vinci non poterat. Porro Aſſeburgum obſideri et duobus munimentis oppoſitis, Rokesbergo et Lürenbergo, coarctari coepit. Vt obſeſſis opem ferrent Comes Eberſteinenſis (n) et Archiepiſcopus Moguntinus Gerhardus, inuaſerunt terras Göttingae adiectas. Repulit ipſos Wilkinus de Kerſtlingerode, praeſes illius prouinciae, et conuocatis ſono aeris Campani ſtrenuis viris praedas ab hoſte egit ingentes. Auſi noua tentare hoſtes in manus victoris inciderunt et capti ſunt. Archiepiſcopus ſeſe caro redemit; Comes in patibulum (***) actus eſt. Aſſeburgum vero a. 1258 (o) ab Alberto occupatum, Ganerbiis nonnullis aere dato a defenſione ſubmotis. Aſſeburgii receſſerunt in Weſtfaliam et praedia pararunt iuxta Brakel et alibi per Epiſcopatum Paderbornenſem ac Monaſterienſem, retentis nonnullis eccleſiae Gandeſianae in hanc diem feudis. Occupationem Aſſeburgi reiiciunt alii in annum 1262.

## §. IV.

Quid de Comitatu Peinenſi porro fuerit geſtum, recenſeo in hiſtoria Comitum Peinenſium.

## §. V.

*HISTORIA de Landgrauiis Thuringiae* (p) haec habet: *Ibi* in Miſnia *prope Bickin* (*) in agro Beſenſtadiano *inierunt conflictum cum Duce Alberto a mane, ſcilicet ab ortu ſolis vsque ad horam nonam: et Dux vulneratus fuit et captus, et Comes Henricus de Anhalt, Comes Heinricus* (**) *de Zwyrin, Comes Iohannes de Ebyrſtein.* Et paucis interiectis: (q) *Interim dum Dux Brunsuicenſis detentus fuit, tractata eſt ſua liberatio et compoſitio inter Heinricum Marchionem et filios ſuos; et inter Sophiam et filium ſuum Heinricum Lantgrauium Haſſiae, quae talis fuit, quod Dux deberet dare pro liberatione ſua octo munitiones, ſcilicet* (†) *ESSENWEGE, Altendorff, Witzenhuſen et alias* (††) *prope Werram, pertinentes ad Ducatum Brunsuicenſem et ſuper hoc octo millium marcharum, et vt Domina Sophia et filius ſuus Heinricus Lantgrauius Haſſiae abrenunciarent omni iure ſuo, quod poſſent habere in terram Thuringiae. Tunc deberent recipere in ſuam poteſtatem illas octo munitiones. quod et factum eſt: et diſcordia, quae durauit per nouem annos, ſedata eſt.* Ad confinia anni 1264 *IOHANNES VITODVRANVS* (r) eiusdem controuerſiae hunc maxime in modum meminit: *Hoc etiam tempore fere inter multos Dominos Teutoniae bellum acerrimum commiſſum eſt, in vigilia Simonis et Iudae, in quo Dux Albertus de Brunswik, ſtrenuus in armis, vulneratus eſt et captus, et cum eo multi magnates et electa militia vsque ad* DL *cum amiſſione armorum et equorum, et in vinculis ſunt detenti: circiter tria millia hominum memorata die in eodem bello prope Halle ceciderunt. Sed Dux Albertus redemit ſe a captiuitate cum VIII millibus marcarum argenti et VIII caſtellis in Brunswig.* (i. e. terrae Brunsuicenſi antea adnumeratis.) *BOTHO* ſuccincte: (s) *By Halle was ein grot ſtryd, dat warde van des morgens an wente to middaghe. Dar wart Hertoghe Albert gefanghen to Brunswick, over nicht lange dar na wart he wedder los.*

SIGFRI.

(m) *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuicenſium* c. 69. p. 136. ſqq. Patet inde, expeditionem cadere in annum 1254.

(n) Vocatur *Conradus* in Chronico laudato rhythmico p. 137. eique praeter Archiepiſcopum additur Comes Beichlingenſis.

(***) *Chronicon Schaumburgicum LERBECCII* p. 511. To. I. Meibom.

(o) Anno ſcilicet quarto, poſtquam expugnari coeperat Wolfebuttela. *CHRONICON* idem l. c. *BOTHO* ad a. 1258. p. 366. *In duſſem iare want Hertoghe Albrecht de Aſſeborch.*

(p) Cap. 61. p. 1331. To. I. Piſtorii.

(*) In MSto: *Vyclin.*

(**) Vocatur *Guncelinus* in *Chronico rhythmico* c. 71. p. 240.

(q) Cap. LXII.

(†) In Addendis ad Annales Vetero-Cellenſes To. II. Menck. p. 2181. de Baltaſare Principe: *Multa caſtra Turingiae ſuae adiecit, vt ſunt ciuitates ESSCHWE - -*

(††) Quae vocantur *Fürſtenſtein*, *Arnſtein*, *Biſchofſtein*, *Wanfrid* et *caſtellum* ad Oldendorfium ſeu Aldendorfium iuxta Werram.

(r) Pag. 18. *Chron.* in Acceſſ. hiſtoric. Leibn. To. I. Conf. *GEORGIVS FABRICIVS Origg. Saxon.* L. VI. p. 583.

(s) In *Chronico picturato* p. 367. ad a. 1264.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*SIGFRIDVS PRESBYTER* (t) ad annum 1263: *In vigilia Apoſtolorum Simonis et Iudae illuſtres Principes Albertus Turingiae Landgrauius, et germanus eius Marchio, Didericus de Landisberg, conflictum habuerunt cum Duce Saxoniae Alberto, et glorioſe triumphantes, ceperunt ipſum Ducem, et Comitem Henricum de Anhald et alios plures Comites* (*) *et nobiles.* Eumdem annum tenet *AVCTOR ANONYMVS* hiſtoriae (u) de Landgrauiis Thuringiae, cuius locum iam dedi. *Georgius FABRICIVS* locum praelii definiuit prope Wiclinum, pagum Eliſtro adiacentem, in agro Beſenſtadiano.

§. VI.

Vt ſingulas Alberti res geſtas ſuccincte ad annorum ſeriem adligemus et revocemus, impellimur et vtilitatis et neceſſitatis ratione. In nonnullis enim ſcriptores diſſident, quibus certa e vetuſtis monumentis notatio temporis eſt adferenda. Nec minus e re noſtra eſt, euentuum cauſſas e nexu temporis proximisque geſtis deriuare. Cui inſtituto egregie inſeruiunt *Annales.* In praeſens hoc pacto etiam ea, quae alibi omiſimus, commodiſſime ſuppleri poſſunt. Accuratione ſua prae ceteris heic gaudet *Chronicon rhythmicum Principum Brunsuicenſium*, quod, quia ob oculos habuit *IOANNES LEZNERVS*, in Alberti vita et rebus; omni laude, qua hiſtoricus ornari poteſt, eſt digniſſimus.

A. 1252 Otto Puer moritur et Albertus intereſt Comitiis Francofurtenſibus, a Wilhelmo Rege indictis, menſe Iulio. *Chron. Erford.* Huc ſpectat quoque expeditio Hungarica.

A. 1253 Albertus reaedificat Horborgum et litem intendit Archiepiſcopo Bremenſium de Comitatu Stadenſi. *Alb. Stad.*

Eodem ad XI Kal. Sept. Leidae Wilhelmus ipſi confert regalia et exſpectationem feudi proxime vacuefaciendi per Comitatum Peinenſem. Vide infra *Comites Peinenſes.*

Anno 1254 die Margaretae Brunſuici celebrat nuptias cum Eliſabeta, Henrici Ducis Brabantiae filia, per quam implicatus eſt litibus de hereditate Thuringica. In nuptiis *eques* fuit renuntiatus a Iohanne, Marchione Brandeburgico. *Chronicon rhythmicum* c. 68.

Eodem, nuptiis finitis et equitibus multis creatis, expugnauit Wolfebuttelam, et vrbem Peinae cepit, caſtro intacto: Aſſeburgum obſidere agreſſus eſt. *Chronicon idem* c. 70.

A. 1255 continuatur obſidio Aſſeburgi.

A. 1256 Witikindus, Epiſcopus Mindenſis, emit ab Abbate Fuldenſi aduocatiam Hamelii, et oppidum ipſum. Sic vulgo.

Eodem, ſi Lerbeccio (**) credimus, Holſatiam inuaſit et Plonam expugnauit. Sed ad annum 1261 haec ſunt referenda.

Continuatur obſidio Aſſeburgi.

Capiuntur Archiepiſcopus Moguntinus et Conradus Comes Eberſteinenſis: ille redimitur; hic cruci adfigitur. *Chronicon* idem c. 70. *BOTHO* ad a. 1256. p. 366.

Vide *Comites Eberſteinenſes.*

A. 1257. continuatur obſidio Aſſeburgica. Induciae cum Iohanne Epiſcopo Hildeshemenſi:

A. 1258. expugnatur et recipitur Aſſeburgum. *Chronicon rhythmicum* c. 69. *Botho.*

Iohannes, Epiſcopus Hildeſienſis, 4 Kal. Iulii clandeſtinam pactionem init cum Burchardo, Comite Wolfebuttelano, tum miniſteriali Hildesheimenſi. Ex eo ceſſat obſidio Peinenſis, cui Epiſcopus cum Alberto ſeſe accinxerat. *BOTHO* autem obſidionem illam Peinenſem, ab Epiſcopo et Duce tentatam, refert ad annum 1260, p. 366. Sed obſtat *Diploma* pactionis illius clandeſtinae. Vide *Comites Peinenſes,*

A.

(t) Epitom. L. II. p. 1045. To. I. Piſtor. *ed. Struv.* Conf. *CHRONICON terrae Miſnenſis* p. 325. To. II. Mencken.

(*) Inter eos erat Gunzelinus Comes Swerinenſis quoque eiusque filius. *CHRONICON VETEROCELLENSE MINVS* ad a. 1263. p. 440. To. II. Menck.

(u) Concinit *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuicenſium* c. 71. v. 199. ſq. p. 141. To. III. Leibn.

(**) Annum 1257 determinat *FRAGMENTVM Genealogicum* p. 19. To. II. Leibn.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A. 1258. Albertus et Iohannes promiſerunt vrbi Hamburgo omne patrocinium et defenſionem armatam.

Ad eumdem *HISTORIA* de *Landgrauiis Thuringiae* : (a) *Durante adhuc diſcordia inter Heinricum Marchionem ac Lantgrauium Thuringiae et Dominam Sophiam et filium ſuum Lantgrauium Haſſiae ; et poſt multa mala perpetrata in terris Domina Sophia Duciſſa cum filio ſuo viribus diffidentes animoſum principem Albertum Ducem Brunsuicenſem , tunc inimicum in Thuringia, adiit, et filiam Ducis filio ſuo Lantgrauio Haſſio deſponſauit , vt eius adiutorio poſſet reſiſtere Marchioni , cui in viribus et potentia et diuitiis impar fuit. Vnde ille Dux per ſuos aduocatos et cum armigeris de Haſſia multum humiliauit Thuringiam , et maxima damna fecit : et Domina Sophia cum auxilio ciuium Yſenacenſium , qui ei adhaeſerunt , tria caſtra aedificauerunt, Iſenechisberg, Frovvenberg, Metenſtein contra caſtrum Wartberg.* CHRONICON RHYTHMICVM (b) pauca habet de hac expeditione, et quidem, Ducem Erfurto admouiſſe exercitum Thuringiamque deuaſtaſſe , refert.

Ad eumdem annum videtur adferri ab *Auctore eiusdem Chronici* expeditio Alberti in Ottonem Comitem Hadmerslebienſem. *LEZNERVS* eam coniicit in annum 1267. Auctor Chronici paucula enarrat eaque expeditioni Holſaticae et Thuringicae interponit. Albertus cepit caſtrum Ottonis *Heteburne* et trecentos aduerſariorum. Plura non addit Auctor Chronici. Cauſſa belli fuit indubie ferocia Ottonis, qui templis coenobiisque damna creberrima inferebat. *LEZNERVS* refert, Albertum occupaſſe oppidulum *Egeln*, obſediſſe et expugnaſſe Groningam, aegre domuiſſe caſtrum *Harbeke*. Sed haec pertinent ad annum 1267.

A. 1259 Abbas Fuldenſis vendidit oppidum Hamelii Witekindo, Epiſcopo Mindenſi. (c) *SOPHIA*, adiuta ab Alberto, expugnauit oppidum *Creuzbergae*, frendente Henrico, Marchione Miſniae. (d)

A. 1260 Gunzelinus, Comes Peinenſis, latrociniis infeſtabat mercatores vrbium vicinarum, quae querelas ſuas ad Albertum deferebant. Videtur tum denuo Dux tentaſſe obſidionem Peinae, quam *BOTHO* fortaſſis confudit cum illa, ad annum 1285 ſuſcepta.

Eodem anno *CONRADVS*, Alberti frater, dicitur obtinuiſſe Praepoſituram eccleſiae Bremenſis. Anno 1269 ei dignitati certe praefuit.

A. 1261 in die Panthaleonis Hamelenſes pugnant cum Epiſcopo Mindenſi Witekindo ad villam *Sedemunde* et vincuntur. (e)

Eodem anno *OTTO*, frater Alberti, eligitur in Epiſcopum (f) Hildesheimenſem, et retinet Comitatum Peinenſem, Alberto conſentiente, ad dies vitae. (g) *ELISABETHA* vxor obiit, prole nulla relicta.

Eodem anno in die Panthaleonis Ioannes et Gerhardus in *Loheide* contra Danos commiſerunt praelium. (h) Gerhardus ille erat Dux Slesvicenſis regiique Danici generis, qui multa concupiſcebat. Rex igitur Daniae Chriſtophorus, Gottorpium ei erepturus, aggerem Danewerck clauſit, ne Comites Holſatiae ſubuenirent Gerhardo. Acceſſit tamen Iohannes, Holsatiae Comes. Victus Chriſtophorus, et in fuga captus, (i) in manus Gerhardi hoſtis, qui ſibi Sleſvicenſem terram veluti heredium vindicare ſtudebat, et Gottorpii captiuum alebat. Vxor Chriſtophori Margareta Hamburgum in cuſtodiam auecta. (k) Inter haec Iohannes ſenior, Comes Holſatiae, auxiliator Gerhardi Slesvicenſis, Holſaticas terras cum fratre diuiſerat ſibique adtribuerat ſortem iuſto maiorem. Gerhardus proinde arceſſiuit Ducem Albertum, quo cum Plonam expugnauit; Kilonium vero et Lubecam fruſtra tentauit. (l) De liberatione Regis ac Re-

(a) Cap. 58. p. 1330. To. I. Piſtor. *CHRONICON terrae Miſnenſis* ad a. 1253. p. 325. To. II. Menken. *Sophia accerſit in auxilium ſui Ducem Brunsuicenſem Albertum : qui , veniens in Thuringiam cum magno exercitu , multa mala intulit ciuitatibus et villis.*

(b) C. 69. v. 124. ſqq. p. 139.

(c) *IOANNES* de *POLDA* in *Chronica eccleſiae Hamelenſis* p. 515. To. II. Meibom.

(d) *HISTORIA de Landgrauiis Thuringiae* c. 59. p. 1330. Addit obſidionem Iſenaci G. *FABRICIVS Orig. Saxon.* L. VI. p. 580. ſq. Ad hunc annum refert Conradi Comitis ſuſpenſionem de patibulo *CHRONICON Riddagshus.* p. 79.

(e) *IOANNES de POLDA* l. c.

(f) *CHRONICON Hildeshemenſe* p. 754.

(g) *BOTHO* p. 367.

(h) *CHRONICON Holſat.* c. 18. p. 37. Leibn. *CHRONICON rhythmicum* c. 70. p. 138.

(i) *CHRONICON Holſat.* c. 20. p. 48. ſq.

(k) *LAMBECIVS Rer. Hamburg.* L. II. p. 158. ſqq.

(l) *CHRONICON HOLSATICVM* c. 18. p. 37. *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 70. p. 138.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Reginae Danorum variis in locis actum. *OTTO*, Iohannis Marchionis Brandeburgici filius, duxit paullo poſt Hedwigem, Iohannis Senioris Comitis Holſatiae et Schaumburgi filiam. Albertus Dux effecit, vt nuptiis hiſce pacificatio adderetur inter Regem Reginamque Daniae ex vna parte, et Gerhardum Slesvicenſem ac Iohannem Seniorem ex altera. Ita liberauit Albertus Chriſtophorum Regem Daniae adoleſcentem cum vxore. Vt haec intelligantur, nonnihil emolumenti adferet haec tabula:

*WALDEMARVS* II Rex Daniae

| | | | |
|---|---|---|---|
| *CHRISTOPHORVS* Rex. Vx. *Margareta.* | *SOPHIA* vxor Iohannis, El. et March. Brandenburg | *IOHANNES* El. Brandenburg. | *MATHILDIS*, Vx. Alberti Ducis Brunsu. |
| | | Iohannes El. | *OTTO* Marchio Brandeb. Vx. filia Iohannis Senioris. |

A. 1262 reduxit Albertus Regem ac Reginam Daniae in regnum e cuſtodia, ibique aliquamdiu permanſit. Quum conſilia ipſius vbique valerent, nobilis Danus Petrus Vincelini filius cum nouem Gogreviis contra vitam ipſius conſpirauit. Scelere detecto, ſinguli capite plexi. Conſanguinei obtruncatorum, collecta manu tumultuaria, obſederunt ſeruos et miniſtros Alberti, in quodam caſtro commorantes. Dominicani tamen Monachi Brunſuicenſibus liberum impetrarunt diſceſſum. Iohannes Dux fratrem Albertum in Dania viſitauit et inſigne *equitis* ab eo ſuſcepit. (m) Exigebant terrae Brunsuicenſes et diſſidia de erciſcunda Thuringiae hereditate reditum Alberti. Rediit idcirco nunc anno inclinante et abdicauit ſeſe regni adminiſtratione, quam procurabat per Selandiam, Hallandiam, Langelandiam, Scaniam, Fioniam, Falſteram, Alſonam, Weidelandiam et Femeram.

A. 1263. 27 Oct. captus fuit in praelio (*) ad Wiclinum haud procul Hala Salana. (§. 5) Antequam abiret in bellum, haſtiludium Luneburgi celebrauit. (n)

A. 1264 fuit adhuc captiuus, ſiquidem vltra annum detentus fuit a Marchione Miſniae in cuſtodia. (o) Exeunte anno liberatus eſt conditionibus ſat duris.

A. 1265 in vigilia adſcenſionis Domini Abbas Corbeienſis *Tymmo*, conſentiente ſuo conuentu, tradidit Alberto certis conditionibus aduocatiam armatam in Huxariae oppidum, (p) qua antea vſi fuerant Comites Pirmontani.

Eodem expeditionem ſuſcepit militarem in Boruſſorum terras in gratiam Crucigerorum. (q) Vda tempeſtas in cauſſa fuit, vt nil memorabile geri poſſet, licet Otto Marchio Brandeburgicus et Albertus Landgrauius Thuringiae profectionis illius eſſent ſocii. *OTTO* vrbem *Pocarwin* inſtaurauit eique indidit nomen *Brandeburgi.* (r) Praeſidiis ordini crucigerorum relictis, communi conſilio eſt diſceſſum.

Eodem anno Albertus 10 Octobr. confirmauit Brunſuicenſibus ius ciuitatis, ab Ottone Puero indultum. (s)

Eodem anno petiuit ex Anglia vxorem *Adelheidam*, ſororem Ottonis Comitis Montisferratenſis, Henrici III in aula educatam et cognatam reginae Eleonorae. (t)

Anno 1266 impertiuit coenobio S. Iohannis Catelnburgico priuilegium, octaua poſt Paſcha: Hamburgenſibus inſigne priuilegium a Rege Angliae Henrico III obtinuit, quod originem dediſſe videtur ſocietati Hanseaticae.

(m) *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 70. p. 139.

(*) - - - - *VETEROLENSE MINVS* ad a. 1263. p. 440. To. II. Menck. *VI Kal. Nouembris Albertus Landgrauius et Theodericus Marchio de Landisberg fratres congreſſi cum Duce Alberto de Brunswik apud caſtrum Witin. ceperunt eum cum multis armatis.*

(n) *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 71. v. 105. ſq. p. 140.

(o) Ibidem v. 203. p. 141.

(p) *DIPLOMA* eſt apud *CHR. LVNIGIVM Spicileg. eccleſ.* Continuat. p. 909.

(q) *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 71. v. 215. ſq. p. 241. *CHRONICA S. AEGIDII* p. 592.

(r) *PETRVS de DVISBVRG Chron. Pruſſ.* c. 25. 26.

(s) *REHTMEIER Braunſchweig-Lüneburgiſche Chronica* P. III. c. 27. p. 504.

(t) *CHRONICON RHYTHMICVM* c. 72. p. 141.

Ad annum 1297 *LEZNERVS* refert expeditionem aduerſus Ottonem, Comitem Hadmerslebienſem. Hoc anno intra Quadrageſimale tempus Albertus cum fratre Iohanne *exemplo peſſimo* terras Ducatus Brunſuicenſis diuiſit, ſibique retinuit prouinciam Brunſuicenſem et Gottinganam ac Grubenhagicam; fratri ceſſit terram Luneburgicam, cuius terminis Hannovera adhuc continebatur. (u) *BOTHO* eam diuiſionem reiicit in annum 1269, (x) confundens confirmationem diuiſionis cum diuiſione ipſa.

Ad annum 1267 recenſet *BOTHO*, quod Embeca, Comites Daſſelenſes exoſa, ſeſe Alberto ſubiecerit. (y) Comites tributa et exactiones mirum in modum exaſperauerant. *Cuno de Gruben*, caſtellanus Grubenhagenſis, miniſterialis Daſſelenſis, hoc circiter tempore ab Alberto ad tradendum ipſi caſtellum fuit impulſus, nequid Embecae inde noceri poſſet, a qua vix milliari Germanico diſtabat. Progenies *Grubonum*, vnde dicitur caſtrum *Grubenhage*, interiit tandem a. 1305 in Iohanne, filio Etelini. (z) Occupationem Embecae *LEZNERVS* refert ad annum 1271. (aa)

In hunc annum altera lis et diſceptatio Alberti et Iohannis, fratrum, cum *Ottone* Comite Hadmerslebienſi, iam olim tractata necdum ſopita, conferenda videtur. Nam *Chronicon rhythmicum* (bb) illam illico ſubiicit diuiſioni terrarum Ducalium. Duces Comitatum vaſtarunt: *Eglam*, *Groningam*, *Hartbecam* et *Horburgum* ditionis ſuae fecerunt: Conradum, Archiepiſcopum Magdeburgicum, ad inuidiam ſtimularunt, qui, Ducum vicinitatem reformidans, partes Ottonis ſuſcepit labantemque reſtituit. Retinuerunt Duces tamen *Hartbecam* et *Horburgum*.

Anno 1268 continuatam credo *fedam* ſeu diſceptationem armatam Hadmerslebicam. Anno 1269 comitia ſunt agitata Quedlinburgi a principibus Imperii, ibique ad communem pacem ſocietate ſeſe devinxerunt *Albertus* et *Iohannes*, *Otto* Marchio Brandeburgicus, *Henricus* et *Ditericus* filius Marchiones Miſniae, *Gerhardus* et *Henricus* fratres Comitesque Holſatiae et Stormariae, *Iohannes* et *Adolfus* Comites Wagriae aliique. (cc) In primis heic cautum eſt, nequid inimicitiae domeſticae inter Albertum et Iohannem fratres ſupereſſet. Hos enim in mutuas inclinaſſe diſſenſiones ex diuiſione hereditatis, aliunde nouimus. Anno 1267, quinto ante *Iudica* die, *OTTO*, Marchio Brandeburgenſis, lineas primas diuiſionis terrarum duxerat. Portiones, ſortibus ductis, ab Alberto ductae. Vnius ſorti Brunſuicenſis terra adiecta; parti alterius ceſſit Luneburgum. Deinde alteri *Gifhornum* adtributum; alteri *Cella* deſtinata, tum adpellata *Tzelle*. Vtrique optio data deligendi, vtrum tenere mallet. Dominatui Luneburgico adiectae ſunt Abbatiae, Luneburgenſis ac Northeimenſis cum Praepoſitura Alsburgica. Brunſuicenſi dominationi adiunctae ſunt Abbatiae, tum S. Aegidii intra Brunsuicum, tum S. Petri Regiolothariae. Sancitum eſt, vt fratrum vterque reliquas Praepoſituras, et munera ſacra, beneficiis inſtructa, petentibus concederet, et Iohannes eius rei caperet primordia: exceptis eis beneficiis muniisque ſacris, quae vtrique dominationi dudum fuiſſent innexa. Communi iuri et poſſeſſioni ſunt reſeruata oppida, *Hamelium* et *Huxaria*, ac inſula *Gyſelenwerder* inter Albis alueos. Vtrimque porro ſtatutum eſt, vt vrbs *Brunſuicum* neutri ſoli ſubeſſet, ſed vtrique ſeruiret, denominationique inde principali in poſterum deducendae cederet. Additum, vt *ALBERTO* integrum eſſet, ad quartum vsque inſtantis Maji monere in contrarium, ſiqua viderentur potiora. Placuit porro, ſtatuendum eſſe vtrimque die aduentante in *conuentu ad altam arborem*, quid in poſterum videretur probandum; ſin eo die res ad liquidum deduci non poſſet, declarationem Brunſuici eſſe manifeſtandam: quo facto, *IOHANNI* ad Adſcenſionis vsque feſtum fore integrum deligere, vtram partem obtinere mallet. Ita vtrimque conuenerat. Sed remorae iniectae obſtiterunt, quo minus coronis tractatae diuiſioni ante annum 1269 imponeretur. Definita ſunt ſingula in comitiis Quedlinburgicis. Falſum eſt, Caeſaris conſenſu diuiſionem illam fuiſſe (ff) initam. Rudolfus enim Habsburgicus nondum erat electus.

Eodem

(u) *CHRONICON LVNEBVRGICVM* p.176. To. III. Leibn. *CHRONICON RHYTMICVM* c.72. ad a.1268. p.142.
(x) Pag. 368. Conſentiunt *AVCTOR Chronici Bardewicenſis* p.218, *BVNTINGIVS* aliique.
(y) Pag. 367.
(z) *LEZNERVS* in *Daſſelſcher Chronica* L. IV. c.8.
(aa) Loco citato c.13, et L. VI. P. II. c.10.
(bb) Cap. 72. v. 116. ſqq. p. 142.
(cc) *KRANZIVS* Saxon. L. VIII. c.27.
(ff) Sic habet *Narratio vetus de Ducis Magni fatis* p.219. To. III. Leibn.

Eodem anno *IOHANNES* et *ALBERTVS* Duces adſignarunt Conrado, Praepoſito Bremenſi, fratri ſuo, reditus 500 marcarum argenti Bremenſis vno anno ſoluendarum, et quidem trecentas ex decima metalliferi montis Rammelsbergici ad Goslariam, ducentas ex telonio Cellenſi ac Luneburgenſi. Si decimae illae non ſufficerent, quinquaginta marcae deſtinabantur ſoluendae ex aduocatia Aſſeburgica et molendinis Brunſuicenſibus. Statutum ad haec, vt ſingula bona redirent ad Iohannem et Albertum, ſimulac Conrado depenſae fuiſſent 600 marcae. Conuenit quoque Ducibus inter ſeſe de eccleſiaſticis beneficiis Brunſuici vacuefactis, vt ad Albertum Canonicatus et Vicariatus S. Blaſii pertinerent; altare S. Mariae, ordine ſic ferente, poſſeſſori nouo a Iohanne traderetur. (gg) Teſtes fuerunt *Luthardus de Meinerſen*, *Ludolfus de Weſerlinge*, *Heino de Campen*, *Baldewinus de Wenden*, *Iohannes de Salder*, *Wernerus de Medingen*.

Eodem anno fons nouarum ſalinarum Luneburgi detectus.

Solet huc referri bellum Alberti aduerſus Gunzelinum Comitem Svverinenſem. Sed id ad poſtremum annum Alberti eſt differendum. (hh)

§. VII.

Albertus domicilium delegit in caſtro *Grubenhage* ad aliquot annos.

A. 1271 Embecae renuntiat Bernhardus Comes Daſſelenſis. (ii)

Anno 1273 Rudolfus Hapsburgicus eligitur Rex Romanorum. (kk)

Anno 1274 Albertus Aſſeburgi dedit collegio SS. Simonis et Iudae, quod eſt Goslariae, diploma ſuper aduocatia XI manſorum in villa *Werre*, quae vindicatur *Conrado de Werre* praefecto caſtelli Herlingebergenſis. Teſtes fuerunt *Henricus Comes de Blankenburg*, *Hermannus de Werberg*, *Baldewinus* et *Henricus* fratres *de Campen*, *Luderus de Weſerlingen*. (ll)

Anno 1276 de electione noui Archiepiſcopi Magdeburgici actum, Conrado defuncto. Albertus Dux et Otto Marchio Brandeburgicus malebant deligi *Ericum*, huius Ottonis fratrem. Alii diſignarunt *Buſſonem*, Comitem Querfurtanum, inprimis auctoribus Alberto et Thiderico, fratribus, Miſniae Marchionibus. Quum autem ſuffragiis fere paribus vterque eſſet electus, Canonici maluerunt, vtrumque iuri ſuo renuntiare. Buſſo renuntiauit; Ericus non item. Noua tamen de electione actum. Comes Welpenſis fratrem ſuum commendauit.

Anno 1277 circiter *ERICVS* hoſtiliter inuaſit Thuringiam, et Thidericus, Marchio Landesbergenſis, captus eſt. (mm)

Albertus Dux terras Epiſcopales Magdeburgicas ingreſſus eſt, quum Canonici elegiſſent *HENRICVM Comitem de Sualenberge*, quem alii Guntherum vocant, in Archiepiſcopum: Hundesburgum exuſſit: Obſtfeldam expugnauit. Circa Paſchale tempus, huius ſeu ſequentis anni, Comitem Welpenſem terrasque eius eſt adortus, nauibusque et machinis infeſtauit. Inde aggreſſus eſt Comitem Suerinenſem, qui iniurias inferebat mercatoribus Hamburgenſibus et Lubecenſibus, eique ademit loca Albi adiecta, Iohanni deſtinata, ſi Alberto cederet Peina.

A. 1278 Otto Marchio fratris Erici partes publice eſt tuitus. Canonici Hildesheimenſes, praedam Comitatus Peinenſis dimittere nolentes, Epiſcopum ſuum Ottonem commouerunt, vt in fratrem Albertum arma adriperet. Albertus contra expugnauit Sarſtedam et *Empne*, et Hildeſiam obſedit. Incendia, quae Dammonis ſuburbio ſubiecerat, imber large effuſus exſtinxit. (*) Albertus Danos, belli ſocios, dimiſit, et ſeceſſit in terras Gottinganas. Anno exeunte Otto Marchio, Canonicis Magdeburgicis extrema minatus, cum exercitu acceſſit.

A. 1279 Otto, adiunctis ſibi Bohemis, Polonis et Pomeranis, iuxta Froſam ad Albim conſedit. Henricus Swalenbergenſis, adiutus ab Alberto et Thiderico, Marchio-

(gg) Diploma eſt penes *REHTMEIERVM* P. III. c. 27. p. 507. *Br. Lun. Chronica.*

(hh) *CHRONICON rhythmicum* c. 73. v. 6. p. 144.

(ii) Id colligo ex *LEZNERI Chronico Daſſelenſi* l. c.

(kk) *HISTORIA Landgrauiorum Thuringiae* c. 68. p. 1333. *CHRONICON Clauſtro-Neoburgenſe* ad a. 1273. p. 466. *ANONYMVS Leobienſis* in *Chronico* p. 838. To. I. Pezii.

(ll) I. G. *LEVCKFELD Append.* IV. *ad Antiqq. Poldens.* p. 296. ſqq.

(mm) *HISTORIA* de *Landgrauiis Thuringiae* c. 70. p. 1333. ſq.

(*) *CHRONICON Hildeshem.* p. 755.

chionibus Miſnicis, adiutus, adſumto vexillo S. Mauritii praelium ad Froſam (**) felix commiſit 10 Ianuarii. Exercitus Ottonis fuit fuſus, et ipſe captus ac Magdeburgum in cuſtodiam deductus. Liberatus vero eſt, traditis ab Alberto duobus caſtris, antea occupatis; Canonicis largiſſima pecunia exſaturatis: et expenſis 4000 marcis. Inde Albertus, Marchio Miſniae, iturus Archiepiſcopo ſuppetias, terras Brunſuicenſes longe lateque vaſtauit, et iter inauſpicatum praedabundus continuauit ad Fuſam vsque et pagum *Albenhuſen.* Aduolauit propere Dux e terra Gottingana cum Ottone, Marchione Brandeburgenſi, hoſtemque deuicit et fugauit. Albertus Marchio Miſniae fugit Hildeshemium et moenibus ſeſe defendit. Inſecuti Albertus Dux et Otto Marchio: itinera obſeſſa: Hildeshemium corona cinctum, non expugnatum. Obiit interea Otto Epiſcopus Hildeſienſis 4 Iulii, cui ſucceſſor datus Sigfridus, Comes Querfurtanus. Obſidione ſoluta, Albertus Marchio euaſit Woldebergam. Rediit victor Albertus Dux, vt hoſtem interciperet. In itinere autem tentatus morbo, retroceſſit Brunſuicum et fato 15 Auguſti conceſſit in caſtro Ducali, ſepultus in aede S. Blaſii. Haec ita in ordinem redegi ex *Chronico Magdeburgico*, *Chronico rhythmico Principum Brunſuicenſium*, *Chronico vetere Ducum Brunſuicenſium*, *Chronico Hildesheimenſi* aliiſque monumentis (*) fide dignis. Mirifice ab aliis eiſque recentioribus haec ſunt implicata et confuſa, in quorum tamen erroribus detexendis operam perdere nolui.

## §. VIII.

Ad Albertum noſtrum *REHTMEIERVS* refert duos bracteatos, (a) quorum prior leonem cubantem ſiſtit, cauda erecta blandientem, et epigraphen: † ALBERTVS † DVX; alter leonem repraeſentat coronatum adſcripto ad quatuor latera maiuſculo A. Albertum ſcriptores nonnulli vocant *Ducem Saxoniae.* Floruerunt hac aetate Comites Dannebergenſes Henricus, Volradus, Bernhardus et Adolfus, quorum ſigilla dedit Ven. *REHTMEIERVS* (b) hunc maxime in modum:






CAP. IX.

(**) *CHRONICON RIDDAGESHVS.* ad a. 1279. p. 80. *Bellum factum eſt circa Froſe prope Magdeburg.*
(*) - - - - *STEDERBVRGENSE* ad a. 1279. p. 868. To. I. Leibn.
(a) In *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* tab. II. 41. 42. p. 418.
(b) P. III. l. c. c. 27. p. 504.







# CAPVT IX.
## DE
## LIBERIS ALBERTI MAGNI.

CHRONICON VETVS Ducum Brunſuicenſium: (a) *Sex filiorum Ducis Alberti primus Hinricus duxit vxorem filiam Alberti Landgrauii Thuringiae: Secundus Albertus duxit filiam Hinrici Domini de Werle. Tres vltimi Conradus, Otto, Luderus, Cruciferorum* (*) *ſe Ordini manciparunt. Mechtildis nupſit Duci Glogauiae* a. 1212. *in menſe Martio.* HENRICVS eſt conditor veteris proſapiae Grubenhagicae. IOHANNES, Alberti Magni frater, inchoauit lineam vetuſtiorem Luneburgicam. ALBERTVS PINGVIS, Alberti Magni filius, coepit progeniem Gottinganam. IOHANNIS poſteritas maſcula intercidit in *Wilhelmo* a, 1369. HENRICI, cognomento *Mirabilis*, familia maſcula exſtincta eſt a. 1596 in *Philippo Iuniori.* Alberti Pinguis poſteritas glorioſiſſimo flore in hunc diem perennat. WILHELMVS, Alberti Magni filius, quem Chronicon vetus omiſit, cum fratribus Henrico et Alberto, patre defuncto, prouincias paternas (b) tripartito diuiſit. Wilhelmo obtigit Brunſuicum et terra circumiecta: Henricus fuit ſortitus Eimbecam, Hamelium, Oſterodam, Duderſtadium, Gibelhuſam, Comitatum Lutterbergicum, et alia. ALBERTVS *pinguis* recepit terram Gottinganam ac Northeimenſem. Wilhelmus obiit anno 1292, (c) ſepultus in aede, S. Blaſio ſacra. (d) Ex eo coeperunt Brunſuicenſes maiora concupiſcere et turbas excitare. (e) In Alberti Magni epitaphio, quod adſert ENGELHVSIVS, (f) tres ei tribuuntur filii. En illud:

*Poſt* M. *poſt duo* C. *poſt ſeptuaginta nouemque*
ALBERTVS *Dux obiit, dum virgo puerpera ſcandit,*
*Hic tres magnatos habuit Duces ſibi natos.*
*Dux* LEO HENRICVS, *Chriſti devotus amicus,*
*Ipſe fuit natus ab eo, primus generatus.*
*Martius* ALBERTVS, *iuuenis* WILHELMVS *ephebus.*

Sed hiſce addendi ſunt CONRADVS, OTTO, LVDERVS. (g) Feruntur tres hi ſuſcepiſſe ſignum crucis in adoleſcentia.

Con-

(a) Pag. 15. ed. Mader.
(*) Conſentit STADTWEGIVS in *Chron.* p. 273. To. III. Leibn.
(b) BOTHO ad a. 1278. p. 369.
(c) - - - ad e. a. p. 371.
(d) TABVLA S. *Blaſiana* p. 175. Mader. ed.
(e) BOTHO l. c.
(f) In *Chronico* p. 1121. To. II. Leibn.
(g) CHRONICON VETVS *Ducum Brunsuic.* p. 18. To. II. Leibn. et FRAGMENTVM *Genealogicum* p. 20.

*Conradus* exſtitit eques Iohanniticus, obiit a. 1303 et Suplinburgi humatus eſt. *Lotharius* eumdem in ordinem adſcitus fefellit huc vsque notitiam hiſtoricam, quantum ad geſta et annum obitus adtinet. *Otto* Templariis ſeſe adgregauit. *Mathildis*, ſoror, (h) nupſit Henrico III Duci Glogauiae et Posnaniae, heredi Poloniae, cuius tamen ullam partem obtinere haud potuit. Ipſe obiit a. 1309. 4 Dec. relictis ex Mathilde Henrico, cui Sagan obtigit: Conrado, cui Olſna ceſſit: Iohanni, qui adiit hereditatem Steinauiae et Gorae: Przemislao, cui Glogauia obuenit. (i)

## CAPVT. X.
## DE
## Vetuſtiſſima progenie Luneburgica.

Membrum. I. *De IOHANNE et liberis.*
II. *De OTTONE ſtrenuo et liberis eius.*
III. *De OTTONE eiusque liberis, ac de WILHELMO eiusque liberis.*

### Membrum I. de IOHANNE.

Summa. §. 1. *Res geſtae cum fratre communes.*
§. 2. *Inſigne et dominium.*
§. 3. *Acta Luneburgica.*
§. 4. *Mors, coniux, liberi.*

### §. I.

*IOHANNES*, Alberti Magni frater, natus ex Mechtilde, circiter annum 1132, communem cum fratre gubernationem Ducatus Brunsuicenſis geſſit vsque ad annum 1269. Anno 1262 iuit in Daniam, vt Regem fratremque ibi verſantem inuiſeret. Hafniae *equitis* honorem adſumſit. Anno 1264 liberauit fratrem de cuſtodia Miſnica. Anno 1267 cum fratre compactum iniit de bipertiendo Ducatu.

### §. II.

Anno tandem 1269. compacto illi ſatis factum, quo ipſo Iohannes ſuſcepit Ducatum Luneburgicum, vti ſupra demonſtrauimus. Cellam, Winſam, Lichtenbergam, Twiſelingam (*) et partem Brunsuici rexit praeter terras Luneburgicas. Sorti huic ſucceſſu temporis acceſſerunt Comitatus, *Welpe*, *Luchove*, *Dannenberg*, et nobilia dominia *Meinerſen*, *Borgwedel*, *Borgdorf*. Inſigne ipſius exſtitiſſe dicitur huiusmodi:

Sigilla

(h) *CHRONICON VETVS* l. c.
(i) *SOMMERSBERGIVS* To. I. *rerum Sileſiacarum* p. 348.
(*) *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuicenſium* c. 72. p. 142. v. 95. ſqq.



Sigilla ipſius concordant cum forma ſigillorum fratris, praenomine excepto.

§. III.

Anno 1269 Iohannes fontem ſalinarum Luneburgenſem inuenit nouum, quem aptiſſime muniuit et vſui accommodauit. (a) Eodem fine confirmauit conſtitutos ab Ottone Puero magiſtros ſalinarum, *Soetemeiſters*, e quibus ſingulis annis iuſſit deligi duos *barmeiſtros* i. e. praefectos aeſtimandi ſalis, et vnum *buthimeiſtrum* i. e. praefectum diuidundi ſalis. Inſtituit quoque, vt exportatio ſalis ad exteros redderetur facilior. Ortae dein ſunt lites inter nobiles ſalinarum Dominos et ciues Luneburgicos de ſalinis nouis et veteribus. Quas diremerunt a. 1273. 15 Iun. Iohannes Dux, Otto Epiſcopus Hildesheimenſis, Conradus Praepoſitus olim Bremenſis, tunc Epiſcopus Verdenſis et frater communis Albertus, vna cum Gerhardo, Comite Holſatiae et Schaumburgi. Hannoveranis ciuibus a. 1272 die Saturni ante Mariae Magdalenae feſtum indulſit, in Pattenhuſen moratus, priuilegium, quod a. 1277 confirmauit, ne quis extraneus, vndecunque is aduenerit, poteſtate gaudeat, lanam textam ſeu pannum in nundinis vel foro incidendi ſiue uendendi.

§. IV.

Obiit Dux in die Luciae ſeu ad XIII Decembris anno 1277. (b) *LEZNERVS* (c) et *SAGITTARIVS* (d) annum malunt 1276. Emigrauit de vita *Daleburgi*, vbi ſedem tenuerat conſuetiſſimam. *Milites famulique* eius tanto deſiderio et amore ipſum proſequebantur, vt corpus defunctum humeris impoſitum ſuis Luneburgum deportarent, vbi in coenobio S. Michaëlis ſepultus eſt. (e) Vxorem duxit filiam Comitis Holſatiae (f) Gerhardi (g) I, *Lutgardam*, (h) qua cum celebrauit a. 1265 nuptias Hamburgi.

(a) *CHRONICON Bardevici* ad c. a. p. 218. To. III. Leibn. *CHRONICON Riddagshus.* ad a. 1270. p. 79. To. II. Leibn. *Iohannes Dux Luneburgenſis inuenit ſalinam Luneburgenſem.*

(b) *FRAGMENTVM Chronici Bardevicenſis* ad c. a. p. 218. To. III. Leibn. *Tho der tydt ſterff Iohann van Luneborch, und ſin ſone Otto trat in de Herſchop.* *MEMBRANA* S. Blaſii p. 171. ed. Maderi: A. D. 1277. *obiit Dux Iohannes de Luneborg.*

(c) Apud *REHTMEIERVM* l. c. p. 514. *CHRONICON Luneburgicum* p. 176. *He ſterff in dem 1276 iare by ſante Lucien dage.*

(d) De *orig. et incremento Sulciae Luneburg.* §. 22.

(e) *CHRONICON LVNEBVRGICVM* l. c. To. III. Leibn. *De Riddere und knechte hadden een leeff, dat ſe en tho graue trogen van Dalenborch - - und wolden nicht ſtaden, dat men on geſoret hebbe.*

(f) *LERBECCII Chronicon Schaumburg.* p. 513. To. I. Meibom. *Albertus Dux Holſatiam vaſtat. Huius frater ſcilicet Ioannes Dux, filiam Gerhardi Comitis duxit uxorem, et ſic illa diſcordia ſopita eſt.* Nomen Liutgardae notum eſt ex Diplomate, quod *MEIBOMIVS* produxit in Notis ad l. c. p. 539.

(g) *CHRONICON Holſat.* c. 18. p. 37.

(h) *MEIBOMIVS* l. c.

gi. (i) Haec ipſi peperit filias ſex et filium Ottonem ſtrenuum. *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuicenſium* compello teſtem, (k) quod ſic habet:

*Der* (Iohann) *nam zum weib, hab ich gehort,*
*Ein magd von hoher geport,*
*Geporen, und von fürſten art,*
*Von Holſtein Grave GERHARDT,*
*Sagt man, daſs ir Vater were,*
*Auch ſagen uns die Maehre,*
*Wie er bey der Schone*
*Gewan einen Sohne,*
*Der warde geheiſſen Ottholein,*
*Vnd zu töchter ſechs iungfräulein.*

De Ottone Strenuo paullo poſt differemus. Quatuor filias matrimonia iniiſſe, accepimus: *Agneſam* cum Comite Hadmerslebienſi *Garduuino*; *Eliſabetham* cum *Conrado* Comite Wernigerodenſi; *Mathildam* cum *Henrico*, nobili Domino de Wenden; *Helenam* cum Comite Oldenburgico, quem vulgo vocant Iohannem VIII. *Henricus* ille quaerendus eſt inter Dominos de Wenden, qui praefecti fuerunt vrbis Brunſuicenſis, tenueruntque *Wenden* et *Vogtsdalem*. (l) Buntingius et Iohannes Hübnerus eum inueniſſe ſibi videntur inter Venedorum Principes, qui Meclenburgicas terras olim tenuerunt.

## Membrum II.
### DE
## OTTONE STRENVO.

Summa. §. 1. *Acta ad annum* 1300.
§. 2. *Acta ad obitum vsque* 1338.
§. 3. *Mors, coniux, liberi.*

### §. I.

*OTTO*, Iohannis (a) et Luitgardae filius, virtute, magnitudine animi, pietate, litterarum bonarum amore et ſtudio ſecundus nemini. Siquid in eo deſiderari poſſit, id indubie in eo conſtitit, quod vrbibus Hannoverae, Luneburgo, ac Cellis moenium munimenta indulſerit. Quantis enim diſcordiis et obſequii debiti denegationibus vrbes poſthaec Duces Sereniſſimos fatigauerint, ſatis dici non poteſt. Auſpicatus eſt regimen anno 1277, et a ſtrenua animi indole cognomentum *STRENVI* obtinuit. Prima excurſionis hoſtilis initia ſuppeditauit diſcordia cum Marchione Brandeburgico. Conſultabant vero nobiles quidam indigenae, quum inſtaret praelium, de Duce deſerendo, ni querelis ſuis finem ſtatueret per indulgentiam. Telo neceſſitatis impulſus *OTTO* promiſit, ſeſe eis iura ac conſuetudines murmurantium relictorum intactas, immo eas aucturum. Quo facto acriter decertatum eſt, et reportata victoria vniuerſos perfudit voluptate. Quum Dux domum rediret, nobiles obiurgauit de facto improbo diligentiusque eos coërcuit: Auſos recalcitrare ſuppliciis deſtinauit: reos praediis exuit terraque ſua eiecit. Tanta Ducis auctoritate exterriti implorarunt miſericordiam, damnisque reſartis et ſatisdatione praeſtita ſupplices recepti fuerunt. (b) Perſona enim Principis ſancte eſt vbique habenda et in ipſa aduerſa fortuna auctoritas eius in veneratione eſt collocanda. Anno 1281 ſuborta fuit liticula cum oppido Lubecae. Otto igitur 600 galeatos milites, manu promtos, ad illud refrenandum miſit, quorum maxima pars e nobilibus reſtitutis collecta fuerat. Per inſidias, Lubecenſes ciues capti et obtruncati, poenas dederunt temeritatis. Archiepiſcopus Bremenſis,

(i) *LAMBECIVS* L. II. *rerum Hamburg.* p. 166. ſq.
(k) Cap. 72. v. 105. ſqq. p. 142.
(l) Genealogiam eorum dedit *MEIBOMIVS* in *Chronico Riddagshuſenſi* pag. 366. ſqq. To. III. rer. Germ.
(a) *NARRATIO VETVS* de *Ducis Magni fatis* p. 219. To. III. Leibn.
(b) *CHRONICON LVNEBVRGICVM* p. 716. To. III. Leibn.

ſis, qui, tumultuaturis nobilibus opem laturus, exercitum admouerat Luneburgo, repulſus eſt, et Otto Bremam rurſus per triduum obſedit. (c) Nequid igitur Archiepiſcopus in poſterum metueret, exſtruxit Ottersbergam, Vordam muniuit, Stadium firmauit. (d)

Anno eodem 1281 Otto Cellenſibus impertiuit ius ciuitatis: Hannoveranis indulſit facultatem exſtruendi moenia, queis oppidum concluderetur: eisdem confirmauit priuilegium, nequis extraneus ibi in nundinis vel foro pannos nouos venderet: ac ſanciuit, ut quatuor ciues Hannoverani ac totidem incolae caſtelli Lauenrode deſignent nouum Scholarum Rectorem, qui Ducali commendaretur confirmationi. (e) Anno 1282 coenobio SS. Simonis et Iudae dedit chartam conſenſus ſuper Lewenſtadio. (ff)

Anno 1286 cum eo Giſelbertus, Archiepiſcopus Bremenſis, ad vitae ſuae tempus mutuam init ſocietatem, promittens auxilium et opem contra Ducem Saxoniae et milites quondam caſtellanos Luneburgi, qui tum erant Ottonis hoſtes.

Anno 1288 fabri quidam egerunt in ſilua inter Cellas et Hannoveram, vnde congeries ſcoriarum ibi obuiarum ortae eſſe perhibentur. Eodem litterae commeatus dantur mercatoribus, Luneburgum venturis, dummodo hi dederint vectigal publicum et ſingulos argenti florenos de ſingulo *thyere pannorum*.

Anno 1289 Otto aliique proceres Imperii Erfordiae Rudolfo Regi Romanorum praeſto fuerunt. Capite ibi plectebantur tumultuoſi ciues, qui ſeditionem in ſenatum excitauerant. Duce abſente coeperunt ciues Hannoverani moenibus recens conſtructis confidere nouisque rebus ſtudere. Inuadebat eos de improuiſo Dux ſtrenuus, auctoribusque cuſtodiae traditis ac reliquis, ad quos lues quoque manauerat, grauem impoſuit mulctam. Ditiores ac potiores conſternationis anteſignani fugerunt ad Epiſcopum Hildesheimenſem. (f) Suſpicor, Epiſcopum iuri quaeſito in partem Comitatus Wunſtorpienſis Lauenrodenſem imminuiſſe ciuibusque ſeditionem ſuaſiſſe. Ipſe enim fugitiuos ſuſcepit et Sarſtedam inſtaurauit, Empnae vero ab Alberto Magno deſtructae ſubſtituit in loco proximo, ſed munitiori, *Gronauiam*, a Leina interceptam vtrimque, vt propugnaculis eis ſeſe aduerſus Ottonem tueretur. (g) Anno 1290 datum eſt ab Ottone priuilegium Clericis, ad Lichtenbergam habitantibus.

Ad annum 1295 dicitur caſtrum Comitis de Hoja *HOIE* conſtructum. (h) Id quomodo ſit intelligendum, nempe de caſtro *Vchte*, moneo infra, vbi de *Comitibus Hoienſibus* diſſero §. 3.

Anno 1297. 25 Sept. Hannoverani denuo pro libertate ſua vindicanda pugnarunt. Sed moenia diſiecta, et 38 ciues obtruncati. Tandem interpoſuerunt preces pro oppidanis Comites circumvicini, vt Otto ſupplicibus denuo ignoſceret ad 23 Octobr. et polliceretur fugitiuis, ſi redirent, bona olim percepta et poſſeſſa, certe eorum heredibus: omnibus promitteret gratiam: et conſtitueret, muros reaedificare ad arbitrium ſenatus. Teſtes reconciliationis fuerunt *Gerhardus Comes Hallermundenſis*, Egehardus Canonicus Lubecenſis Ducis Protonotarius, *Ditericus a Walmode*, Iohannes a Golterne, Ditericus a Monte, *Burchardus a Cramme*, *Rudigerus a Guſtede*, et *Geuehardus a Bortfelde*, Ducis Vaſalli. Fideiuſſerunt pro Duce Comites Oldenburgii *Iohannes et Otto*, *Gerhardus*, *Otto*, *et Iohannes Hoyenſes Comites*, Ludolphus et Ditericus ab *Escherde*, Ditericus ab *Alten*, Arthurus a Golterne, Conradus Holtgreve, Everhardus a *Rethem*, Conradus a Süderſſen, *Ditericus a Stockem* milites, *Henricus ab Horenberge*, *Vlricus ab Iltene*, *Iohannes a Negenborne*, *Hartmannus a Latbuſen*, *Henricus a Wetberge*, *Eberhardus ab Alten*, *Willebrandus et Bertholdus a Reden*, *Hermannus Knigge*, *Wulbrandus et Bertramus ab Hareboldeſſen et Luderus ab Hanenſee*. (*) Otto Comes

(c) Loco laudato.
(d) *WOLTHERVS* in *Chronica Bremenſi* p. 61. To. II. Meibom.
(e) *REHTMEIER* in *Supplemento ad Br. Lun. Chronica* p. 1835. ſqq.
(ff) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Poldens.* p. 300.
(f) *ALBERTVS KRANZIVS* *Saxon.* L. VIII. c. 35.
(g) *CHRONICON* *Hildeshemenſe* p. 756. To. I. Leibn.
(h) *LERBECCII* *Chronicon Mindenſe* p. 566. To. I. Meibom. *EXCERPTA* ex ordinario eccleſiae S. Matthaei in Brunsuic. p. 470. To. II. Leibn. *Anno 1293. Dux Albertus certam libertatem dedit clero per totam terram et ducatum Brunswick, ita quod nullus aduocatorum ſeu budellorum deberet ſe intromittere de bonis presbyteri defuncti.*
(*) Id ſubindicatum ad a. 1298. in *Chronico Riddagehuſano* p. 80.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Comes Hoyenſis in formula fideiuſſionis Ottonem Ducem vocat *Dominum ſuum*, vnde patet nexus clientelaris ſeu vaſallagii. Otto Comes Oldenburgicus Ottonem Ducem in ſimili formula vocat *dilectum generum ſuum*. Otto et Gerhardus, Comites Hojenſes, a. 1299. 3 Nou. fideiuſſionis pactum conſignarunt.

Anno 1298 vrbes Hildeshemium et Hannovera compactum ineunt de ſoluendis mutuis deditis.

Anno 1300 Otto dedit coenobio Mariaevallenſi de immunitate a teloneo per Cellam. (i) Ferunt, Venedos in terris Luneburgicis, ritu olim Aethiopibus (k) conſueto, ſenes parentesque decrepitos, laboribus ineptos, enecuiſſe. (l) Otto tum decreuit, nequis Canonicorum duobus frueretur Canonicatibus.

## §. II.

Circa id tempus ab Epiſcopo et Canonicis Otto incitatus eſt in ciues Lubecenſes adfligendos. Praemiſit itaque 300 equites, qui ſuburbana bona ferro ignique proſternerent. Lubecenſes eis immiſerunt praefectum vrbis, pedite et equite inſtructum. Interim Otto cum copiis ſubſidiariis eos ſic elicitos grauiter fudit et deleuit. Vt igitur tuti forent Lubecenſes in poſterum ab Ottone, Regem Daniae Ericum adſciuerunt conſeruatorem.

Anno 1301 ſenatus Bremenſis cum Hannoverano in gratiam redierunt. (m) Eodem tempore Otto bellum geſſit cum Ducibus Saxo-Lauenburgicis Alberto et Erico I.

Anno 1303 induciae triennales inter eos confirmantur. Hannoverani tum quoque ritus oppidanos ſanxerunt, auctos poſtmodum annis 1307 et 1308. Anno 1303 Nicolaus, vltimus Comitum Dannebergenſium, Ottoni tradidit Comitatum ſuum, inter Albim et Ieze ſitum, pactus ſibi quotannis 40 marcas Luneburgicas et infeudationes clientum. Bella Ottonis cum Epiſcopis Hildesheimenſibus recenſebimus C. IV. in *Vita Henrici mirabilis*.

*CHRONICON RIDDAGESHVSANVM* (n) ad hunc annum: *Comitiſſa Hollandiae peperit in Hoga 365 liberos ſimul et ſemel.*

Anno 1307 Otto munificentiae ſpecimen coenobio S. Michaëlis, quod Luneburgi eſt, exhibuit, tradita *aduocatia* caſtri Luneburgici de quadam curia iuxta aedem ſacram, in Wenthuſen ſitam. (o)

Anno 1308 ſenatus Hannoveranus tranſigit de quibusdam cum cenobio *Betzingerode*, quod paullulum erat laeſum per exſtructionem murorum Hannoverae vrbis.

Anno 1310 renouatur compactum inter ciues Hildeshemenſes et Hannoveranos de ſoluendis debitis mutuis. Eodem tempore Hannoverani diſcordiis involvebantur cum nobili *Ludouico de Endenborſtel*, equite, eiusque filiis Harthecone et Iohanne.

Anno 1311 diſcordiae illae in mutuam amicitiam vertebantur.

Anno 1314 Otto priuilegia indulſit maribus feminisque, qui per annum Brunsuici habitaturi eſſent.

Ao. 1315 conceſſit Otto, petentibus ſenatui et ciuibus Hannoveranis, conſenſu filii ſui Ottonis, vt inſtaurare poſſent aedificia ſcholae.

Ao. 1318 ſeu 1320 Otto emit Comitatum Luchovienſem a Gunthero, Comite Kevernburgenſi, cuius tale fuit ſigillum:

Anno

(i) *MEIBOMII Chronicon Marienthalenſe* p. 267. To. III. rer. Germ.
(k) *DIODORVS Siculus* p. 166.
(l) *Iohan PETERSEN Chron.* P. I. p. 17. M. *Trogillus ARNKIEL* in *Cimbriſchen Heiden-Begräbniſſen* Hamburg 1702. 4. L. I. c. VI. §. 10. p. 44. ſq.
(m) *DIPLOMA* habet *REHTMEIER* in *ſupplemento ad Br. Lun. Chronica* p. 1838.
(n) Pag. 80. To. II. Leibn.
(o) Apud *REHTMEIERVM Br. Lun. Chronica* P. III. c. 22. p. 516.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Anno 1319 coenobium *Scharnebeck* haud procul a Luna et Bardeuico, inter Ilmenosm et Iezam amnes ſitum, ad meliorem conditionem (p) eſt reductum. Tum *oratorium* quoque in *Raden* exſtrui coeptum, puta locus, in quo preces ad Deum et ſanctos emittuntur.

A. 1320. Iordanus, Abbas Loccumenſis, obtinuit a ſenatu Hannoverano facultatem condendi ſibi domum ad portam Aegidianam. (q)

A. 1322 *OTTO* Dux die purificationis Mariae, nobilitati et veteri Hannoverae vendidit *ius monetae*, ita tamen, vt in loco illo, videlicet *Palaeo-Hanoverae*, duntaxat denarii excuderentur. *Otto* et *Wilhelmus* emtionem confirmarunt. Suſpicatus ſum, *trifolium* in numis Hannoveranis conſpicuum denotare ſpem, a tribus Ducibus amplificatam. Nam ex eo tempore Hannoverani ad bene ſperandum ſigna ſibi ſublata eſſe credebant.

Anno 1324 *OTTO* curiam *Gronhagen* et iudicia ſimul ibi capitalia, cum piſcatura in fluuio *Elmenow*, coenobio S. Michaëlis Luneburgico donauit. Quid porro geſſerit *OTTO*, ſcriptores nos ignorare voluerunt. Ad ſuperiora enim pertinent, quod *Nicolaus* Epiſcopus Verdenſis XXXVI bona, per mortem Waldemari Marchionis Brandeburgenſis vacuefacta, in beneficium fiduciarium, tradiderit Ottoni de Luneborg, (*) videlicet Comitatum Luchowe et Comitatum Dannenberg. *OTTO* bella geſſit cum Hildeshemenſibus Epiſcopis, Sigfrido et Henrico; pacem vero coluit cum Ottone Epiſcopo. (**)

## §. III.

Obitum eius plerumque in annum (r) 1330. 8 Apr. reiici, conſtat. Ex *epitaphio* autem adparet, ipſum deceſſiſſe a. 1338. 5 Apr. Epitaphium illud exſtat in coenobio S. Michaëlis Luneburgico, translato a. 1373 in ſedem nouam ex monte calcario. Illud tres pedes et decem digitos a terra prominet. Latera ſunt ex alabaſtro facta, quae ab ortu ad occaſum repraeſentant inſignia Principum, et a meridie et ſeptemtrione imagines Sanctorum. Laminae duae ſuperiores ſunt orichalceae, et praeferunt effigies Ottonis Strenui coniugisque. Adiecta eſt inſcriptio: ANNO. DNI. M. CCC. OCTO. NONAS. APRILIS. IN. SECVNDA. FERIA. POST. DIEM. PASCHA. OBIIT. SERENVS. ET. PACIFICVS. PRINCEPS. DNS. OTTO. DVX. DE. BRVNSCHWICH. ET. LVNBORCH. REQVIESCAT. IN. PACE. AMEN. Et praeter ea: ANNO. DNI. MILLESIMO. TRECENTESIMO. DECIMO. NONO. IN.

(p) *CHRONICON Luneburgicum* p. 176. T. III. Leibn.
(q) Hoc omiſſum in *Chronico monaſterii Luccenſis* p. 695.
(*) *CHRONICON Verd.* p. 219. To. II. Leibn.
(**) - - - - *HILD.* p. 759.
(r) - - - - *Luneburg.* p. 176. *He ſterff* a. 1330. *CHRONICON RIDDAGESHVS*, ad a. 1330. p. 80. *Otto Dux Luneburgenſis obiit.*

IN. VIGILIA. PALMARVM. OBIIT. INCLITA. DNA. MECHTILDIS. DVCISSA. DE. BRVNSCHWICH. ET. LVNEBORCH. CVIVS. ANIMA. REQVIESCAT. IN. PACE. AMEN. In medio: SOROR. LVDEWICI. IMPERATORIS. (†) Vulgo ſtatuunt, Mathilden hanc obiiſſe a. 1329. Identidem tamen illud memoriae meae ſeſe ingerit, quod Otto, Comes Oldenburgicus, in Diplomate a. 1299. Ottonem Ducem adpellet *generum ſuum.* Liberos (††) Ottonis Ducis hos fuiſſe accepimus: *IOHANNEM*, adminiſtratorem Epiſcopatus Bremenſis et Scholaſticum: (s) *LVDOVICVM*, qui ab anno 1324 vsque ad obitum, qui contigit 1346, Epiſcopatui Mindenſi praeſedit: (t) *OTTONEM* et *WILHELMVM*, patris ſucceſſores: (u) ac ſpurium *LVDOLFVM*, Praepoſitum Medingi recentioris, cui per beneficentiam patris ac fratrum germanorum fundos egregios adiunxit. (x)

## Membrum III.
### DE
## OTTONE ET WILHELMO FRATRIBVS.

Summa. §. 1. *Geſta ſub patris regimine.*
§. 2. *Geſta poſt mortem patris.*
§. 3. *Lis de ſucceſſione Luneburgica.*
§. 4. *Mors, vxores, liberi, ſigilla, numi.*

### §. I.

Iohannes, Archiepiſcopus Bremenſis, nunc amicos ſibi cognouit Ottonem Ducem filiosque ipſius, nunc adverſarios expertus eſt illos. Henricus de Borch, miniſterialis Archiepiſcopi, caſtrum *Vorde*, id eſt, *Bremervörde*, conuertit in ſedem ſociorum latrocinii. Inde eiectus, refugit ad caſtellum ſuum ibique antiquum obtinuit. Archiepiſcopus, vt frangeret hoſtem conſilio cautum manuque promptum, ſocietatem cum Duce Luneburgenſi et Epiſcopo Verdenſi iniit, ac caſtellum illum *Dannenſee* deſtruxit, Henrico in vincula coniecto. Archiepiſcopus vero paullo poſt ob aſperitatem nimiam in commune ſuorum odium incidit. Iohannes Scholaſticus tum accepit traditam ſibi a Capitulo adminiſtrationem Archiepiſcopatus, et Henricum, de Borch dictum, ex carcere Vordenſi dimiſit. Iohannes Archiepiſcopus exſul Romam iuit, vocaturus in ius Iohannem Ducem, adminiſtratorem. Sed Otto pater et filius Iohannem Scholaſticum quouis modo defenderunt. (a) Anno 1322 Otto et Wilhelmus conſenſione ſua corroborarunt ius monetae, Hannoueranis a patre diuenditum. Prior, viuente adhuc patre, dominium Luchovienſe occupauit, Epiſcopo Verdenſi refragante fruſtra. Vterque fratrum a. 1333 in die Iacobi Apoſtoli vrbi Hannoverae impertiuit priuilegium, cuius interuentu ipſa tantum ſolueret telonio Winſſenſi ad Alleram pro ſingulis halecum molibus (laſten) 25 penningos. Anno 1338 diſcidia coeperunt inardeſcere inter oppidum Hannoverae et viros nobiles, dictos de *Wetberge.* Eruptionem fecerunt oppidani ex vrbe ſua, et ſedem, *Wetberge* adpellatam, incenderunt. Interpoſuere, ne malum creſceret, conſilia concordiae *Anno de Heimburg* miles, *Iohannes de Harboldeſſen*, *Iohannes de Gleding*, *Iohannes et Bruningus de Alten* famuli, et reconciliarunt cum Hannoveranis *Iohannem, Henricum et Bruningum, filios Henrici de Wetberge.*

### §. II.

Anno 1348 fratrum vterque reditus annuos ſuos ex hortis pratisque clauſis circumleptis

---

(†) *BOTHO* p. 370. *De nam Mettildam des Palsgreven dochter van dem Ryne, Ludewicus Keyſer Rolffes dochter dochter.*

(††) Singulos idem *BOTHO* recenſet l.c.

(s) *HENRICVS WOLTERVS* in *CHRON. BREM.* p. 64. *Poſtea venit Henricus de Borch de turri Vordenſi in contemtum Archiepiſcopi a Scholaſtico Bremenſi Dn. Iohanne de Lunenborch, qui fuit filius Ducis ibidem, qui tunc fuit protector et adminiſtrator poſitus eccleſiae Bremenſis a Capitulo, abſente Archiepiſcopo.*

(t) *LERBECCIVS* in *Chron. Epp. Mindenſ.* p. 190. ſqq. To. II. Leibn.

(u) *CHRONICON Luneburgicum* p. 176. fin. To. III. Leibn.

(x) - - - - - p. 177.

(a) *WOLTHERVS* in *Chronica Bremenſi* p. 63. 64. To. II. Meibom.

ſeptisque, (b) Hannoverae vicinis, in beneficium nobili familiae contulit, et Hannoveranis indulſit priuilegium, quo eos redimere a Vaſallis liceret. Addita eſt licentia oppidanis vindicandi ſibi Scholam et plures vna exaedificandi. Quem in finem iuſſi ſunt iura ſua, in ſcholam Hannoveranam obtenta, derelinquere *Bertholdus* miles, *Wulbrandus* et *Segebrandus* fratres de *Reden*, *Statius et Ditericus de Alten*, filii Diterici, ac *Luderus*, *Eghardus*, et *Hermannus*, fratres de *Hanenſee*. Anno 1348 Otto de *Rode* vendidit ſenatui Hannoverano molendinum, quod vocatur *Klipmüle*, teſtibus Bernhardo et Luthardo de Meinerſem aliisque. Litteras nomine huius Ottonis obſignarunt Ludolfus de Eſcherden, eques auratus, Anno de Heimburg, ſorores Geſa et Armgarda de Meinerſen, Canonicae Quedlinburgenſes. Anno 1353 Martinus et Ditericus fratres et Aſchwinus, famuli ab *Alten*, Arnoldus Oſſeteveſſen et Ludolfus Teeze, die B. Vrbani renuntiarunt ſenatui Hannoverano ritum, qui vocabatur *ochtmund* ſeu *teinden Scherver*, contra ius fasque in oppido introductum.

Anno 1341 vterque fratrum caſtrum *Vlothe*, ſitum ad Viſurgim, oppignorarunt adfini ſuo Henrico, Comiti Waldeccenſi. (c) Poſthaec latrocinia inualuerunt in terris Albi adiectis. Conniuebant in primis Dux Saxo-Lauenburgenſis Ericus et Comes Wittenborgenſis. Otto autem et Albertus Dux Meclenburgicus raptores, latebris ſuis eiectos, conſectati ſunt, ferroque et igni omnia ad Darſingam vsque et Raceburgum vaſtarunt. Otto obiit anno 1354, et Wilhelmo ſoli reliquit clauum. Quum hic quoque prole maſcula careret; anno 1355 terrae Luneburgicae ſacramento fidelitatis ſeſe Ludovico, filio Magni Senioris, obſtrinxerunt, polliciti, ſeſe, Wilhelmo defuncto, obedientiam ei praeſtitutos. Luneburgenſibus idem eo euentu confirmauit ſingula priuilegia, nec non vrbibus, Luneburgo, Hannoverae, Vlzeno, Luchoviae, Dannenbergae, Pattenhuſae, Munderae, Eldageſſae, Neoſtadio, Cellis, et vicis Winſenae, Dalenburgo, ac Blekedae. Teſtes fuerunt Vlricus Abbas ad S. Michaëlis Luneburgi, Eylemannus Abbas Scharnebeccenſis, Aſchwinus de Salder Praepoſitus ad S. Blaſii Brunſvici, Hermannus Praepoſitus Ebſtorpienſis, Henricus Praepoſitus Lunenſis, Iohannes a Salder commorans Lichtenbergae, Bertoldus a Reden, Iohannes a Salder lineae Calenbergenſis, Ludolfus ab Honhorſt, Wernerus et Segebandus a Monte, Hermannus a Medingen milites, Segebandus a Reden et Pardamus a Plote. Actum Luneburgi. Exeunte anno pariter oppidum Hannoverae iusiurandum fidelitatis dixit. Praeſto fuerunt Aſchwinus a Salder, Praepoſitus ad S. Blaſii Brunſuici, Ioannes a Salder lineae Calenbergenſis, Chriſtianus a Langele, *Bertholdus* ab *Iltene*, Statius a Beveete, *Conradus ab Alten*. *Fridericus a Winningehuſen*, *Burchardus a Wetberg*, *Syverdus ab Alten*, et Ditericus Prome, tam milites quam famuli, aliique.

Vendiderunt id temporis nobiles de Altengandersheim aduocatiam Gandershemenſem nobilem Erneſto Duci, qui Oſterodae domicilium fixerat. Repugnauit *IVDITHA*, Abbatiſſa, et aduocatiam ipſa redimere ſtuduit, per nexum feudalem quippe nobilibus Gandershemenſibus conceſſam. Verum res in neruum erupit. Erneſtus detinuit reditus Abbatiſſae, ex territorio ſuo quotannis dari ſolitos. Iuditha fatigauit precibus Imperatorem, Papam, et Wilhelmum noſtrum. Litteras, eo nomine a Wilhelmo ad Pontificem Maximum datas, ſupra adtuli. (d) Lis ita terminata eſt, vt Erneſtus eiusque poſteritas maſcula ſuſciperet dimidium illius aduocatiae, ad quam pagi circumiecti, exceptis Bolshuſen et Olexen, Ricleveshuſen, Rimmerode, Tideldiſſen, Gerickeshuſen ſeu Oershuſen, et Abbatiskenhuſen, referebantur et ad quam pars vrbis Gandershemii ſpectabat inferior; dimidium aduocatiae ſibi retineret Abbatiſſa, cui vrbs ſuperior et pagi nonnulli erant obnoxii. Quantum vero ad Wilhelmum adti-

(b) *Worttinſe* dicitur. *Wort*, ex *waren*, *verwaren* i. e. cuſtodiendo, eſt locus ſepe clauſus, qui a paſcui ſeruitute eſt immunis. Ex eadem voce reſtant *achtwort*, *kohtwort*. Prata et horti, paſtionum ſeruituti ſubiacentia, ſunt vel Mariana vel Walpurgica. Priora clauduntur die adnunciationis Mariae; poſteriora autem Kalendis Maji.

(c) *HAMELMANNVS Oldenburg. Chronic.* P. I. c. 21. p. 66. *ANONYMI Chronicon Waldeccenſe* p. 820. To. I. Collect. ineditorum S. F. *Hahnii*. *IDEM* p. 821. *Otto, Dux Luneburgenſis, oppignorauit Ottoni Comiti a Waldeck dynaſtiam Flotam cum Gieſſelwerden, aliquot mille marcis argenteis, pro cuius reluitione fratres Ottonis Waldecci, Theodoricus et Henricus, Canonici Colonienſes, fide iuſſerunt*, a. 1347. *HENRICVS* VI, Comes Waldeccenſis, a. 1372. oppignorauit denuo illam dynaſtiam Wilhelmo, Duci Iuliacenſi, mille marcis, p. 824.

(d) Pag. [illegible]6. ſqq.

adtinet, ius quaeſitum in caſtrum Luneburgi et Giſhornium, quod ius ſub Henrico Leone iam fuit exſtinctum, ab Abbatiſſa fuit dimiſſum et poſſeſſori condonatum.

Anno 1356, dom. III poſt Paſcha Cellis Wilhelmus ac gener eius Ludouicus Hannoveranis ciuibus impertierunt priuilegium, quo eis datur facultas ceſpitem, comburi aptum, vulgo *torf*, eruendi in *Locher Mohr*, inter *Warmbuche* et *Lohr*.

Anno 1357 Wilhelmus tradidit et confirmauit Hannoueranis priuilegium muniendae vrbis, et vtendi iuribus tum ſuis tum Mindenſi, Diplomate Luneburgi dato.

Anno 1360 die Iacobi Apoſtoli ad annos tres pepigerunt foederis ſocietatem vrbes ſeptem ad mutuam ſibi praeſtandam defenſionem, videlicet Brunſvicum, Luneburgum, Goslaria, Hannovera, Embeca, Hamelium, et Helmſtadium. Cautum tamen eſt ex compacto, vt ſingulae vrbes Dominos ſuos obedientia debita proſequerentur, *Brunſuicum* Duces ſuos Brunſuicenſes: *Goslaria* Dominos de Hildesheim, Ducem Erneſtum ſeniorem, Erneſtum iuniorem, Conradum de Wernigerode Comitem, Bernhardum de Regenſtene Comitem: *Hannovera* Ducem Wilhelmum: *Luneburgum* itidem: *Embeca* Duces Brunſuicenſes, Dominos de Hildesheim, et Baronem de *Homburg*: *Hamelium* Erneſtum ſeniorem et Albertum eius filium: *Helmſtadium* Duces Brunſuicenſes, Burchardum Baronem de Warberge et Henricum de Veltheim

Anno 1361 controuerſias agitare coeperunt Dux Wilhelmus, vrbs Hannovera, Aschwinus de Salder, Praepoſitus S. Blaſii Brunſuici, Ludolfus de Honhorſt, Iohannes de Salder, miles, Iohannes de Honlage, Iohannes de Elzen, Hartmannus de Lathuſen et nobiles reliqui terrarum Luneburgicarum cum Comite Schaumburgenſi, qui hebdomada Paſchali Iohannem de Salder inſectatus et intra Hannoveram compulerat, interfecto vno eius comite. Occuparunt Comites Schaumburgenſes tempeſtatem belli, propediem exorituram. Gerhardus, Adminiſtrator Epiſcopatus Mindenſis, Otto et Bernhardus eius fratres, nec non Adolfus ac Simon Comites Schaumburgici damnum reſarciendum curarunt, addita pollicitatione ſanctiſſima ad 14 et 18 Aprilis de pace perpetuo colenda.

Anno 1365 Wilhelmus, et paullo poſt Ludouicus gener eiusdem, indulſerunt Hannoveranis licentiam amputandi ſepes inter ſiluas Warmbock, Mitsburg et Lam.

Vterque Ducum a. 1369 Kalendis Februarii donarunt Dominis de Vintlo locum clauſum, *wort*, in pago Wilſede ſitum.

Biennio ante indulſit, vna cum Ludouico, Ducis Magni Senioris filio, Praepoſitis, Abbatibus et Epiſcopis ſuis exercitium commerciorum, quale ciuibus et vicorum incolis patebat. Praeterea non omittendum duximus, Wilhelmum diſcordaſſe cum Mauritio, Comite Oldenburgico, adminiſtratore Epiſcopatus Bremenſis de finibus mutuis, eoque fine caſtrum *Lewensbruck* ad Wummenam condidiſſe. (e) Huc quoque pertinent bella eius cum Erico, Duce Lauenburgico, obſidio Reifenburgi, deuaſtatio Erteneburgi, exſtructio caſtri Gammerode, ad quam effectui dandam ſenatui Brunſuicenſi ipſe a. 1354 et 1357 praefecturam Kampe, et a. 1359 Vosfeldam oppignorauit. (f) Ex quibus, ſi ſimul ſingula ob oculos ponantur, eſt exploratiſſimum, Duces fratres laudem munificentiae, fortitudinis, ac iuſtitiae, ad memoriam omnium ſaeculorum propagaſſe. Quo minus autem iura nonnulla vehementius ſibi vindicare vel lacertos latius mouere potuerint, impedimento fuit poteſtatis in partes diuiſio.

§. III.

Wilhelmus caruit prole maſcula, ac Ottonis fratris princeps filius, admodum puer, obiit. Exſtincta proinde fuit, defuncto Wilhelmo, proſapia Luneburgica. De ſucceſſione fuit admodum vehementer decertatum, generis Wilhelmi hereditati Luneburgicae imminentibus. Litem ipſam ſuccincte debiteque enarrabimus infra in Vita Ludovici, filii MAGNI Senioris. Wilhelmus primo terras ſuas deſtinauerat Eliſabethae filiae, quae ex Ottone Albertum Ducem Saxoniae ſuſcepit. Fauit quoque Alberto Wilhelmus. Deinde vero Ludovico genero, Duci Brunſuicenſi, hereditarias terras addixit. Ludouicus obiit a. 1358, nullo relicto herede. Succeſſorem itaque ſeſe obtulit Magnus Torquatus, Ludouici frater, haud inuito Wilhelmo. At Carolus IV Imperator ius quaeſitum Alberto, de quo diximus, confirmauit, et Wilhelmum ſecus ſentientem proſcripſit. Inuaſit itaque Albertus hereditatem, feruentiſſimis votis expetitam, eamque

(e) *KRANZIVS Saxon.* L. IX. c. 31. Miror, nihil de hiece legi apud Henricum Wolterum p. 66.

(f) Quae teſtimoniis comprobare ſuperſedi, deſumta ſunt ex Ioanne Legnero et ſupplementis Ven. Rehtmeieri ad eumdem.

eamque per annos 1383. 1384. et 1385. rexit. Anno 1385. 28 Iunii ad caſtrum (*) *Ricklingen*, iuxta Leinam in Comitatu Wunſtorpienſi ſitum, et tunc Dominis de *Mandelslo* ſubiectum, ictu lapidis proſtratus periit. Succeſſit porro *HENRICVS*, Magni Torquati filius, eiusque ſucceſſores Sereniſſimi terras Luneburgicas in hunc diem retinuerunt.

## §. IV.

Otto obiit, ſi *Chronicon Luneburgicum* (g) ſequimur, anno 1340. Reclamant autem acta eius et res geſtae, in quibus breues fuimus. (§. 2) Adſentior potius Leznero, qui determinat annum 1354. 18 Aug. Sepultus fuit Luneburgi in coenobio S. Michaëlis. Vxorem ſibi adſciuerat *Margaretam*, filiam Henrici Ducis (h) Meclenburgenſis, ex qua procreatus eſt *Otto* et *Mathilda*. Prior, quum veheretur vehiculo ludicro, quod, ſubuerſum forte, a ponte in *Elmenowe* amnem decidit, et infantem ſubmerſit (i) in loco, qui dicebatur *Emmendorpe*; Filia nupſit Henrici, Comitis Waldeccenſis, (k) filio, qui eo nomine partem terrarum Luneburgicarum, Ottone mortuo, obtinere ſtudebat. Filius ille Henrici IV fuit Otto IV. Nuptiae fuerunt initae a. 1333. (l) Vulgo vocant maritum Mathildae Henricum. De iure Comitis Waldeccenſis in terras Luneburgicas quaeſito ſic diſſerit *ANONYMVS*, ſeu potius *Daniel Praſſerus*: (m) *Anno* 1349 *Ottoni Duci Luneburgenſi, absque liberis maſculis mortuo, ſucceſſit Wilhelmus, Dux Brunsuicenſis, qui dotem aliaque bona hereditaria, Ottonis Ducis filiae, Ottonis Waldeccii vxori, decreto Caroli IV Imperatoris, ad* 100000 *marcas argenti puri ſoluere condemnatus fuit, anno* 1357. *Quum vero annis diuerſis Wilhelmus Dux, aliquoties citatus, decreto Caeſaris parere nollet, in bannum imperii et eccleſiae declaratus fuit, in quo etiam eſt mortuus.* Wilhelmus duxit vxores quatuor, alteram poſt alteram, nempe *Mariam*, filiam Regis Maioricae: *Sophiam*, e Rege Sueciae natam: *Geſam*, filiam Comitis Rauensbergenſis: et a. 1339. *Eliſabetham* ſeu *Agneſam*, Ottonis Principis Anhaltini natam, (n) ſeu, quod alii malunt, Erici I Ducis Saxo-Lauenburgici filiam. Peperit vna vel altera harum, neſcio quae, filias duas, *Agneſam*, quae a. 1339 Ottoni, Duci Saxoniae Anhaltina nupſit, et hic ex ea Albertum genuit; ac *Mathildam*, quam duxit Ludovicus, Dux Brunsuicenſis, Magni Senioris filius, nulla prole inſignem. Wilhelmus tandem in lite de hereditate terrarum Luneburgicarum a. 1369. 23 Nouembris, die Clementis obiit. (o) Sigilla Ottonis et Wilhelmi, fratrum adoleſcentium, ſunt haec ad annum 1323:







Wil-

(*) *CHRONICON RIDDAGSHVS.* ad a. 1385. p. 81. To. II. Leibn. *Albertus Dux Luneburgenſis occubuit iuxta Riclingen. CHRONICON LVNEBVRGICVM* p. 188. To. III. Leibn. *COMPILATIO Chronologica* ad e. a. p. 1107. To. I. Piſtor.
(g) Pag. 177. To. III. Leibn.
(h) *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 378. ad a. 1330.
(i) *CHRONICON LVNEB.* p. 177. *BOTHO* l. c.
(k) - - - - - - - l. c.
(l) *ANONYMI Chronicon Waldeccenſe* p. 821.
(m) In *Chronico Waldecc.* p. 822.
(n) *BOTHO* p. 377. ſq.
(o) *CHRONICON Luneburgicum* p. 179.

Wilhelmi ſigillum ad a. 1330 eſt huiusmodi :



M.CCC. XXX.

Bracteatos duos, in quibus leo, ornatus Ducali corona vnionibus ſeu pinnis inſtructa, eminet, addita inſcriptione : *Otto de Luneburg*, adtulit Ven. *REHTMEIERVS tab.* II. *fig.* 46. 47. *OTTO* et *WILHELMVS* dimidium caſtri et vrbis Gandershemenſis tenuerunt loco pignoris a nobilibus de Gittelde et hi a nobilibus de Gandersheim. Anno 1350 *IVTTA* Ducibus partem illam tradidit. En diploma : *Van der gnade Godes we IVTTE Ebdiſche vnd dat gemene Capitel des Stichtes tho Ganderſem, bekennen openpar in duſſem breve, dat we de erbaren forſten, Hertogen OTTEN vnde Hertogen WILHELME, van Brunſchwig vnde van Luneburg, ledig vnde los latet der verkündigunge, de ſe vs gethan hadden, vmb de Loſinge öres Dehls des Huſes vnd der Stadt to Ganderſem, vnde deme, dat dartho horet, vnde gevet Enen deſeweghen duſſen breff beſegelte met vſener vorbenomeden Iutten Ebdiſſchen Ingeſegele, des we Preveſtinne, Dekeninne, vnde dat Capitel verſproken mede bruket. De is ghegheven na godes borth drittein hundert Iahr, in dem foſtigeſten Iare, in vnſer fruwen auende Lechtmiſſen.*"

## Capvt XI.
## DE
## DVCIBVS BRVNSVICENSIBVS, ad progeniem vetuſtiſſimam Grubenhagicam referri ſolitis, et paralipomenis genealogicis.

Membrum I. de *Henrico Mirabili.*
II. de *Henrico* II *Iuniori.*
III. de *Henrici* II *liberis.*
IV. de Henrici II fratre *Erneſto Oſterodenſi.*
V. de *Alberto* II et *Iohanne.*
VI. de *Friderico Oſterodenſi.*
VII. de *Ottone Embecenſi.*
VIII. Emendationes genealogicae 1. Gebhardianae 2. Rehtmeierianae.
IX. Diplomata.
X. Feuda.

Mem-

## Membrum I.
### DE
# HENRICO MIRABILI.

Summa. §. 1. *Cognomen et ſigilla.*
§. 2. *Acta ab a.* 1279. *ad* 1290.
§. 3. *Geſta ab a.* 1290. *ad* 1300.
§. 4. *Geſta ab a.* 1300. *ad a.* 1310.
§. 5. *Geſta ab a.* 1310. *ad annum emortualem* 1322.
§. 6. *Vxor et liberi.*

### §. I.

*HENRICVS* ſecundus Alberti Magni filius, conditor familiae Grubenhagenſis, obtinuit cognomeu *Mirabilis*, *des wunderlichen*, id eſt, *Moroſi*, eo quod omnia modo auſtero agebat nec facile in fortuna praeſenti adquieſcebat. (a) Vocauit ipſe ſe *Comitem Palatinum Saxoniae* in diplomate a. 1313 dato, (b) fortaſſis ex fama, quae perhibuit, terris Grubenhagicis eam inhaeſiſſe dignitatem. Comitem enim Palatinum Henricus II habuit per Comitatus Erichgavi, Wencigavi, Grenigavi et Fritheniga-vi, eamque terram donauit eccleſiae Ganderſemenſi, a qua rurſus Duces Brunſuicenſes eam obtinuiſſe videntur. Sigillum, et Ducale et Palatinum, fuit eiusmodi:




§. II.

(a) *MEIBOMIVS* in *Notis ad Andronici bullam auream* p. 469. To.I. rer. Germ.
(b) *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* P.III. c.30. p. 530.




§. II.

Alberto patre defuncto, Henricus ac Albertus et Wilhelmus fratres diſſidia cum Epiſcopo Hildeshemenſi continuarunt. Repoſcendus enim videbatur Comitatus Peinenſis. Ottoni Epiſcopo inter haec ſucceſſerat Sifridus, antea Decanus Magdeburgicus, Comes Querfurtanus, qui, adflictis eccleſiae ſuae rebus vndique remedia adlaturus, flebili principio meliorem fortunam ſubiecit et adiunxit. Primum enim amiſſu caſtri *Campe* inſignem accepit cladem. In illud ſeſe receperant praecipui miniſteriales et clientes eccleſiae. Duces id arctiſſima cinxerunt obſidione ac denique expugnarunt, abductis vltra 70 captiuos et inde in exſilium abreptis. Orta deinde inter Duces fratres diſcordia, Epiſcopus foedus pangit cum Wilhelmo et Alberto contra Henricum noſtrum. Ab illis accipit ſtipendii loco caſtrum Stauffenburgi, quod, finito bello, redderet. Ita Epiſcopus pleroſque captiuorum recepit, et, in gratiam foederatorum, expugnationi Helmſtadii interfuit. (c) Actum fuiſſet de Epiſcopatus Hildesheimenſis territorio, ni Henricus, cui ſemper ſors terrae ſibi adtributa diſplicebat, in fratres inſurrexiſſet. Infrequens fuit hoſpes caſtelli *Grubenhagen*; plerumque Brunſuici cum Wilhelmo fratre verſari maluit. Suffragio Grubenhagico in comitiis Imperii ſeparatim eſt vſus. Operae pretium eſſet, in originem eius rei inquirere. Eimbecam, inuitis et inuidentibus Comitibus Daſſelenſibus, Henricus a patre acceptam, retinuit. Anno 1280. 16 Kal. Aprilis *HENRICVS* Dux diplomate confirmauit emtionem, per quam Iohannes Praepoſitus eccleſiae Stederburgenſis nonnulla praedia a Nobili Domino *Ecberto Aſſeburgio* conuentui ſuo comparauerat. (d) Teſtes fuere: *Adelheida*, Ducis mater, Comes Henricus de Blankenborg, *Burchardus Marschalcus* ab Aſſeburg dictus, Ludolfus de *Weuerlinge*, Henricus de *Campe*, Bertramus de *Veltem*, Otto de *Gerchsheim*, aliique. Conſenſerunt a. 1282 reliqui fratres Duces *Albertus*, *Wilhelmus* et *Luderus*. Anno 1283 Henricus caſtrum Wolfelbuttelae reaedificauit, (e) fratribus et cognatis id aegre ferentibus. Eodem anno *Otto Strenuus*, Dux Luneburgicus, vna cum Epiſcopo Hildeſienſi Sigfrido, caſtrum *Lutter* obſedit. Anno ſequenti bellum aduerſus Henricum videtur exarſiſſe, ad quod feliciter gerendum Sigfridus paullo ante et numeroſam argenti ſummam coëgerat et exercitum conſcripſerat lectiſſimum. Sed dolendum eſt, *Annales* heic laborare lacunis. Anno 1284. 26 Iun. pueri Hamelenſes a fiſtulatore, qui promittebat exactionem rattorum et murium, dicuntur extra portas educti et a monte

(c) *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 756. *CHRONICON S. MICHAELIS* p. 796. To. II. Leibn.
(d) - - - - *STEDERBVRG*. p. 808. To. I. Leibn.
(e) - - - - *IDEM* l. c.

Coppelberg in loco ſuppliciorum capitalium abſorpti. Multum in vtramque partem diſputatum eſt, ſitne haec narratio fabulis adnumeranda, an veritati videatur conſentanea. Poſterius maluerunt M. *Samuel Ehrich* Rector Hamelenſis *de exitu Hamelenſi* 1654 (*) ſeu *von der Hameliſchen Kinder Ausgang* 1690. Prius placuit *Martino Schockio*, qui ſcripſit a. 1659 et 1662 Groningae *fabulam Hamelenſem*, in qua Ehrichium confutatum vides. Schockium denuo refellere conatus eſt (**) *Franciſcus VVerger*, eccleſiaſtes Lubecenſis. Contra ſcripſit *Ludouicus Liebhartus*, Profeſſor hiſtoriarum Birutinus, a. 1671 Diſſertationem de *fabuloſo liberorum Hamelenſium egreſſu*. Eodem anno fabulam tollere auſus eſt *Theodorus Kirchmayer*, Profeſſor Vitebergenſis, in Diſſ. de *Inauſpicato liberorum Hamelenſium egreſſu*. Commemorationem de egreſſu liberorum Hamelenſium in numero verarum hiſtoriarum reputarunt praeterea *Ioannes VVierus*, (f) *Philippus Camerarius*, (g) *Henricus Meibomius*, (h) *Petrus Albinus*, (i) *Athanaſius Kircherus*, (k) *Iacobus Lampadius*, (l) *Lucas Loſſius* (m) aliique. Hamelenſes olim hiſtoriam hanc inſeruerunt vrbis ſuae Annalibus, vitreis templorum figuris, et famae communi. Antiqui inde verſus feruntur prognati.

> *Im Iahr* M. CC. LXXXIIII *nah Chriſti gebort*
> *Tho Hameln worden vthgevohrt*
> *Hundert vnd* XXXIII *Kinder daſülveſt geborn,*
> *Durch einen Pipper under den Köppen verlorn.*

In antiqua membrana MEIBOMIVS haec reperit notata: *Anno* 1284 *in die Iohannis et Pauli perdiderunt Hamelenſes centum triginta pueros, qui intrauerunt montem caluariam.* Verſus erant quoque additi:

> *Poſt duo* CC. *mille, poſt octoginta quaterve,*
> *Annus hic eſt ille, quo languet ſexus vterque*
> *Orbantes pueros centum atque tringinta Ioannis*
> *Et Pauli caros Hamelenſes, non ſine damnis:*
> *Fatur vt omnes eos viuos caluaria ſorpſit.*
> *Chriſte tuere reos, ne tam mala res quibus obſit.*

BOTHO, STADTVVEGIVS, CORNERVS aliique, qui geſta huius temporis in litteras retulerunt, ſilentio haec inuoluunt. Satanam poſſe per corpus ſuum condenſatum adparere, formam hominis ſuſtinere et homines per terram aëremque deducere, perſuadet I. TH. CANZIVS. (n) In pueros Satanae eſſe poteſtatem, a Deo conceſſam, prorſus eſt incredibile. Fabulae igitur ſunt: 1) Diabolum pueros illos deduxiſſe in montis cauernas: 2) Pueros in Tranſiluania (o) e terrae hiatibus rurſum prodiiſſe: 3) Hamelenſes olim ab egreſſu puerorum inchoaſſe annorum ſupputationem. Egreſſum ipſum praefracte negare non libet. Suſpicatur Simon Fridericus HAHNIVS, (p) latere in eo hiſtoriam, quam GODEFRIDVS COLONIENSIS ad annum 1212 (q) ita recenſet: *Ex omni Francia et Teutonica pueri diuerſae aetatis et conditionis cruce ſignati, ad ſubuentionem terrae ſanctae, Hieroſolymam proficiſci, diuinitus ſibi imperatum adfirmabant.* Et pauculis interiectis: *Multi illorum in ſiluis et deſertis locis aeſtu, fame et ſiti perierunt. Alii, Alpes transgreſſi, mox vt Italiam intrauerunt, a Longobardis ſpoliati et repulſi cum ignominia redierunt.* Addit ALBERTVS STADENSIS: (r) *Plurimi ex eis a parentibus claudebantur, in vanum tamen, quia fractis clauſuris aut parietibus exſilierunt.* Paullo poſt: *Adhuc, quo devenerint, ignoratur. Sed plurimi redierunt, a quibus dum quaereretur cauſa*

(*) Recuſus eſt libellus Hanoviae 1655. 1661. 1665.
(**) Inſcriptio libri: *Hiſtoria Hamelenſis contra Martinum Schoockium defenſa.* Hamburgi, 8. Sine anno impreſſionis.
(f) De *praeſtigiis Daemonum* L. I. c. 16.
(g) *Centur.* II. *Operarum ſucciſivarum* c. 12. p. 68. ed. Francof. 1601. 4.
(h) In *Hiſtoria Bardevic.* p. 80. To. II. rer. German.
(i) In *Meiſniſcher Berg-Chronica* p. 112.
(k) In *Muſurgia vniuerſali* To. II. L. IX. c. 7.
(l) In *Melliſicio hiſt.* P. III.
(m) In Hiſt. eccl. p. 264.
(n) In *Iuriſprudentia theologiae* c. III. p. 156. ſq.
(o) VALENTINVS FRANCKIVS in *originibus nationum, praecipue Saxonicae in Tranſyluania* p. 26.
(p) P. IV. der *Reichs-Hiſtorie* c. IV. §. 16. p. 223.
(q) Pag. 281.
(r) Ad a. 1212. p. 301.

*cauſa curſus, dixerunt, ſe neſcire.* Verum tempori illi, quod Hamelenſes determinant, haec minus reſpondent. Supra (s) coniectaui, indicari cladem Hamelenſium, a. 1261 acceptam a Widekindo Epiſcopo Mindenſium, qui media aeſtate ad diem Panthaleonis Hamelenſes in praelium egreſſos prope Munderam circa villam Zedemunde vicit et Mindam abripuit captiuos. Iohannes de Polda, Senior tum Capituli Hamelenſis, vixit anno 1284 adhuc, et, quae eo geſta publiceque tranſacta ſunt, litteris mandauit, certe non omiſſurus illum egreſſum, ſi alium nouiſſet, ac illum anni 1261.

Anno 1285 *Tilo Kolup*, faber quidam, lineamentorum modulis Friderico II. Imperatori ſimillimus, ſeſe geſſit pro Friderico illo, dudum defuncto. Fidem fictioni (t) habuerunt ſummates permulti et inter hoſce ipſe noſter Henricus. Quum milites quoque Imperatoris viderentur ad fabulam amplectendam proni, Rex Rudolfus aduerſus eum inſurrexit, Wezlariae incolas ad eum tradendum compulit et impoſtorem incendio combuſſit. (u) Fridericus II iam obierat a. 1250, 13 Decembris, in aſſumpto Monachi Ciſtercienſis habitu, ſepultus in templo Monrealenſi ad Panormum.

Anno 1286 in die Petri et Pauli Henricus Brunſuici cum fratre Alberto compactum (x) ſanciuit de bonis vxorum communi conſilio tenendis et nullis poſſeſſionibus niſi mutuo conſenſu alienandis. Teſtes fuerunt *Heidenricus Comes Lutterbergenſis, Ecbertus de Aſſenborg, Ludolfus de Wenethen, Ludolfus de Weferling, Bertramus de Velthem, Vertheco de Vsler* milites, et alii.

Anno 1287 Rex Comitiis Wirciburgicis interfuit, vbi cum proceribus Germaniae de communi pace actum. (y)

Anno 1289 Henricus coenobio Lamſpringenſi defenſionem promiſit atque tutelam.

§. III.

Anno 1290 Rudolfus Rex Erfurti in Thuringia denuo habuit comitia, in quibus Albertus, Henricus et Wilhelmus, et Otto Luneburgenſis comparuerunt ac communi paci promouendae operam dederunt. (a) Walkenredenſi coenobio eiusque bonis tum immunitas a tributis eſt confirmata. Eodem anno Henricus Abbas Werthinenſis ac Helmſtadienſis indulſit Monachis Auguſtinianis, ex *coeli porta*, coenobio ad Wernigerodam, aduenientibus, condendi intra Helmſtadium (b) aedem ſacram, ordini ſuo ſacram. Senatus Helmſtadienſis igitur eis tradidit Hoſpitale ſeu ſacellum (c) Annae, a Templariis Supplingeburgenſibus ante annos 25 emtum, addiditque facultatem Monachis emendi ſpatium adiectum, coenobio exſtruendo ſufficiens. Pro ea beneficentia Henricus Abbas, dynaſta de Wildenberg, ciues Helmſtadienſes a banno, quo ipſos Rudolfus Rex obſtrinxerat, liberauit. Quum euileſceret in his terris Papalium indulgentiarum auctoritas, Monachi hi Eremitae a. 1527, ad quatuor redacti, ſenatui oppidano coenobium et ſigillum tradiderunt eoque facto emigrarunt. Anno 1629 fruſtra Pontificii coenobium repopoſcerunt. Duces tandem Antonius Vlricus et Rudolfus Auguſtus, fratres, collapſum coenobium in templum Academicum commutarunt, vt in poſterum exercitiis homileticis ſtudioſorum (d) inſeruiret. Inauguratio incidit in a. 1703. 15 Octobris.

Anno 1290 tertia pars Brunſuici (e) periit incendio. Eodem circiter tempore Henricus Mirabilis commoratus eſt in caſtro Herlingsbergae prope Goslariam. Quum rediret Grubenhagam, reliquit ibi praefectum et milites. Sed hi infeſtarunt vias regias, et mercatoribus, huc illuc commeantibus, praecipue Goslarienſibus innumerabilia intulerunt mala. Querelae ad Regem delatae, et is caſtrum deſtrui iuſſit, quum Henricus petitioni conquerentium non adnuiſſet. Pronuntiauit prae-

(s) Pag. 382.
(t) *Iohannes VITODVRANVS* in *Chronico* p. 25. To. I. Acceſſ. hiſtoric. Leibn.
(u) *SIFRIDVS PRESBYTER* L. II. *Epitom.* p. 700. *AVENTINVS* Annal. Boic. L. VII. c. 10. *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 300.
(x) *MADERVS* in *Antiqq. Brunsuic.* p. 263. ſq. diploma adtulit, et ex eo *REHTMEIER* P. III. c. 30. p. 523.
(y) *SIFFRIDVS Presbyter* ad e. a. p. 700. ſeu 1049. ed. Struv.
(a) Idem *SIFRIDVS* ad a. 1290. p. 1050. *DIPLOMA RVDOLFI* in Leuckfeldi *Antiqq. Walckenred.* c. XVIII. p. 365.
(b) *MEIBOMIVS* To. III. rer. Germ. p. 231.
(c) I. Andr. *SCHMIDIVS* in Diſſ. de *Hoſpitali et ſacello S. Annae.*
(d) *IO. ANDR. SCHMIDII Oratio* de *Templo Auguſtiniano ſeu Porta coeli.*
(e) *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 371.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

praeterea Rex Henricum pacis publicae violatorem. Quo facto foedus inierunt oppida, Goslaria, Brunsuicum, Hildeshemium, Halberſtadium et Magdeburgum cum Comitibus de Blankenburg, Regenſtein, Schraplau, Mansfeld, Hackeborn, Arnſtein, Valkenſtein, Stolberg, Wernigerode, Querfurt, Hadmersleben, Barbi, Anhalt, Archiepiſco Magdeburgico, Epiſcopisque Halberſtadenſi ac Hildeſienſi. Omnibus idem erat animus demoliendi caſtellum, vnde tot mala permanaſſent in regiones adiectas. Henrico tulerunt opem Thuringi, a ſocero Alberto miſſi, Epiſcopi et Bremenſis et Verdenſis, ac Comes Waldeccae. Primi obſeſſorum conatus erant irriti. Henricus enim, ſubſidiis firmatus, aduolauit praelioque facto hoſtes vicit, ac Archiepiſcopum Magdeburgicum Ducemque Wilhelmum cepit. Caſtellum Comiti Waldeccenſi Ottoni II, filio Henrici III, ab Henrico in cuſtodiam ac fidem adtributum. (f) Paullo poſt Henricus Dux euacuauit locum, et milites excedere iuſſit. Tum raptores denuo ibi ſeſe abdiderunt, quos confoederati inde eiecerunt, et caſtro deſtructo pacem regiam renouarunt. Ita Leznerus haec poſtrema recenſet. Add m vero nonnulla veterum loca, vt diſtincte de re tanta iudicari poſſit. *CHRONICON HILDESHEMENSE*: (g) *Deinde ex mandato Romanorum Regis pace iurata inter Principes et nobiles Saxoniae, Saxoniae Dux Henricus de caſtro Harlingeberch omnibus circumuicinis damna varia irrogauit. Vnde dicti Principes, in quorum etiam numero Epiſcopus* Hildeshemenſis *exſiſtebat, ac nobiles Saxoniae, contra ipſum Ducem tanquam generalis pacis violatorem, dictante ipſius Regis ſententia, inſurrexerunt et caſtrum Harlingeberch obſederunt. Quumque idem Dux ad liberationem ipſius caſtri feſtinaret, inito maximo cum Principibus conflictu, ſuccubuit, caſtrumque Harlingeberch captum fuit. Per cuius captionem ipſe Epiſcopus AD FOCLA IVDICIVM, quod Dux Albertus et filius eius Henricus dudum contra iudicium detinuerant, occupatum recuperauit: et ipſum caſtrum coram ſe, tanquam loci illius iudice ſaeculari, proſcribi, et, data ſententia, fecit funditus demoliri. Et procedente tempore, in loco haud longe poſito, caſtrum LEVENBORCH magnis ſumtibus conſtruxit, per quod plura bona ac iura eccleſiae abſtracta et diſtracta ad Eccleſiam reuocauit. HENRICVS vero et Albertus tam de caſtri conſtructione quam etiam iurium ac bonorum Eccleſiae reuocatione dolentes, ipſum caſtrum Levenborch, quum adhuc eſſet nouella plantatio, grandi exercitu obſederunt; ſed quum Epiſcopus ad repellendum eos ſe fortiter praeparat, magnanimitatem eius videntes, et conſtantiam in ſancto propoſito, receſſerunt, machinis in campo et aliis inſtrumentis bellicis, quae ad expugnandum caſtrum apportauerant, derelictis.* (h) *CHRONICON MAGDEBVRGENSE* reſpondet commemorationi in medium adductae de Herlingsberga. En verba: (i) *Huius* Erici Archiepiſcopi *tempore captum et fractum fuit caſtrum Harlizeberg, vbi idem Archiepiſcopus et ciues cum eo fuerunt in obſidione caſtri cum multis aliis principibus et Baronibus, vbi etiam ortum eſt magnum bellum, in quo Dux de Brunswigk cum ſuis ſuccubuit.* *MEIBOMIVS* hoc ordine bellum id recenſet, vt dicat, Henricum Ducem, ſorte ſua ac terrarum portione non contentum, fratrum regiones occupare voluiſſe, intercepta etiam per vim Herlingsberga: inde vicinos fuiſſe offenſos et Henrico bellum intuliſſe: Henricum obſidentes ſubmouiſſe et pacem reſtituiſſe: bellum exarſiſſe denuo ex non longo interuallo temporis, in quo Henricus ſuccubuerit: tum Herlingsbergam eſſe captam et dirutam, dictionique Sigfridi adiudicatam. (k) Annum alii male definiunt. Spangenbergio (*) probatur annus 1290, aeque ac *BOTHONI.* (l) Controuerſia tum coepit ex edicto Regis. Caſtrum ſolo aequatum eſt anno 1291. (m) Quum vero Epiſcopus Hildeſienſis prope Herlingsbergam dirutam Libenburgum ſeu Levenburgum exſtruxiſſet, nec id, quamuis monitus, demoliri vellet; Henricus et Albertus, exercitu numeroſo contracto, caſtrum ad Fuſam prope Olesborgum condiderunt, indito *Lowendalii* nomine. Epiſcopus in loco, ad iactum ſagittae inde remoto, aedificauit illico *Papenborgum*, et ex eo Lowendalium obſedit. Vtrumque paullo poſt deſtructum. Otto, Dux Luneburgenſis, vt creſcentem in dies Epiſcoporum Hildeſienſium potentiam refringeret, *Calenburgum*

(f) *HENRICI ROSLAE Herlingsberga* p.775. ſqq. To. I. Meibom.
(g) In *Vita Siffridi* p. 756.
(h) Conſentit *CHRONICON S. Mishaelis* p.796. ſq. To. II. Leibn.
(i) Pag. 333. To. II. Meibom.
(k) In Notis ad *ROSLAE Herlingsbergam* p.785. To.I.
(*) In *Chronico Mansfeld.* c. 270.
(l) In *chronico picturato* p. 371.
(m) *CHRONICON MAGDEB.* l. c. *STADTWEGIVS* ad a. 1291. p. 274. To. III. Leibn. *CHRONICON RIDDAGESHVS.* ad e. a. p. 80. To. II. Leibn.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*burgum* conſtruxit et inde detrimenta permulta Epiſcopo creauit. Hic coelum terramque miſcuit, et ciues Hannouerae ad rebellandum ſolicitauit; ſed, omnia mouendo, nihil promouit. Otto enim ſocietatem foederis copulauit cum Henrico noſtro et Alberto fratribus, atque Ottone et Hermanno Marchionibus Brandeburgicis. Tum turres lapideae *Stederdorp* et *Oberge* Hildeſienſibus ademtae. Epiſcopus ex aduerſo cepit ac deſtruxit munitiones Henrici ac Alberti, *Vslariam*, *Everburgum*, *Geueldehuſum*, et *Echtam.* Tandem reconciliati ſunt Sigfridus Epiſcopus et Duces Otto, ac Albertus, dirutis caſtris *Oberge* et *Stedemdorp*, manente caſtro Calenbergae. Henricus vero Mirabilis nondum ab impugnando Epiſcopo deſiſtebat, conditoque caſtro *Mosborgi* iuxta praefecturam Boclae vrbis, vexabat hoſtem. Quod quum ab Epiſcopo dirueretur eisque, quibus id erat damnoſum; Henricus ſocietatem confoederationis cum Comite Sladenſi et nobilibus Dominis, de Werder dictis, firmauit. Epiſcopus igitur caſtrum Werder obſidet et expugnat, et inde ad caſtrum Sladem exercitum admouet. Conciliatur inter haec pax Sigfridum inter et Henricum. Inter haec bella Sigfridus *Rutam* ad confluentes Leinae ac Innerae ſumtuoſe exſtruxit: caſtrum *Herſte* prope Gottingam emit: pro caſtro *Huden* ab Ottone deſtructo recepit Lauenrodam, quam tamen Duci eidem acceptis centum marcis in feudum tradere debuit. Sed caſtrum *Herſte*, ab ipſo redditum, in ruinas ſubſedit. Comparauit ſibi Epiſcopus porro caſtrum Weſterhove et Comitatum Daſſilienſem, vna cum aduocatia Haſikenhuſenſi. (n)

Anno 1292 (o) obiit *WILHELMVS* Dux, frater Henrici, de cuius hereditate diſſenſiones nonnullae ſunt agitatae. Henricus Mirabilis ſolus ſuccedere non dubitauit, plebemque (p) Brunſuicenſem, quum Senatus reclamaret, in partes ſuas traxit. Senatus enim Henrico dare ſacramentum fidemque noluit, niſi Duces reliqui id eſſent adprobaturi. Delecti ſunt, vt ſenatui repugnaretur, duodecimviri, inprimis ſuaſu Henrici. Quum vero XII viri quoque omnia reiicerent ad futura Ducum compacta, et ſacramentum Henrico denegarent; multitudo, imperita et ſeditionis ſtudioſa, in eosdem vi et praedis agendis inſurrexit. Acceſſit paullo poſt frater *ALBERTVS PINGVIS*, Dux Gottinganus, licet Henricus ſubditos ei ratione quacunque inflectere et auocare ab expeditione tentaſſet. Veſpere ſero intrauit coenobium Riddageshuſanum: nocte proxima per molitorem in vrbem intromittebatur: dein curiam nouam obſidebat, portasque et ceteras curias deinceps tenebat. Primo inquiri coeptum de magiſtris tribuum, qui Henrici in fidem conceſſerant litterisque ſuis eam adſtrinxerant. Videbantur ii agnoſcere temeritatem ſuam, et ab Alberto facultatem petebant repoſtulandi litteras ſuas a Duce Henrico. At hic negauit, ſeſe eas extempore reperire poſſe magiſtrosque dimiſit, quorum praecipuus *Draco*, praeſagiens euentura, rediit ad Henricum Ducem eumque periculi inſtantis admonitum fuga clandeſtina ſubduxit. Reliquos reuerſos tribuum magiſtros Albertus per IX hebdomadas cuſtodiae publicae mancipauit. Anno 1294 in die S. Remigii, qui feſtum Michaëlis ſequitur, Dux idem poenam in immorigeros et rebelles edixit, quadraginta contribules cum Henrico egreſſos ſemper patria carere iuſſit; decem tribuum magiſtros ſuſpendio perire decreuit: vndecimum, ſenem quippe, vitam obtruncatus (q) poſuit. Senatus prior reſtitutus: Matthaei honoribus id datum, vt dies ei conſecratus deſtinaretur anniuerſariae oblationi. Sic Brunſuicum ac terra adiecta ſoli ceſſerunt Alberto, et Henricus inde excluſus fuit. Anno 1293 quinta feria poſt Dominicam *Inuocauit* Henricus Dux ciuibus neapolis Brunſuicenſis impertiuit priuilegium conficiendi pannos laneos. Paullo poſt, quemadmodum demonſtrauimus, Grubenhagam diſceſſit, poſteaquam coenobiis nonullis, et cum primis Lamſpringenſi, ad annum 1290 patrocinium et ſecuritatem promiſerat. Tentata deinde fuit via mitior inter fratres, Henrico nullos labores praetermittente, quibus ſibi portionem a Wilhelmo derelictam ex dimidia ſorte pararet. Fridericus Admorſus, Landgrauius Thuringiae, a. 1295 cauſſam Henrici commendauit Alberto Pingui. Sed conatus ille quoque fuit irritus.

§. IV.

(n) *CHRONICON HILDESH.* p. 756. ſq. *CHRONICON EPP. HILDESH. et Abbat. S. Michaelis* p. 796. ſq.
(o) *BOTHO* ad c. a. p. 371. *MEMBRANA S. BLASII* p. 175. et 172. apud Maderum.
(p) *BOTHO* l. c.
(q) *GOBELINVS* in *Cosmodromio* Aet. VI. c. 67. p. 282. To. I. Meibom. *MEMBRANA S. Blaſii* p. 171. ed. Mader. et p. 167. *MEIBOMIVS* in *Braunſchweigiſchen Hiſtoriſchen Händeln* P. I. p. 35.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## §. IV.

Anno 1281 diſcordia orta eſt inter *Albertum* Landgrauium Thuringiae, eiusque filios Fridericum et Tytzemannum. Pater enim repudiauerat horum matrem, Margaretam, filiam Imperatoris Friderici II, quae crudelitatem mariti effugerat, defuncta Francofurti a. 1270. Loco eius Albertus adſumſerat Cunigundam, Eiſenbergenſem, quacum iam ante conſuetudinem coluerat. Stimulante Cunigunda, pater in filios extitit praedurus et atrox. Controuerſia a verbis ad bellum peruenit. Anno 1287 Rudolfus Rex, quum in Thuringiam veniſſet, concordiam qualemcunque inter diſſidentes reſtituit. Rege profecto ad vlteriora, Albertus filium ſuum ex Cunegunda ſusceptum Albertum pro legitimo herede reputauit, eique oppida ac praefecturas adtribuere coepit. Obſtiterunt tamen filii et ordines prouinciales. Inter haec latrocinia inualescebant per Thuringiam. Anno proinde 1290 Rudolfus Rex denuo Erfurtum venit, pacem edixit, receptacula latronum deiecit. Anno ſequenti Rudolfus Rex obiit. Albertus vero Langrauius Adolfo, Comiti Naſſovienſi, qui a nonnullis Rudolfo ſucceſſor datus erat, Landgrauiatum Thuringiae, ingratiis filiorum legitimorum, vendidit. Bellum inde exſtitit cruentiſſimum. Adolfus enim ibat vindicatum ſibi Thuringiam; Albertus ſenior adnuebat. Fridericus et Dicemannus et complures Principes, quos inter Henricus noſter erat, Adolfo Regi et patri iniuſto vehementiſſime repugnabant. (r) Bellum diu protractum. Mortuo enim Adolfo a. 1298, Albertus Rex animum ad occupandam Thuringiam coepit adpellere, in primis a. 1306, quo ipſo Henricum inuiſit eiusque auxilium expetiuit. (s) Diuturna diſſidia terras admodum adflixerunt Thuringicas, et vindicta diuina prolem Friderici II Caeſaris vehementer plexuit, eo quod ipſe cum progenitoribus in Henricum Leonem poſterosque eius fuerat iniquior. Ita Deus punit vsque ad generationem quartam et vltra!

In eccleſias Henricus fuit beneficus. A. 1280 liberauit *Langenbergam*, quae dudum erat eccleſiae Goslarienſis SS. Simonis et Iudae. (t) A. 1295 coenobio Poldenſi donauit ius patronatus Weſterrodenſe (u) aliamque donationem impertiuit coenobio Richenbergenſi. (x) Dedit Poldenſi conuentui anno eodem ius ſuum in aedem ſuam Wirckeshuſanam. A. 1307 conceſſit Dominicanis Brunſuicenſibus priuilegium condendi domicilii votiui. A. 1313 donauit eccleſiae Langenholteshuſenſi ad Northemium villam ad amnem Rumae ſitam. A. 1318 ſacrario S. Gertrudis Brunſuicenſi permiſit priuilegium. A. 1314 cum fratre Alberto confirmauit compactum inter Canonicos S. Blaſii et ſenatum ciuesque, in *ſacco* habitantes Brunſuici.

## §. V.

Cetera ſunt minoris momenti. A. 1322 obiit Henricus in caſtro *Salz der Hellen*, ſepultus Embecae in monaſterio S. Alexandri. Caſtri poſſeſſores olim ſeſe denominarunt *ab Inferno*, *von der Hellen*.

## §. VI.

Vxor ipſius erat *Agneſa*, Landgrauii Thuringorum Alberti filia ex Margareta. (a) Liberi ex Agneſa procreati ſic recenſentur in Chronico veteri Saxonico: *Ioannes* Praepoſitus Embecenſis, *Wilhelmus* in iuuentute mortuus, *Henricus* et *Erneſtus* ditionis paternae heredes. *Alheida* nupſit Regi Graeciae Andronico II, filio Imperatoris Conſtantinopolitani, a. 1318. Apud Graecos ipſa fuit dicta *Irene*, deceſſitque a. 1326. *Hagna* nupſit Principi Carinthiae; *Eliſabetha* (*) Comiti Beichlingenſi, quem Henningeſius vocat Fridericum. Indicari videtur Fridericus VII, cuius vxorem omittit *LEVCKFELDIVS*. (b) In litteris Henrici Mirabilis, a. 1309 Herzbergae datis, inueniuntur ſex liberi hoc ordine: *Henricus*, *Erneſtus*, *Wilhelmus*, *Alſine*, *Alheidis*, *Facie*. *Alſine* ſeu *Elſe*, *Ilſe*, eſt indubie Eliſabet. *Facie* videtur eadem eſſe ac *Bonifacia*, vti *Phia* et *Bia* ſunt *Sophia*, ac *Mia* ſolet eſſe *Euphemia*. Ioannem fratres Henricus, Erneſtus et Wilhelmus

(r) *ANONYMVS* in *hiſtoria de Landgrauiis Thuringiae* c. 71. ſqq.
(s) *FABRICII Saxon. illuſtr.* L. VI. p. 588. ſqq.
(t) *LEVCKFELDI Antiqq. Pold.* p. 297.
(u) *IDEM* l. c. p. 66. 78.
(x) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 330.
(a) *PISTORIVS* in tab. III. p. 1377. To. I. rer. Germ.
(*) Addendi ſunt *Fridericus* et *Mechtildis*, coniux Iohannis de Werle, *Margareta* Praepoſita Quedlinburgenſis, *Rixa* et *Agneſa* ſanctimoniales Oſterodenſes.
(b) De *Comitibus Beichlingenſibus* p. 108.

helmus ad a. 1324 vocant *Clericum*. Ipſe ad dignitatem Praepoſiturae in aede collegiata S. Alexandri apud Eimbecenſes adſcendit anno 1362. ſed minus diu iſto honore gauiſus eſt, quippe quem poſt quinquennium mors abſtulit. Viſitur etiamnum hodie in aede, quam dixi, ſepulcrum eius cum tali inſcriptione: IOANNES *Dux et Dominus Brunſuicenſis filius illuſtriſſimi principis et domini, Domini Henrici, Ducis Brunſuicenſis, Praepoſitus huius eccleſiae S. Alexandri, obiit anno* M° CCC° LXVII° X *Kal. Iunii. cuius animan habeat Dominus.* Succeſſorem in dignitate accepit fratris Erneſti filium, parenti cognominem. (c) *WILHELMVS* obiit paullo prius quam pater eius deceſſit. Parens meminit iam Wilhelmi conſentientis ad annum 1309. Vltra annum 1318 mentionem eius amplius fieri, adfirmare (*) auſim. De Erneſto et Henrico deinde ſeorſim diſſerendi conſilium eſt et animus. Hiſce vulgo addunt ſororem *Margaretam*, quam Barnimo II, Pomeraniae Duci, nuptam fuiſſe, Henningeſius ac Reuſnerus memoriae prodiderunt. Ad annum 1353 fuit in Parthenone Quedlinburgenſi *Margareta* quaedam Praepoſita, ſoror Alberti Ducis Brunſuicenſis. (d) Suſpicor, intelligendum eſſe Albertum II, Erneſti filium.

## Membrum II.
### DE
## HENRICO II seu IVNIORI.

Summa. §. 1. *Nomen et ſigillum.*
§. 2. *Acta ab a.* 1323. *ad* 1327.
§. 3. *Iter Italicum, Graecum et Orientale ab a.* 1327. *ad a.* 1333.
§. 4. *Acta ab a.* 1333. *ad mortem.*
§. 5. *Vxores duae.*

§. I.

*HENRICVS* II ſeu Iunior, filius Henrici Mirabilis natu maximus ex *Agneſa* Thuringica, cognomen obtinuit (e) *de Graecia*, in quam circa annum 1330 peregre abiit. Sigillum eius tale produxit *REHTMEIERVS*: (f)




*M:ccc:XXX:IV.*

Dedi-

(c) *MEIBOMIVS ad Auream bullam Andronici Imp.* p. 470. To. I. rer. Germ.
(*) Erneſtus, Wilhelmus et Iohannes, Duces, fratres a. 1323. oppignorant Epiſcopo Hildesheimenſi *Lutterum*, *Weſterhove*, et alia. Ergo *Wilhelmus* tum adhuc vixit. Confer litteras homagiales ad eumdem annum apud *REHTMEIERVM* p. 532. ſq.
(d) *KETTNERI Quedlinburgiſche Kirchen- und Reformations-Hiſtorie* p. 83.
(e) *MEIBOMIVS* l. c.
(f) P. III, c. 31, p. 533. *Braunſchweig-Luneburgiſche Chronica.*

Dedimus e penu noſtro ſigillum ſimile
Vidi quoque numos, eodem ſigno conſpicuos.

§. II.

Anno 1323. die Lunae poſt Vrbani, *Henricus*, *Erneſtus*, *Wilhelmus* et *Iohannes*, fratres, confirmant Brunſuicenſibus per quinque vrbes ius ciuitatis ac priuilegia cetera, adiiciuntque defenſionis tutelam. Diplomati teſtimonium addiderunt *Luthardus* nobilis de *Meynerſen*, *Henricus* de *Steinberge*, *Thidericus* et *Iohannes* de *Oldendorpe*, milites, Conradus de Mölen Canonicus Eimbeccenſis aliique. (g) Eodem anno *Erneſtus*, *Wilhelmus* et *Iohannes* (*) Ottoni, Epiſcopo Hildeshemenſi, oppignorant caſtrum *Lutter* ad Barenberge, Comitatum *Weſterhove*, aduocatiam *Berke*, *Mötlingerode*, *Gyſtorp*, praedium Engelhardis de Soſe, pagos *Gilderkiſten* et *Wolbrechthuſen* cum *Leſenberge*, quos Ludolfus de Medem et Burchardus de Wildenſen tenuerant, praedium *Lindowe* ab Alberto de Rume emtum, et eis innexa. Duces ab Epiſcopo acceperunt 3060 marcas argenti lothoniati valoris Brunſuicenſis. Teſtes fuerunt *Conradus de Salder*, *Iohannes de Oberge*, *Henricus* et *Aschwinus de Steinberge*, *Hildebrandus* de *Hardenberge*, *Sifridus* de *Rutenberge*, Conradus Mareſchalcus, *Ludolfus de Meden*, *Burchardus de Wildenſteine*, *Ludolfus de Gadenſtede*, cognomine *Boltesberg*, *Lippoldus* et *Beſeko* milites de *Rottinge*. (h) Chronicon Hildeheimenſe breuiter haec percenſet (i) in hunc maxime modum: *Caſtrum vero Lutter et officium Barke et aduocatiam in Calevelde a Ducibus Brunſuicenſibus pro tribus millibus et* LX *marcis emit*, *et pecunias*, *pro quibus praedeceſſor ſuus*, *dominus Syffridus Epiſcopus*, *caſtrum Lindowe a nobilibus de Pleſſe comparauit*, *nondum ſolutas perſoluit*, *et in eodem caſtro palatium inexpugnabile cum alto muro conſtruxit.* Agitatae fuerunt paullo ante lites inter Epiſcopum Henricum et Ottonem Ducem Luneburgicum de dominio directo in Hannoveram et Lauenrodium. (k)

§. III.

Anno 1327 Ludovicus, Romanorum Auguſtus, et Dux Bauariae, profectus in Italiam, Romae diadema ſuscepit Imperatorium. (l) Interfuit Henricus ei expeditioni partique copiarum praefuit. Anno ſequenti Ludouicus Imperator Ducatum Luccenſem conſtituit et eum Caſtruccio de Altelminellis confirmauit. Subſcripſit Diplomati (m) inter alios *Henricus Dux Brunſuicenſis*. Imperatori multas turbas obmoliebatur Pontifex easque augebant Itali infrenati. Quare Ludouicus demum a. 1330 (n) in Germaniam rediit. Henricus Dux iam ante, moras pertaeſus, in Graeciam abiit et inde iter iniit Conſtantinopolin ad ſororis ſuae Irenes maritum Andronicum. Sororem ſuam Adelheidam, ſeu Irenen, in viuis non amplius reperit. Ipſa enim a. 1318 nuptias contraxerat, et, liberis nullis procreatis, a. 1326 fuerat defuncta. (o) Henricus, Conſtantinopoli luſtrata, flagrauit quoque cupiditate inuiſendi Iudaeam et Arabiam. Quem in finem litteris ſui adfinis, a. 1330 ad 6 Ianuarii datis, praemuniri voluit, quae ſunt huius modi:

ANDRONICHVS in χρō Deo fidelis, Imperator et moderator Romeorum, (p) Paleo-“
gus, excellentiſſimis Regibus, nobilibus et egregiis Principibus, Comitibus. Mar-“
chionibus, Capitaneis, Communitatibus, Dominis, Caſtellanis ac Poteſtatibus, Re-“
ctoribus, ac eam vniuerſis et ſingulis, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, ad quos“
preſentes aduenerint, ſalutem cum Imperiali affectione. Cum magnificus et nobi-“
liſſimus vir, HENRICVS Dux BRESVICENSIS, cognatus cariſſimus imperii noſtri,“
per“

(g) Diploma dedit *REHTMEIERVS* in *Br. Lun. Chronica* P. III. c. 31. p. 532. ſq.
(*) Hinc addiſci debet ordo natiuitatis fratrum illorum, quem Genealogiſtae vulgo ſubvertunt.
(h) *LVNIG Reichs-Archiv* Part. Spec. Contin. II. 4te Abth. 4ter Abſatz, p. 380.
(i) Pag. 759. To. I. Leibn. Conſ. *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 376.
(k) *CHRONICON Hildesh.* p. 758.
(l) *ADLZREITER Annal. Boicae gentis* P. II. L. II. §. 9. 10. p. 29. ſq.
(m) Illud produxit *MEIBOMIVS* p. 209. To. III. rer. Germ.
(n) *CHRONICON SALISBVRGENSE* ad c. a. p. 410. apud Pezium.
(o) *NICEPHORVS GREGORAS* L. VIII.
(p) Ρωμαιοι vocabantur ei, qui nouae Romae ſeu Conſtantinopoli parebant. *CAROLVS du FRESNE* in *Gloſſario mediae et infimae Graecitatis* To. II. p. 1311. *ECCARD* de *Vſu et praeſtantia ſtudii Etymologici in Hiſtoria* §. 2. *ROMANI* in *Alcorano Sur.* XXX. v. 2. 4. ſunt Graeci ſub Heraclio contra Perſas pugnantes.

per diuerſas mundi partes greſſus ſuos dirigere intendat. Inde nos rogamus attente," vt amore Imperii noſtri Henricum commendatum habere velitis, veſtrumque auſi-" lium, conſcilium et fauorem tribuentes. Quicquid autem erga ipſum honoris et iuua-" minis, noſtro Imperio proprio reputabimus fore factum. In cuius rei teſtimonium" praeſens priuilegium aurea Bulla munitum munimine iuſſimus roborari. Datum in" caſtro Dimonci noſtri Imperii anno dominicae incarnationis MCCCXXX die ſexta" Ianuarii." Subſcriptionem Graecam et aureae bullae ectypon dederunt *MEIBOMIVS* (q) et *Iohannes Michael HEINECCIVS.* (r) Inſtituit igitur Henricus profectionem ſuam in Iudaeam et Arabiam. Ab Archiepiſcopo quodam, praeſide monaſterii ad radices montis Horeb, obtinuit ſpinas nonnullas, ex corona Chriſti, vti erat opinio, deſumtas, quas anno 1351 *in vigilia Epiphaniae Domini* donauit coenobio Walkenredenſi. (s) Ab eodem viro ſacro, quum limina B. Catharinae in monte Sinai adiret, donatus fuit oleo B. Catharinae, quod poſthaec coenobio indicato itidem in munuſculi loco tradidit. Suſpicor, *ſpinas* illas fuiſſe ex acacia Arabica, quae ad montem Sinai eſt frequentiſſima, et de qua coronam Chriſti exſtitiſſe veteres commemorant. (t) *Oleum* illud eſt gummi dulce et durum, quod ibi ex acacia deſtillat. (u) Walkenredenſes Monachi poſthaec reliquias iſtas, ſericeo puluinari impoſitas, populo ſollemniter oſtendere conſueuerunt in remedium vitiorum omnium et animae et corporis, inſignemque inde numorum copiam ex ſacra credulitate ſpectatorum pararunt. (x) Quando redierit Henricus, nemo accurate notauit. Abſente ipſo, Erneſtus frater totum regimen tractauit. (y)

## §. IV.

Anno 1334. 14 Auguſti Parthenona Gandersheimenſem in patrocinium ſingulare ſuſcepit. (z) Anno eodem ab Erneſto fratre in pignus accepit tertiam partem praefecturae et caſtri *Gebeldehuſen* marcis 343, *Seburgique* 24 marcis Oſterodenſibus ac 16 ſolidis Duderſtadenſibus, et tertiam *Duderſtadii* 200 marcis. *Seburgum* nunc dicitur *Seſa.* Obiiſſe Henricum anno 1357, exiſtimo. Anno certe 1351 (aa) in vigilia Epiphaniae Domini diploma dedit coenobio Walkeredenſi. *LEZNERVS* fallitur, qui annum mauult definire 1337. Diploma illud, Walkenredenſibus datum, vnde iter ipſius patet, ſic habet:

„Nos *HENRICVS* Dei gratia Dux in Brunſwick recognoſcimus in his ſcriptis, publice proteſtantes, quod ob fauorem, quem ſingulariter gerimus ad Monaſterium „Walckenred, nec non ſpecialem fratris Conradi, dicti de Iune, Abbatis ibidem „amicitiam ac animae noſtrorumque progenitorum remedium et ſalutem contulimus „praedicto Monaſterio cum quibusdam aliis reliquiis partem de ligno Domini, oleum „beatae Catharinae, ac duas ſpinas de corona, qua Dominus Ieſus Chriſtus in paſſione „fuerat coronatus, quas de partibus apportauimus tranſmarinis. Nos enim exiſtentes „in Graecia apud Excellentiſſimum Dominum Imperatorem Romeorum Palliologum, „ſemper Auguſtum, ſororium noſtrum dilectum, vidimus reuerendum Patrem Ar- „chiepiſcopum monaſterii ſiti in pede montis Oreb, cui a iam dicto Imperatore recom- „mendati fuimus ſpecialiter et commiſſi, Qui quidem Archiepiſcopus legatione functus a memorato Imperatore, ſororio noſtro, ad Regem Franciae obtinuit ab eodem „Rege praedictas ſpinas ex ſpeciali fauore, quas ſecum ad propria transportauit. Poſthaec cum nos ad limina beatae Katharinae in monte Syna peregrinationis cauſa tranſiremus, ad monaſterium Archiepiſcopi deuenimus memorati, ac ipſe multum benigne nos recipiens, ob reuerentiam Imperatoris praedicti, ſororii noſtri, cum non „habe-

(q) To. I. *rer. Germ.* p. 472.
(r) In Syntagm. de *Sigillis veterum* tab. I. n. 10.
(s) *DIPLOMA* dederunt *MEIBOMIVS* l. c. p. 471. *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Walkenred.* p. 293. ſqq. et ante eum *ECKSTORMIVS* in *Chron. Walckenried.* p. 149.
(t) *MARTINVS* in *Baumgarten a Breitenbach* aliique.
(u) *NEITSCHITZ in Itinerario* VII *annorum* L. IV. c. 7.
(x) *EKSTORMIVS* l. c. p. 149.
(y) *MEIBOMIVS* l. c. p. 471.
(z) Supra p. 388.
(aa) Huc quoque refer ex *ENGELHVSIO* p. 20. To. II. Leibn. *Henricus vendidit Duderſtad et Geueldehuſen Archiepiſcopo Maguntinenſi, pecunia non ſoluta.*

„haberet maiores reliquias, ſpinas ſaepe dictas cum oleo beatae Catharinae nobis con-„tulit in ſignum fauoris et amicitiae ſpecialis, quas nobiſcum deferentes monaſterio „dedimus, vt praemittitur, memorato. Ne vero haec noſtra donatio obliuioni trada-„tur, aut dictae reliquiae friuolae et falſae, quod abſit, ab aliquo reputentur, praeſen-„tem literam ſigilli noſtri appoſitione dedimus roboratam. Actum et datum anno „Domini M° CCC° quinquageſimo primo in vigilia Epiphaniae Domini. „

Sepultus eſt Henricus in aede collegiata S. Alexandri Eimbeccenſi.

§. V.

Vxor prior Henrici exſtitit *Helena*, quam alii vocant *Hedewigem*, Waldemari Marchionis et Electoris filia, quae *Ottonem* genuit *Tarentinum*. (a) Poſterior fuit *Maria*, regina Cypri, quam in itinere, opinor, Henricus amare coepit. (b)

## Membrum III.
## DE
## Henrici II. liberis.

Summa. §. 1. *De Ottone.*
§. 2. *De Balthaſare.*
§. 3. *De Melchiore et Riddago.*
§. 4. *De Thoma et filiabus.*

§. I.

Ottonem, Henrici Iunioris et Helenae filium, natum eſſe a. 1307, coniicit Meibomius. (c) Dolendum eſt, viro tanto non obtigiſſe dignum, a quo facta ipſius commemorarentur, ſcriptorem. Meibomius hinc inde nonnulla collegit. Leznerus ſecutus eſt Theoderici de Niem librum primum de Schiſmate, in cuius c. 6. 7. 8. 17. 21. 23. 24. 25. 34. 40. 44. 60. 62. 65. nonnulla huc ſpectantia exſtant. (d) Paucula dedit Gobelinus Perſona. (e) Noſtrum eſt, potiſſimorum euentorum reddere rationes. Vnde cognomen ſit *Tarentini*, ex adferendis patebit. Quantum Ottoni contigerit ex hereditate paterna, non conſtat. Tribuitur ei vulgo id vitii, quod Aichsfeldiam ſuperiorem oppignorauerit a. 1334 et 1337. Sed vitio id vertendum patri Henrico et Erneſto. Oppignorauit tamen Goslarienſibus tertiam partem metalli-fodinae Rammelsbergenſis, conſenſionem negante patruo Erneſto. (f) A pueritia armis dedit operam et nomen. Prima ſtipendia meruit ſub Rege Bohemiae, quocum in italiam militatum abiit. Anno 1340, reuerſus ad ſuos, diuertit apud patruelem Albertum II. Sequenti anno Italiam repetiit Dux prudentiſſimus et in armis per terras Lombardiae ac Pedemontii enutritus, ac praeliis quadraginta commiſſis inclytus. Graſſabantur tum in Italia, ab Imperatoribus Germanicis neglecta, Galeacius et Barnabas, Stephani filii, Mediolani Pro-Comites, tyranni crudeliſſimi. Conductus tum fuit Otto eiusque frater Balthaſar publico eccleſiae Romanae ſtipendio, et victricia arma vterque contra tyrannos longe lateque circumtulit, obtenta ſemper victoria, hoſte fuſo, fugato. Expugnauit Ticinum in Inſubribus, Aquenſem ciuitatem in Taurinis, et Vercellas. (g) Praeterea arces 40, a graſſatoribus occupatas, in libertatem adſeruit. Dominabatur tum temporis in Sicilia et Apulia *Ioanna prima*, Roberti Ducis Calabriae et Regis Siciliae ex Carolo filio neptis eiusdemque regni cum aliis multis regionibus ab auo deſignata heres. Ipſa, inuidioſa aliorum aemulatione adpetita, nuptias Ottonis per legatos ambiit, propoſita ſpe regni ampliſſimi minime obſcura. Agebat ea tempeſtate Otto Ferrariae apud agnatos principes familiae Ateſtinae. Quorum auctoritate poſtulatis Ioannae adnuit: etſi illa eius eſſet aetatis, vt proles ſperari amplius haud poſſet. Nuptiae celebratae

(a) *BOTHO* p. 376.
(b) *MEIBOMIVS* To. I. p. 477.
(c) To. I. p. 477.
(d) Haec ſunt obuia To. II. Leibn. p. 50-56.
(e) Quae denuo edidit *LEIBNITIVS* To. II. p. 56-59.
(f) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. IV. p. 340.
(g) *Theodoricus a NIEM de Schiſmate* L. I. c. 24. p. 53. To. II. Leibn.

bratae ſunt a. 1376. (h) Anno iam 1355 coronationi Caroli IV Romanae interfuit. (i) Riddagus quoque frater Ottonis a. 1357 fuit in Italia, et quidem in *Aſti*, vti ex diplomate eius conſtat. Anno 1377 Otto eccleſiae Gandeſianae tutelam et conſeruationem promiſit. (k) Anno 1378 electus eſt Pontifex Romanus Vrbanus VI, antea Archiepiſcopus Barenſis, Ottoni ac Ioannae familiariter notus. Regina igitur maritum, qui adhuc *Principis Tarentini* titulo fuerat contentus, corona regia Neapolitana exornare, fauente Pontifice, ſtatuit. Verum Vrbanus, faſtu agreſti immodice tumens, a Neapolitanis dominatum Germani auerſantibus, eo perductus fuit, vt difficilem ſeſe praeberet. Otto, gratulaturus Vrbano nouam dignitatem, aduolauit Romam, obedientiam pro more promiſit, atque in conuiuio ſollemni, adſtantibus viris honoratiſſimis, Pontifici accumbenti flexis genibus poculum vini obtulit, quem Papa ſtare permiſit, donec Cardinalis quidam Dominum ſuum de vrbanitate neglecta admoneret. Cardinales, moroſum Pontificem exoſi, ſchiſma meditabantur, quod Otto auerruncare molitus petiit, vt conſanguineo ſuo, filio Marchionis Montis ferrati liceret ducere Mariam regni Siculi heredem. Sed Pontifex hiſce quoque contradixit. (l) Non multo poſt idem Ioannam, euibrato in eam fulmine eccleſiaſtico, regnis Neapolis ac vtriusque Siciliae priuare ſtatuit, interſerens cauſſam, quod Clementi VII Antipapae eligendo fauiſſet. Ius vero regnorum transtulit in Carolum Paruum, Dyrrhachii in Illyrico principem: quem ex Pannonia, vbi apud Ludouicum Regem agebat, euocatum, impoſita ei publice corona, Ioannae ſurrogauit: quod deteſtabile facinus reginae exitium tragicum, Ottoni ſummum diſcrimen, et Pontifici extremam infamiam creauit. *Carolus* ille erat Andreae Regis, ex Maria, ſorore Iohannae, filius, ex inceſtu et extra legitimum thalamum natus. Filium ipſius *Ladislaum* Otto ex fonte baptiſmatis ſuſceperat, inuitus quidem, ſed accepto reſponſione, Carolum nunquam aduerſus Ottonem ac Iohannem eſſe moliturum. Carolus, ex Sicilia digreſſus in Hungariam, Margaretam vxorem cum infante Ladislao ac ſorore Ioanna, poſtea Duci Auſtriae nupta, depoſuerat apud Ottonem. Ioanna regina Carolo donauerat caſtrum ciuitatis *Hiserniae* munitiſſimum. Simulac igitur Vrbanus Carolum in Ottonem et Ioannam ſollicitauit, Margareta in illud caſtrum, inſalutato (m) hoſpite, ſeceſſit. Aduenit paullo poſt Carolus, exercitu a Ludouico, ſene Hungarorum Rege inſtructus, ad vrbem dictam, iuxta quam ab Vrbano Papa benigne receptus et poſt introductionem in Regem Siciliae renuntiatus eſt, ea tamen lege, vt Franciſco Praegnano, cognomine Butyllo, Vrbani Papae nepoti, cederet Ducatu Capuano et Amalfitano multisque Siciliae Comitatibus. (n) Inde acceſſit ad vrbem Neapolin, in quam illico fraude quorundam ciuium (*) intromiſſus fuit cum manu minus valida. Otto autem portas obſedit; Ioanna e contrario in caſtro nouo per Carolum obſidebatur. Nequid porro ab Ottone metuendum eſſet, Carolus aſtu effecit. Iuſſit enim militem Neapolitanum, ſenem et pauperem, Ottoni ac Ioannae dilectum, ſigillum minutum reginae adulterandum curare et nomine reginae ad Ottonem ſcribere, vt proxima nocte cum ſex viris dilectiſſimis ad caſtrum nouum accederet. Otto, litteris lectis, fraudem non animaduertit, ac nocte obducta comites adſumſit, Balthaſarem fratrem, Marchionem Montisferrati praeterea et quatuor alios fidiſſimos. In itinere circa foſſam latebant quinquaginta viri, a Carolo ibi abſtruſi, quae, vt falleret tranſituros, erat elaborata. Quum Otto ad foſſam veniſſet, ipſe ac ſocii cum equis in eam inciderunt praecipites. Marchio fuit ab inſidiatoribus interfectus: tres eius comites perierunt: Otto ad Carolum (**) fuit in captiuitatem abductus: Balthaſar interceptus et in medio vrbis Neapolis foro oculis orbatus. (o) Iohanna regina, comperta mariti ad carcerem detruſione, Carolo ſeſe dedi-

(h) *COLLENVTIVS hiſtor. Neapol.* L. V. p. 236. ed. Baſil. *MEIBOMIVS* p. 478. To. I.
(i) *FRITSCHIVS* ad Limnaei L. VII. c. 35.
(k) Supra p. 388.
(l) *THEODERICVS* a *NIEM* l. c. 7. 8. p. 51.
(m) *IDEM* c. 21. p. 52. *GOBELINVS PERSONA* Aet. VI. c. 76.
(n) *THEODERICVS a NIEM* c. 21. p. 52. ſq.
(*) *ANT. BONFINIVS rerum Hungaric.* Dec. III. L. I. p. 253.
(**) *GOBELINVS* agnoſcit *Aet.* VI. c. 76. p. 56. ſq. To. II. Leibn. Ottonem fuiſſe proditum, ſed litterarum per fraudem ſcriptarum non meminit. *Pandulfus COLLENVTIVS* L. V. refert, Carolum aggreſſum fuiſſe Ottonem locis duobus, et fortiter dimicantem Ottonem ab equo adflictum in manus Caroli veniſſe.
(o) *THEODERICVS a NIEM* l. c. c. 23. p. 53.

dedidit, qui ipſam ad caſtrum in Aprucio ſitam mittendam ibique per quatuor ſatellites Hungaros ſtrangulandam curauit. (p) Otto per triennium, ſcilicet ab anno 1381 ad annum 1384, in cuſtodia illa fuit detentus. Neapolitani oderant Germanos ideoque ceteros captiuos, qui ab Ottone ſteterant, morti depoſcebant. Plurimi quoque ex odio in Ottonem et Germanos contrucidati. Reliqui ſe abdiderunt inter opifices et per ciſternas ac cellas, et opera Villanucii ſunt ſeruati. Quum enim vereretur Carolus eos necidare, Villanucius ſuaſit, vt eos armis indutos ante caſtrum nouum in planitie ire iuberet et Neapolitanis permitteret eos inuadere. At nolueruut Itali cum ſtrenuis congredi. Ita conſenſum, vt Germani abirent ſalui extra fines regni. Otto adſeruabatur in arce munitiſſima *Minervini*, a Friderico II condita. Facta ei poteſtate venandi prodiit ad animum relaxandum. Tum a Britonibus nonnullis captus ad Avenionem in Galliam abripitur. Inde rediit naui in Italiam, progreſſurus in Siciliam. Vrbanus Papa tum Genuae verſabatur, et quinque Cardinales captiuos, qui cum Ottone fecerant, iuſſit interfici. Obierat inter haec Carolus. (q) Otto vero adpulit in Sicilia ibique magnifice per nobiles receptus, cum primoribus in Apuliam rediit, foedere cum hoſtibus Margaretae, Siciliam regentis, inito, qui Neapolin vi recuperarunt, ac veſtigia ſaeuitiae vbique (r) ſparſerunt. Ignouit vero Otto ſupplicibus et fugitiuos reſtituit, inhibita vlteriori nece. (s) Potentiores Tarentum in cuſtodiam miſſi. Incidunt haec in annum 1385. Anno 1386 Ludouicus II, Dux Andegauenſium, filius Ludouici primi, inſtigante Antipapa Clemente et Galliarum Rege Carolo VI venit in Italiam ad occupandum regnum Siculum ac Neapolitanum. Huic Otto ceſſit vtroque regno et opem tulit, ſolo principatu Tarentino contentus. Dein rediit in gratiam cum Margareta, Caroli Regis vidua, eique errata (t) condonauit a. 1387, quo ipſo obiit octogenarius (u) circiter, ſepultus Foggiae, quod oppidum diſtat a Luceria XI miliaribus verſus Apuliam. Mauſoleum eius inſpexit Hercules Dux Ferrarienſium, Ottonis agnatus, deprehenſumque, ipſum in ſingulis pedibus ſenos habuiſſe digitos. (x) Chronicon Saxonicum vetus ei tribuit filiam *Helenam*, quae fuerit altera coniunx Ioannis, Regis Cyprii, ex familia Luſignania. Sed Itali Ioannam vxorem ſterilem iamtum fuiſſe perhibent.

Inſigne eius fuit huiusmodi:



§. II.

(p) *IDEM* c. 25. p. 54.
(q) - - c. 60. p. 55.
(r) - - c. 62. p. 55.
(s) *IDEM* c. 65. p. 55.
(t) *GOBELINVS PERSONA* l. c. c. 81. p. 59.
(u) *THIDERICVS a NIEM* c. 44. p. 54. ſq. *MEIBOMIVS* p. 482. To. I.
(x) *COLLENVTIVS* l. c. L. V.

§. II.

*BALTHASAR*, Ottonis frater, decorus facie, fortiſſimus ac ſtrenuus miles, in Italia adſiduam fratri nauauit operam. Sigillum eius ſic habe:



1370

Acta eius Germanica ignorantur. Interiit per inſidias in obſidione Neapolitana a. 1381, (a) maritus vnicae filiae Honorati Comitis Fundorum, quam vocare ſolent *Iohannettam.*

§. III.

*MELCHIOR*, frater tertius, a Pontifice Osnabrugam miſſus fuit, vt eſſet Epiſcopus. Iniit eam curam ſacram circa annum 1366 et per decennium ei praefuit. Dicitur diſſipaſſe bona eccleſiae. Bellum ſuſcepit cum Comitibus Hoienſibus fratribusque Ioanne et Gerhardo, a quibus captus et in arcem Hoiam deductus eſt. Anno 1373 liberatus eſt duris conditionibus. (b) Anno 1378 a Gregorio XI Suerinenſi eccleſiae antiſtes ipſe datus, defunctusque a. 1381, quum hauſiſſet mulſum veneno infectum, cuius calorem fragis auide ingeſtis repreſſurus debuit miſere exſtingui. (c) *RIDDAGVS* Melchioris frater Ottoni adfuit in expeditione Italica. Anno 1357 in die beati Andreae Apoſtoli, diplomate Aſti in Italia dato, conſenſum impertiuit Canonici noui S. Blaſiani precibus. (d)

§. IV.

*THEODORICVS ENGELHVSIVS* (e) ſuccincte: *Henricus reliquit tres filios, Ottonem, Balthaſar et Thomam. Otto iuit ad Italiam, factus ibi magnus, duxit vxorem reginam Neapolitanam; fecitque fratrem Balthaſarem Dominum et Comitem Fundorum: qui ambo ſepulti ſunt in Italia. Thomas autem frater eorum, factus religioſus ordinis Eremitarum S. Auguſtini in Northuſen, viſitans ſtudium, et factus eſt Doctor S. Theologiae. Multas reliquias portauit de Italia ad partes ſuas, de quibus ſunt quinque ſpinae de corona Domini et duae pretioſae cruces, in Walkenrede. Idem Thomas duxit duas ſorores ſuas ad Italiam, quas ibi nobilibus maritauit.*

Ex

(a) *THIDERICVS* a *NIEM* l. c. c. 23. p. 53.
(b) *ERDMANNI Chronica Osnaburgenſium* p. 234. To. II. Meibom.
(c) *MEIBOMIVS* p. 488. To. I.
(d) Diploma habet *MEIBOMIVS* ibidem p. 477.
(e) To. II. Leibn. p. 20.

Ex ſingulis hiſce emendari poſſunt tabulae genealogicae. En partem, quae ex dictis conſtat:

*HENRICVS Mirabilis* † 1322. Vx. *Agneſa*, filia Alberti Landgr. Thuring.

| | | FILII. | |
|---|---|---|---|
| *HENRICVS* † 1357. Vx. 1) *Helena* filia Waldemari Marchionis et Electoris Brandenb. 2) *Maria*, reginae Cypri filia. | *Erneſtus* † 1344. Vx. Adelheidis, filia C. Eberſtein. 1322. | *Wilkelmus* 1309. 1318. 1323. | *Iohannes*, Prae-poſitus S. Alex. Eimbec. 1362. † 1367. 23 Mai. |

| 1. | 2. | 2. | 2. | 2. |
|---|---|---|---|---|
| *OTTO.* 1307. vxor Ioanna regina Neap. 1376. Strangulata 1381. Ipſe † 1387. | *Balthaſar* C. Fundorum per vxorem, Honorati C. heredem vnicam † 1381. | *Riddagus* 1357. | *Thomas* D. Theol. et *Melchior* Ep. Osnabrug. poſt Sverin. † 1381. | Filiae duae. |

FILIAE.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Albeida*, ſeu Irene, nupta Andronico II. Palaeologo, Imp. Cpolit. 1318. † 1326. | *Hagna*, nupta Principi Carinthiae. | *Alſine*, *Eliſabeth*, nupta Frid. VII. Com. Beichling. | *Facie*, ſeu *Bonifacia*. | *Rixa* et *Agneſa* ſanctim. Oſterod. | *Margareta* Praepoſ. Quedlinb. |

## Membrum IV.

DE

## ERNESTO OSTERODENSI.

Summa. §. 1. *Ortus, nuptiae, ſigilla.*
§. 2. *Acta et mors.*
§. 3. *Liberi.*

§. 1.

*ERNESTVS*, Henrici Mirabilis filius ſecundus, anno 1290 circiter in lucem editus, in torum adſciuit Adelheidam, Henrici Comitis Eberſteinenſis filiam, a. 1322 nuptiasque ſollemniſsime in oppido Eimbecae celebrauit. Sigillum ipſius, maieſtaticum et ſecretum, aeque ac coniugis, vnde nomen genuinum patet, ſic habet:



1340







M.CCC:XXXI:



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vxorem illam Leznerus vocat *Agneſam.* Dolendum eſt, hiſtoriam circa hanc aetatem latere in ſcriniis ſummorum rei publicae praefectorum.

§. II.

Tenuit Eimbecam ac Oſterodam, et, Ottone in Italiam profecto, Ducatum Grubenhagicum totum. Quum equo per Nortam veheretur aliquando, nil mali ſuſpicatus, captus eſt, iuſſu indubie Archiepiſcopi Moguntini, ab *Henrico* de *Hardenberg* et in cuſtodiam deductus. Ea de cauſſa Iohannes, frater Erneſti, exercitu collecto inuaſit villam Norten, eaque exuſta pecudes ac armenta abegit. Aduolauit Henricus et damna illa vindicare ſuſtinuit, vectatus equo capti Ducis. Verum in manus hoſtis incidit, et in *caſtrum ſalis*, ſeu *Salz der Hellen* abreptus, vt adtineretur carcere, temeritatis dedit poenas. Deſtinauerat caedem ipſius ac necem Iohannes. Adminiſtri ſecus ſuaſerunt, et Erneſtum liberarunt per liberationem Henrici. (a) Erneſtus donauit coenobio Wibbrechtshuſen praedium eximium *Wickershuſen* ante montem ad Hollenſtedam, qui dicitur *Bellenberg* ſeu *Böllerberg.* Quotannis eo nomine olim praefecturae Rotenkirchenſi ſoluebatur argentum, patrocinii percepti cauſſa.

§. III.

Obiit coniux vterque in caſtro Grubenhagen a. 1344, ſi Leznero fides eſt. Sepulti ſunt ipſi in aede S. Alexandri collegiata, quod eſt Eimbecae. Filios genuerunt quatuor, *Albertum*, *Erneſtum* et *Iohannem* ac *Fridericum*, filiasque nonnullas. Praeponit hiſce Leznerus *Ottonem*, qui admodum adoleſcens obierit. De Alberto et Friderico paullo poſt dicemus. *ERNESTVS* a. 1367 ſucceſſit Iohanni in Praepoſitura Eimbecenſis eccleſiae. Sunt, qui putant, ipſum exſtitiſſe Abbatem Corbeienſem. Verum *Annales Corbeienſes* alios Abbates id aetatis repraeſentant. *ANNA* filia nupſit Vlrico, Comiti Hohenſteinenſi. *Aliam* Oſterodae fuiſſe Abbatiſſam, *Engelhuſius* memoriae prodidit. (b) Vbinam fatis ſuis tertia ſit reſeruata, reſciſcere nondum (*) licuit. *LEZNERVS* addidit filiis *Iohannem*, (c) ſiquidem illum Iohannem, qui a. 1362 ab Ottone IV, Comite Waldeccenſi, fuit captus vna cum Alberto II, pro Alberti eiusdem fratre habet. Sed forſan intelligendus eſt Iohannes, Praepoſitus Eimbeccenſis, Alberti II patruus, quippe qui annum 1267 viuendo adtigit. Nolim tamen moroſe infitiari, Iohannem Alberti II fratrem tum floruiſſe. Licet enim eum omiſerit *Engelhuſius*, haud ſecus ac alii; verumtamen diplomata occurrunt, in quibus Iohannes Alberto fratri iungitur. Dilucide enim diploma quoddam, Brunſuicenſibus a. 1361 datum, ſic inchoatur: *Von Goddes Gnaden we Hertoghe ALBERT und Hertoghe IAN, Hertoghen Ernſtes Söne des Elderen, Hertoghen to Brunſwich.* (d)

## Membrum V.
## DE
## ALBERTO II.

Summa. §. 1. *Acta ab anno 1344. ad a. 1362.*
§. 2. *Diſcordia cum Landgrauio Thuringiae.*
§. 3. *Acta ab a. 1367 ad obitum a. 1397.*
§. 4. *Vxor et filius.*

§. I.

*ALBERTVS* II ac frater *IOHANNES* clauum a patre relictum tractare coeperunt anno 1344, ſi fides eſt Leznero. Anno tamen demum 1361, in die Petri et Pauli, ſacramentum obedientiae ac fidelitatis ab oppidanis Brunſuici receperunt, eisque olim impertita priuilegia denuo confirmarunt diplomate, cui teſtes ſunt ſubditi: Aſchwinus de Salder, Praepoſitus S. Blaſii; *Ianus de Saldere* a Lechtenberge, Wedekindus de Beſekendorpe, *Ludolfus* et *Wernerus* de *Olderdeshuſen*, milites, Statius Buſch et Henricus de Beſekendorpe, famuli, Dauid de *Hus*, Tile de Damme, aliique patritii Bruns-

(a) *ENGELHVSIVS* p. 20. ſq. To. II. Leibn.
(b) Loco laudato.
(*) Suſpicor, ipſam exſtitiſſe Abbatiſſam Oſterodenſem.
(c) Apud *REHTMEIERVM* P. III. c. 24. p. 546.
(d) *REHTMEIERVS* l. c.

Brunſuicenſes. Anno 1362 Albertus et Iohannes inciderunt in controuerſias cum Ottone IV eiusque filio Henrico VI, Comitibus Waldeccenſibus. Imminebat certamen haud procul ab *Arnoldihuſo*, confligentibus vtrimque aduerſariis ea vehementia, vt multi mortem oppeterent, Albertusque ac Iohannes caperentur, qui, nonniſi iureiurando de non vlciſcendo praeſtito, de cuſtodia potuerunt liberari. (a) Nitebantur fratres in ineundis certaminibus potiſſimum fortitudine eorum, qui incolebant tunc caſtra *Weſterhofe*, *Hindenburg*, *Windhuſen*, *Pippingsburg*, *Clauenburg*, *Sudtrode*, *Lechtenſtein* et *Lindau*.

§. II.

Albertus hic caſtrum *Salz* adquiſiuit, vulgo *Salz* ſeu *Solt tor Hellen*, quod antea miniſteriales inhabitabant dicti *ab inferno* i. e. *tor höllen*. Herces, caſtra antea memorata incolentes, terras Thuringicas miſere vexare et finitimos ſpoliare conſueuerant. Marchio Miſniae et Landgrauius Thuringiae, Fridericus, aegre tulit, clientes fiduciarios ſibi ſubiectos in diſcrimen adduci, legatisque miſſis Albertum implorauit, vt frena iniiceret caſtellanis ſuis. Reſpondit hic, vtrumque fortunam experiri poſſe, Albertum ſua defenſurum, Friderico idem fore integrum. Addidit verba: *Terram tutabor meam, licet coelum Marchionibus Landgrauiisque pluat et ningat.* Eo dicterio motus Fridericus collegit exercitum validiſſimum et auxilia adſciuit ab Erfurtenſibus, Mulhuſanis ac Northuſenſibus, ceteraque terrae ſuae nobilitate. Admoto eo Herciniae exercitu cepit caſtella *Hindenborg*, *Winthuſen*, *Wenthuſen*, ac *Lichtenſtein*, praefectosque eis impoſuit, qui villas circumquaque ferro ac igni vaſtarent. Tantis malis Albertus ex improuiſo fractus, obſidibus datis promiſit, ſe terras Marchionis non amplius violaturum. Tum Marchio diſceſſit. Paucis annis inde elapſis, Albertus iuſſit capi ciues illos, qui ſuis in caſtellis demonſtratis agentibus cibaria adlaturi erant. Marchio proinde Ducisque obſides vehementer indignati ſunt eas iniurias. Marchio contraxit denuo copias, auxiliis ab Archiepiſcopo Moguntino aliisque Principibus acceptis firmatas, et infudit terris ad radices Herciniae ad Oſterodam poſitis octo millia millium. Eo telo neceſſitatis vrgente, Albertus promiſit, ſe ad Fridericum in Thuringiam venturum nec prius inde digreſſurum, donec debite conquerenti feciſſet ſatis et reconciliationem recuperaſſet. Caſtrum *Salz* fuerat expugnatum: Eimbeca ab obſidentibus pacem aere redemerat. In comitiis prouincialibus Iſenaci, quibus Albertus interfuit, haec diſſenſio fuit penitus ſublata. (b) *Chriſtianus Franciſcus Paullini* (c) prodidit memoriae, primam *bombardam* in hoc bello fuiſſe exoneratam, ſiquidem vſus pyrii pulueris tum per Germaniam innotuerit. Hiſce temporibus continuae concertationes, quas *fedas* ac *diffidationes* vocabant, adflixerunt Saxoniam. Nobiles praecipue ignobilibus delectabantur latrociniis.

§. III.

Anno 1367 *ALBERTVS* ſuppetias iturus *Magno*, Iuniori, cognato ſuo, aduerſus Epiſcopum Hildeshemenſem, itineri ſeſe accinxit. (d) Sed quum audiiſſet, Magnum fuiſſe captum, (e) rediit eo, vnde venerat. Ex manubiis Gerhardus Epiſcopus exſtruxit caſtella Steinbrucke et Koldingen. Anno 1370, quum Comites Wernigerodenſes tenerent adhuc caſtellum Hartesburgi, proditores nonnulli Ottonem, Ducem Brunsuicenſem, Gottingae ſedentem, arceſſebant. Noctu quoque Otto caſtellum cepit, ex improuiſo aduolans. Epiſcopus vero Hildesheimenſis, opimae praedae ipſe inhians, intercluſit nouos eius poſſeſſores commeatu. Qua de cauſſa Otto, Alberti noſtri ope ſubleuatus, intercepit Alveldam, vt Gerhardus Epiſcopus omitteret Hartisburgum, ſi Alveldam recipere deſideraret. Inde verſus ſunt orti:

*Vrbem nunc Alveld bini Duces iniere.*
*Stirpis erant ambo Brunswyk Albertus et Otto.*

Duces

(a) *PRASSERI Chronicon Waldeccenſe* p.822. To.I. Collect. monum. ined. Hahnii.
(b) *ANONYMI hiſtoria de Landgrauiis Thuring.* c. 114. p. 1349. *FABRICIVS* Lib. VI. *Origg. Saxon.* p.678. ſq. *SPANGENBERG* in *Chron. Saxon.* c. 292.
(c) In *Annal. Iſenac.* p. 85.
(d) *CHRONICON RIDDAGSH.* ad c. a. p. 81. *Bellum in Dyoceſi Hildeſemenſi.* Item *COMPILATIO CHRONOLOGICA* p.67. To. II. Leibn.
(e) *STADTWEGII Chronicon* ad a. 1367. p. 275. To. III. Leibn. *Dar worth Hertoghe Magnus gevanghen.* *BOTHO* p. 384.

Duces quoque Alveldae caſtrum nouum (*) condiderunt. Paullo poſt dimicatum eſt inter miniſteriales Epiſcopi Gerhardi et Duces prope caſtrum Woldenſtein, quod tum nobiles Domini de Homburg ab eccleſia Gandershemenſi in beneficium obtinuerant. Epiſcopales, ſecunda vſi fortuna, XXIV armatos e potiori Ducum militia captiuos reddiderunt, et Otto Dux vix fuga ſibi conſuluit. Tandem induciae et pax diſcordias exſtinxerunt. Otto retinuit Hartisburgum idque nobilibus de Schwigelde in feudum tradidit; Epiſcopus recepit Alfeldam, et a Conrado, Comite Wernigerodano, comparauit ſibi aere Vinenburgi caſtellum. (f)

Anno 1370 impertiuit Albertus conſenſum ſuum ſenatui Brunsuicenſi et antiſtitibus ſacelli hoſpitalis ad B. Mariae virginis, vt hiſce liceret, ſacellum illud in coenobium commutare.

A. 1372 vxori Iohannis de Minnigerode, militis, adſignauit ad vitae tempus dimidium decimae in Beſingen.

Anno 1381 oppignorauit Gerhardo Epiſcopo Hildesheimenſi florenis renanis 800 villas *Huldershauſen*, *Cönhauſen*, *Vardelshauſen* et nonnulla iura ac aliquot homines pagi *Holzhuſen*. (g) Teſtes ſubſcripti ſunt contractui *Didericus de Linde*, *Curtii* filius, *Bartoldus de Oldershuſen*, *Bruno de Einem* longus, *Hartungus* de *Aſche*.

§. IV.

Obiit tandem a. 1397 in caſtro *Salz tor Hellen*, ſepultus paullo poſt Eimbecae in aede S. Alexandri. Vxor, *SOPHIA*, filia Alberti Ducis Saxo-Lauenburgici, peperit ipſi *ERICVM*.

## Membrum VI.
## DE
## FRIDERICO OSTERODENSI.

Alberto ſucceſſit *FRIDERICVS*, plerumque commoratus Oſterodae. Paucula ſunt, quae de eo in lucem ſunt protracta. Saeculo ad finem iamiam properante, cogitauit de Comitatu Lutterbergenſi oppignorando. Albertus II eum, ſi Leznero fides, opera Iohannis de Mennigerode, ſibi vindicauerat manu armata aduerſus Archiepiſcopum Moguntinum, et Abbatiſſas Quedlinburgenſem ac Gandersheimenſem. *Mons Andreae*, vbi nunc ſunt fodinae argentariae, Comitatui erat innexus, quem a. 1402 Fridericus Comiti Hohenſteinenſi oppignorauit. Diſſenſit Ericus patruelis. Vnde varia diſſidia exarſerunt. Vt haec depelleret Fridericus, a. 1405. circa Michaëlis feſtum diem foedus iniit cum *Balthaſare* Landgrauio Thuringiae, ac Comitibus Schwarzburgicis *Henrico* ac *Gunthero* contra Ericum ad annos quatuor. (a) Sigillum eius tale dedit Venerandus *Rehtmeierus*: (b)




Vxor

(*) Illud poſtea in *curiam* oppidanam eſt conuerſum. Inciſus ſupereſt leo ſupra ianuam introitus publici exterioris.

(f) *CHRONICON RIDDAGSH.* ad a. 1370. p. 81. *COMPILATIO CHRONOLOGICA* l. c. *BOTHO* p. 385. *CHRONICON HILDESHEM.* p. 761. *CHRONICON ENGELHVSII* p. 1130. To. II. Leibn.

(g) *LVNIG Continuat. Spic. eccles.* p. 520.

(a) *LVNIG* in *Reichs-Archiv* Part. ſpecial. Contin. II. 4. Abſaz p. 382.

(b) In *Br. Luneb. Chronica* P. III. c. 35. p. 550.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vxor ei adtribuitur *Eliſabetha*, orta ex Dominis nobilibus dictis de Homburg. Suſpicor, patrem exſtitiſſe *Iohannem*, qui id aetatis *pannerher* i. e. *nobilis vexillifer* dictus eſt. (*) Friderico ſucceſſit Otto filius, qui vulgo vocatur *Eimbecenſis*. Quando *Fridericus* et *Eliſabetha* obierint, accurate perſcriptum non video. Anno 1406 fato conceſſit *Balthaſar* Landgrauius. (†)

## Membrum VII.
DE
## OTTONE EIMBECCENSI.

OTTO ſocium cum patre Friderico regimen tenuit. Anno igitur iam 1405 confoederationem ſanciuit cum Baltaſaro, Thuringiae Landgrauio, Comitibusque Schwarzburgicis Henrico ac Gunthero ad annos quatuor aduerſus cognatum ERICVM. Nobiles *Vſlarii*, qui *Gleicham* inhabitabant, infeſtarunt ſaepius Ducis territorium. Hollenſtedae pagi incolae equos aluerunt ſingulares et perniciſſimos, vt adgreſſores perſequi poſſent. Anno circiter 1409 ruſtici Vslarios ad montem Bollerberge deuicerunt, captosque equos duos eximios Duci donarunt. Remuneratus eſt eos Dux vno manſo, quem Vslariis ademerat. Anno 1414 vxori Schonettae adtribuit Herzbergam ad vitae tempus, teſtibus *Ludolfo de Meden* et *Iohanne de Minningeroda*.

Anno 1422 die Dominica ante *Exaltationis* ſacramentum fidelitatis recepit ab oppido Brunſuico, eique priuilegia ac iura, conſuetudine diutina dudum inuecta, confirmauit litteris publicis. Teſtes laudantur: Wernerus Baldewinus Decanus S. Alex. Eimbec. Hildebrandus Lindaw Cantor, Iohann Hardenberg, Iohannes Weſtphal notarius, ibidem Canonici, *Bernhardus Comes Regenſteinenſis*, *Godſchalcus nobilis dominus de Pleſſe*, *Henningus de Steinberge*, *Hermannus de Medem*, *Syverd de Freden* aliique. Vltimus hic eſt e Ducibus Grubenhagicis, cui Brunsuicum ſeſe obedientiae ſacramento obſtrinxit. Occidit hoc tempore Comes Eberſteinenſis vltimum ſuae ſtirpis Dominum Homburgicum. *Schonetta*, vidua Henrici Domini de Homburg, marito defuncto nupſit Ottoni noſtro. Conſtituerat ei maritus prior a. 1386. *vitalitium*, cui Grena, Luthorſt et alia loca, quantum ad vſumfructum adtinet, adnumerabantur. Electus tunc fuit a. 1424 *MAGNVS*, Dux Saxoniae, frater Erici Saxo-Lauenburgici Ducis, antea Epiſcopus Caminienſis, in Epiſcopum Hildesheimenſem. (a) Quum ipſe Ottonem exuere praediis iuribusque nonnullis illico ſtatuiſſet; Otto foederatos circumſpexit. Exſtat formula confoederationis, quam Otto cum ſenatu Brunſuicenſi a. 1424. in natali Ieſu iniit. (b) Inhiabat Magnus dominio Homburgenſi eumque in finem Dominis illis, quorum vnus erat Canonicus Hildesheimenſis, argentum dederat mutuum. A. 1427 ſuſcepit Otto in beneficium ab eccleſia Gandershemenſi tres manſos, in Hollenſtede ſitos. p. 392. *SCHONETTA* interhaec a. 1429 maritum reliquit, et caſtrum *Grene* cum ceteris a marito priori ad vitae tempus adſignatis tradidit Epiſcopo Hildeshemenſi. (c) Aduolauit Magnus, et, caſtrum vt expugnaret, aedem ſacram Grenae deſtruxit. Inde exarſit bellum grauiſſimum, in quo nunc Otto contra Epiſcopum pugnauit, nunc cum eo reconciliatus inſurrexit cum Wilhelmo Duce in Henricum.

Anno 1429 Otto noſter conſectatus eſt latrones ac raptores, et caſtrum *Hanſtene* expugnauit. (d) Anno 1431 caſtrum Grene denuo ab Ottone vnoculo ac Epiſcopo Magno obſidetur, et *Albertus Bok* miles, quem Otto Eimbeccenſis ei recuperato praefecerat ad ſacramentum obedientiae ſibi heredibusque praeſtandum compellitur. Anno 1436 ipſis Ianuarii Kalendis conceſſit coenobio Lamſpringenſi priuilegium de emendis bonis in Vreden minori paſſim oppignoratis. (e) Sunt in promtu litterae feudales,

(*) *BOTHO* ad a. 1371. p. 385.

(†) *ANONYMI hiſtoria de Landgrauiis Thuring.* c. 152. p. 1361.

(a) *CHRONICON Hildeshem.* p. 762. *ENGELHVSIVS* in Chronico p. 1142. To. II. Leibn. *CHRONICON Epp. Hildeshem. et Abb. Monaſt. S. Michael.* p. 801.

(b) *Braunſchweigiſche Hiſtoriſche Händel* P. II. p. 707. P. III. p. 1454.

(c) *ENGELHVSIVS* l. c. p. 1142. et p. 84. 85. To. II. Leibn.

(d) - - - - p. 86. To. II. Leibn. *Wilhelmus iuuamine Hildenshemenſis Epiſcopi litigat contra proprium fratrem Henricum in Brunswic. - Eodem anno Dux Otto filius Frederici Dominus Eymbicenſis duxit exercitum grandem contra raptores et caſtrum de Hanſtene, vltra* XIII. *villas cum eccleſiis per raptores incaſtellatas deſtruendo, quos tandem Landgrauiis Haſſiae pacificauit.*

(e) Supra p. 391.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dales, quas Otto adhuc iuſſit ſcribi annis 1441. 1443. Vnde facile patet, Leznerum a veritate multum receſſiſſe, qui obitum Ottonis ad annum 1411 reſtrinxit. Suſpicor, annum eſſe intelligendum 1451, quem deſcriptores Lezneri in 1411 commutauerint. Sigillum eius minus fuit huiusmodi:




1420.

Vxor fuit *Schonetta*, filia Comitis Naſſovienſis, Iohannis, vidua Henrici (f) (vel (g) Iohannis) Domini Homburgenſis, amans litium et controuerſiarum. Ex ea Otto ſuſcepit *Adelheidam*, quae Bogiſlao Duci Pomeraniae nupſit. Ex concubina ei natus quoque fuit Otto, cuius Brunsuici optimis ſtudiis innutriti tandem virtus et eruditio mirum in modum eluxit.

## *MEMBR.* VIII.

### 1. Emendationes genealogicae Gebhardinae.

Inſigne exſtat documentum de vxore Henrici Mirabilis *Agnete*, eius filio *Friderico* et filia *Mechtilde* Iohannis de Werle coniuge, vsquedum omnibus ignoratis, apud Tenzelium in Vita Friderici Admorſi To. II. Menck. p. 962. quibus adde *Agnetam*, Gerhardo Eppenſteinio collocatam, teſtibus litteris Conſulum Duderſtadenſium apud Ioannem ad Serarium p. 625. in ſchemate Eppenſteinio. Litem de nomine vxoris Henrici Longi vxoris Palatinae dirimit diploma 20 in Sylloge Gudeni p. 48. vbi vocatur *Agneſa*: De altera vxore, itidem *Agnete*, teſtatur Tyllichius apud Schannatum Vindem. litterar. To. II. p. 81. Catharina Grubenhagenſis, Philippi nata, Iohanni Erneſto Saxoniae elocata a. 1542. 12 Febr. indice Spalatino apud Menckenium To. II. p. 1149, quo nemo curatius Henrici iunioris Luneburgici liberorum notauit et natales et emortuales p. 1102. Diploma conſulum ciuitatis Treyſe apud Gudenum Sylloge I. p. 642. ſiſtit *Agnetam* Brunsuicenſem, Godefredi Ziegenhainenſis vxorem a. 1364. Hanc ego neptem Henrici Mirabilis vel ex Henrico de Graecia vel ex Erneſto exiſtimo. Certe Grubenhagenſibus inſerenda. Quo iure quave iniuria *Otto STRENUUS* Luneburgenſis in diplomate a. 1312 Ericum Ducem Saxoniae *avunculum ſuum dilectum* dixerit, nondum conſtat. In Becmanni Hiſtoria Anhaltina P. V. L. I. c. 8. p. 50. nil occurrit, quo dubitationi facem accendamus. Ludolfus, Ottonis M. filius, pridie Nonas Sept. ipſiusque filius pridie Kal. Novembr. obierunt, teſte Necrologio Sangallenſi apud Eccardum To. II. *Comment. de rebus Francicis* p. 922. Diem obitus dicti Ottonis confirmat epitaphium ipſius in aede, ab ipſo Aſchaffenburgi fundata, vbi Willegiſus Archiepiſcopus Moguntinus, *Ida* mater et *Auchilda* (lege Mechtilda) ſoror Abbatiſſa eum ſepeliuiſſe; *Luchardis* vero ipſius coniux et *Hildegardis* filia Abbatiſſa pietate inſignes ex oppoſito attumulatae eſſe leguntur. Exſtat apud Ioannem in notis ad Serarii Moguntina To. I. *ſcript. Mogunt.* L. V. p. 451. Quod quidem epitaphium, licet anno demum 1525 renouatum ſit et erectum, ex antiquiſſimis tamen Aedis monumentis confectum eſſe, ſuadent notae antiquitatis. *Willegiſus* tandem 17 Dec. Epiſcopus factus, vt ipſe teſtatur in *Chronico Augiae* apud Baluzium Miſcell. p. 500. et defunctus a. 968, teſte *Chronico Wurzburgenſi* apud eumdem ib. T. I. p. 500.

### 2. Emendationes genealogicae Rehtmeierianae.

Henrico Mirabili adiungenda eſt filia *Rixa*, quae cum ſorore *Agneſa* fuit virgo, S. Iacobo Oſterodenſi in coenobio dicata, vti patet ex adlato Henrici diplomate ad annum

(f) *IOANNES ad Serarium* p. 666. tribus diplomatibus oſtendit, Schonettam hanc fuiſſe Iohannis filiam, Adolphi Epiſcopi Moguntini neptem, Philippi Naſſovici ſororem.

(g) Sic vulgo, ſed falſo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

num 1331. Magni Torquati vxor vulgo denominatur *Catharina* et pro Waldemari Electoris Brandenburgici filia habetur, qui obiit anno 1319. Ipſa autem ita exſtitiſſet nata 40 annos ad minimum, quum matrimonium contraxit. Ipſa vocatur *Catharina*, filia Principis Anhaltini, in Leuckfeldii Antiqq. Kelbranis p. 95. Leoni Brunſuicenſi, ab Henrico Leone erecto, fuit inſcriptum initio:

HENRICVS. LEO. DEI. GRATIA.
DVX. BAVARIAE. ET. SAXONIAE.
AD. SEMPITERNAM. ET. ORIGINIS. ET
NOMINIS. SVI. MEMORIAM.
BRVNSVICI. IN. AVITO. MAIORVM.
SVORVM. PALATIO.
ANNO. AB. INCARNATO. DNO.
M. C. LXVI.
H. M. P.

Erneſti Gottingenſis filia *Anna* exſtitit Abbatiſſa Oſterodenſis. Ottonis Gottingenſis filia quoque fuit *Anna*, Comitis Wilhelmi Hennebergenſis vxor, vti patet ex Weinrichii *Hennebergiſchen Kirchenſtaat* p. 205.

## *MEMBRVM IX.*

### Diplomata ad hiſtoriam Ducum Saxoniae et Brunſuicenſium ſpectantia, e penu Ven. Rehtmeieri, exceptis tamen poſtremis.

I. In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. OTTO Dei gratia Rex. Nouerint omnes" fideles noſtri. preſentes ſcilicet et futuri. qualiter nos pro remedio anime beate" memorie Domni *patris noſtri Henrici regis*. et pro incolumitate Domne *matris noſtre Mathilde regine*. nec non pro ſtatu et incolumitate regni noſtri dilecteque *coniugis noſtre" Aldheidis* dilectique *filii noſtri Liudolfi*. inſtinctu et monitu *Friderici* ſancte Mogontine" ſedis uenerabilis Archiepiſcopi. *Adalgique* Archiepiſcopi. nec non *Bernhardi* Haluerſtedenſis ecleſie Epiſcopi. quamdam curtem noſtram. *Hebesheim* nominatam. in *pago" Derlingun*. in *Comitatu Brunonis* ſitum. in preſentia eiusdem *Brunonis* filiique eius *Liudolfi*. *Geronis Marchionis*. *Criſtiani Comitis*. nec non *Liutharii* et *Friderici* Comitum." cum omni integritate univerſisque appendiciis aut utilitatibus vel acquiſitis vel acquirendis. Domino ſanctoque Martiri Mauricio in *Magadaburg* regalia noſtra munificentia in perpetuum transfundimus atque donamus. et ad opus uel uſum fructum ibidem" Domino ſanctoque Mauricio. noſtro uidelicet patrono. ſeruientium deputamus. Et" ut hec noſtre traditionis auctoritas plena uigeat firmitate. iusſimus hoc preceptum conſcribi. per quod ſancimus. ut nullus ſucceſſorum uel heredum noſtrorum temere illud preſumat infringere. Et ſi ullus hominum in eisdem rebus aliquid iniurie facere" preſumpſerit. ſummi iudicis uindicte ſubiaceat. iramque prenominati Martiris incurrat. Et ut a fidelibus noſtris hoc uerius credatur. anuli noſtri impresſione ſignari precepimus. manuque propria ſubtus illud firmauimus atque corroborauimus."

Signum Domini Ottonis  Magni et Inuictisſimi Regis."
Liudulfus Cancellarius ad uicem Brunonis Archicapellani notaui."
Data II Idus Aprilis anno dominice incarnationis DCCCCLXV. Indictione IIII." anno II. regni domni Ottonis XXX. Actum *VViba*. in Dei nomine" feliciter. Amen."

### 2. Otto I. donat locum Fugelsburg monaſterio S. Anaſtaſii. a. 974.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. OTTO Dei gratia Imperator Auguſtus." Noſcat omnium induſtria tam preſentium quam futurorum. qualiter nos pro piisſimi genitoris noſtri anime remedio noſtrique preſente futuraque felicitate. nec non *ob" ſaluberrimam genitricis noſtre admonitionem*. quoddam iuris noſtri praedium. ciuitatem" uidelicet *Fugelsburg* nominatam. cum omnibus iure ad hanc pertinentibus in *Comitatu" Wilhelmi Comitis*, et in *pago Wiſichgau* ſitam. ad monaſterium quoddam ſanctimonialium"

S."

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„S. Anaſtaſii. et eidem eccleſie. noſtra imperiali potentia. in perpetue vſum proprie-
„tatis conceſſimus firmiterque donauimus cum utriusque ſexus mancipiis. edificiis.
„terris cultis et incultis. pratis. paſcuis. ſiluis. aquis aquarumve decurſibus. molendi-
„nis. mobilibus et immobilibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaeſitis et inqui-
„rendis. et cum omnibus iure regaliter ad hec pertinentibus. eo tenore. ut deinceps
„eidem eccleſie ac ſanctimonialibus ibidem ſeruientibus. vel per euum ſeruituris. idem
„predium eiusque appertinentia in perpetuum uſum. Abbatiſſa hoc ſemper prouiden-
„te. permaneat. Et ut hoc ſancte Dei eccleſie fidelibus noſtrisque melius credatur. et
„diligentius obſeruetur. hanc cartam inſcribi iuſſimus. et annulo noſtro ſignatam ma-
„nu propria ſubtus firmauimus

„Signum Domini Ottonis  Imperatoris Auguſti
„Willigiſus Cancellarius ad uicem Rodberti Archicapellani notaui.
„Datum XV Kal. Iulii dominice incarnationis D. CCCC. LXXIIII. Indictione
„II. anno uero regni Domini Ottonis XIII. imperii autem VIII."

## 3. Venditio 4 manſorum ab Henrico confirmata.

„H. Dei gratia Dux Bauariae et Saxoniae. omnibus *catholicae fidei cultoribus* ſalutem.
„ Quoniam diuini beneplaciti imperueſtigabilis ratio voluit. nos. quamuis indi-
„gnos. ſorte poteſtatis praecellere. eo amplius conuenit. nos aliis curam et diligen-
„tiam iure aequitatis impendere. et non ſolum malis preſentibus contra ire: verum
„etiam futuris oculo diſcretionis praecauere. Sed quia in plerisque. veruntamen ma-
„xime in eccleſiaſticis negotiis, inſtituta maiorum negligi et labi conſpicimus. ideo o-
„portet autoritate et teſtimonio confirmari. vt non ſolum apud praeſentes. verum
„etiam apud poſteros inconvulſa perſeverent. Noverint itaque contemporanei. no-
„uerint etiam in poſteritatem ſucceſſuri. qualiter *Gunzelinus de Lengethe* et vxor eius
„*Alheidis*. cum tribus filiis. *Henrico*. *Gunzelino*. *Hartwigo*, fratribus in Riddageshuſen.
„quatuor manſos in *Solsche* ſitos pro triginta quatuor marcis vendiderint. et. quia em-
„tio talis ante nos facta eſt. praeſentem paginam autoritate ſigilli noſtri in teſtimo-
„nium conſignamus. et eorum nomina. coram quibus haec ſunt acta, praeſentibus
„ſubſcribi iuſſimus. *Ludolphus*, *Hauerus*, *Burchardus*, *Ludegerus*, *Gunzelinus de Swerin*,
„*Arnoldus de Dorſtad*, *Eilbertus* Canonicus de Hildenſem, Iohann frater eius burſarius,
„*Ludolphus* Aduocatus, *Bernhardus*, *Meinhardus*, *Geuerhardus*, *Erneſtus* omnes de Len-
„gethe."

## 4. Henricus idem, ex Palaeſtina redux, donat eccleſiae S.Crucis, quae eſt intra Hildeshemium, partem Crucis dominicae.

„Vniuerſo ſancte Hildenſemeñ ecclẽ tam clero quam populo *HEINRICVS* Dei gra-
„ tia Dux Bawarie et Saxoniae ſalutem et indeficientis boni profectionem. Ho-
„norabilem et induſtrioſam vniuerſitatem noſtram ſcire volumus. quod pro ſalute et
„remedio anime noſtre. et vxoris noſtre. ac liberorum noſtrorum. nec non omnium
„heredum et propinquorum noſtrorum. quos preterita preſens vel futura pariet gene-
„ratio. *eccleſie S. Crucis in ciuitate NOSTRA* Hildenſemeñ de ipſa Dominici ligni ſub-
„ſtantia crucem quandam contulimus. prouido noſtre diſcretionis conſilio ſtatuentes.
„quatenus non vni de fratribus. vel duobus. verum vniuerſo eiusdem eccleſie fratrum
„collegio ſeruanda et cuſtodienda committatur. Et ſi quid pro reuerentia noſtri redem-
„ptoris. qui in eadem paſſus eſt. Deo fideles et deuoti ad eamdem venerandam cru-
„cem obtulerint, ſecundum diſpenſationem fratrum in profectus eccleſie redigatur.
„Vt autem hoc ratum et illibatum omni temporum curriculo permaneat. ſuper hoc
„noſtre autoritatis apices conſcribi iuſſimus. et ymagine noſtri ſigilli in perpetuum
„roboramus."

## 5. Otto IV. Rex moribundus diſponit iura de poſſeſſionibus et iuribus eccleſiae Hildeshemenſis.

„Ego OTTO Dei gratia Romanor. Imperator et ſemper Auguſtus. omnibus. ad quos
„ he

ſe littere peruenerint. in preſenti gratiam. in futuro gloriam. Ad cautelam futuri“
temporis omnibus eſſe notum volumus. quod quaſcunque poſſesſiones vel iura eccleſie“
Hildenſemeñ nos vel anteceſſores noſtri iniuſte vſurpauimus. eis renunciamus. et“
eccleſie cum integritate reſtituimus. Quod autem ſuprema voluntas noſtra effectui“
mancipetur. preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignauimus. Teſtes autem“
ſunt *Sifridus* Eps. Hildenſemeñ. Conradus Decanus. Conradus Cantor. Conradus“
Scholaſticus. Henricus de *Toſſem.* Bertoldus Canonicus S. Mauritii. *Magiſter* Marſi-“
lius Canonicus ſancte Crucis. Florinus Canonicus ſancti Blaſii in Brunſchwig. Bern-“
hardus Subcuſtos. Ambroſius Plebanus de Vrankeneberge. Ludolfus Notarius Epi-“
ſcopi. Magiſter Gafridus. Datum Hartesburch XV Kal. Iunii.“

6. *Inuentarium omnium bonorum Capituli S. Cyriaci* , *ſigillatum per Ducem Henricum* , *Palat. Comitem Rheni* , ex communicatione Prof. Ioann. Lud. Lev. Gebhardi. Dolendum, quod monumentum hoc antiquitatis ita ſit deprauatum et mutilatum. Poteſt id tamen aliquem vſum praebere.

„ - - - Haec ſunt bona eccleſiae ſancte Crucis ſanctique Cyriaci mar-“
tyris in Bruneswic pertinentia - - - - - - canonica inſtitutione Domino ſeruien-“
tium, quae contulit bonae memoriae *illuſtriſſimus* - - - - - - pro remedio ani-“
marum ſuarum. *Rothne* III. manſi, quorum duo ſoluunt XIIII. - - - - - eorum,
III. mod. *Trikthe* VI. et dimid. quorum V. ſolvunt XL. ſol. Sextus VI. ſol. dim. - -
- - - - - - - et una area VI. den. *Apelderſtide* VIII. manſi. quorum VII. ſolvunt
XL. octavus - - - - - - - *Helleshem* II. manſi, quorum unus VI. alter VII. ſol.
et III. mod. *Hachem* - - - - - - - - - - *Otheme Rothe* I. mans. III. ſol. *Eſtampen-
love* I. mans. VIII. ſol. *Tweleken* VI. manſ. - - - - - VIII. ſol. et III. mod. *Lellen-
heim* IIII. manſ. quorum III. ſoluunt XXIIII. ſol. quartus VI. ſol. - - - - - *nſtide*
I. manſ. VII. ſol. et III. mod. *Holthorpe* quaedam iugera , quae ſoluunt II. ſol. *Sudda*
- - - unum et dimid. manſ. qui ſoluit IIII. ſol. *Wobeke* I. manſ. VI. ſol. et III. mod.
*Budenſtide* XII. mans. unus eorum ſoluit - - - ſol. aliorum quilibet VII. ſol. et qui-
libet eorum III modios. In *minori Budenſtide* III. manſ. et dimidius , quorum quilibet
- - ſoluit VII. ſol. et III. mod. *Volchereſthorp* II. manſ. quorum vnusquisque ſoluit VIII.
ſol. et III. mod. *Tweleven* - - - - - - - quorum vnusquisque ſoluit VII. ſol.
et III. mod. *Heſekesthorp* I. manſ. X. ſol. et III. mod. *Algoteſthorp* IIII. - - - - - - -
quorum duo ſoluunt XIIII. ſol. duo ſoluunt XVI. ſol. dimidius IIII. ſol. quilibet eorum
III. mod. *Wac* - - - - - - - - - quorum quilibet ſoluit VIII. ſol. et III. mod.
*Twiſinge* III. manſ. quorum quilibet ſoluit VIII. - - - - - - - - -
- - - - - ſoluunt XVI. ſol. dim. IIII. quilibet III. mod. *Ierkesheim* IIII.
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
*Ste e* - - bonum quod ſoluit - - - - - - - -
- - - - - *Gluſinge* unus mans. qui ſoluit X. ſol. et III. mod. *Timbere* II.
mans. qui ſoluunt XVIII. ſol. *Winnigſtide* I. manſ. qui ſoluit XIII. ſol. et III. mod. *Er-
gedſtide* V. manſ. quorum quilibet ſolvit X. ſol. et III. mod. *Aſpenſtide* III. manſ. quo-
rum quilibet ſolvit VIII. ſol. et III. mod. *Nienthorp* V. manſ. quorum quilibet ſoluit
VIII. ſol. et III. mod. *Wenethesheim* IIII. manſ. quorum quilibet ſoluit VIII. ſol. et mod.
et area, quae ſoluit VI. den. *Weſterheim* IIII. manſ. quorum quilibet ſoluit VIII. ſol.
et III. mod. *Altlevesheim* III. manſ. quorum quilibet ſoluit VIII. ſol. et III. mod. *Dalem*
III. manſ. quorum II. ſoluunt XIII. ſol. et VI. mod. tertius VI. ſol. et III mod. *Vrethe*
quaedam iugera quae ſoluunt II. *Seuenesleue* quaedam quae ſoluunt XXX. den. Inter
*Gerekzheim* et *Krelinge* quaedam, quae ſolvunt III. ſol. Haec - - - emit Decanus
Reimarus â Ludolfo de Schepenſtide. Molandinum unum *Apelderſtide* , quod ſoluit
- - In *maiori Veledſtide* XXIII. manſos absque allodio, quorum quilibet ſoluit VIII. ſol.
et III. mod. IIII. iugera cum area una, quae ſoluunt IIII. ſol. In *minori Veledſtide* VIII.
manſos, quorum quilibet ſoluit VIII. ſol. et III. mod. *Herethe* II. manſ. quorum unus-
quisque ſoluit VIII. ſol. et III. mod. *Cramme* dimid. manſ. qui ſoluit VI. ſol. *Hilſede*
I. manſ. qui ſoluit VI. ſol. *Sunnenberge* III. manſ. quorum quilibet VIII. ſol. et III. mod.

et quinque iugera, quae ſoluunt II. ſol. *Gledinge* dimidium manſ. qui ſoluit IIII. ſol. *Runinge* IIII. manſ. et dimid. quorum II. et dimidius ſoluunt talentum et annonam, duo tantum XXV. ſol. - - - *Halechtere* IIII. manſ. quorum quilibet ſolvit VIII. ſol. et III. mod. *Pungenſtide* dimidius manſ. qui ſolvit IIII. ſol. *Beierſtide* II. manſ. - - qui ſoluit VIII. ſol. et III. mod. In *Scoderſtide* II. ſol. *Wattekesheim* I. quem Decanus Reimarus emit eccleſiae ad ignem in hyeme. *Berneſtorp* II. ſol. *Wenedeburch* I. manſ. qui ſoluit IIII. ſol. - - - *eritle* III. manſ. quorum unus ſoluit modium ſiliginis, duo IIII. ſol. *Honrothe* I. manſ. qui ſoluit mod. ſilig. *Hillebechterode* III. manſ. quorum I. ſoluit mod. ſilig duo IIII. ſol. In *Karsbike* dimidius manſ. et - - - ſoluit IIII. ſol. In *Betlene* dimid. manſ. et area, quae ſoluunt IIII. ſol. In *Watenſtide* I. manſ. et area, quae ſoluunt VI. modios magnos tritici. *Lidenghuſen* LXX. modioli ſiliginis. *Rithuſen* I. manſ. qui ſoluit III. ſol. *Rotesheim* I. bonum, quod ſoluit II. ſol. *Kretechenhuſen* I. bonum, quod ſoluit IIII. ſol. - - *Eklethe* II. ſol. et VI. nummos, qui vocantur *Hunechpennige*. *Gerswide* II. ſol. et VI. num. hunechpen. *Lochtendorp* II. ſol. *Hal* - - - - ſitulam mellis et VIII. num. hunechpen. *Nevere* IIII. ſol. *Honhorſt* IIII. ſol. et VI. num. honichpen. *Hachene* IIII. ſol. *Bliewede* XIV. ſol. *Wiedeſele* VI. ſol. *Wideresdorp* II. ſol. *Stenbeke* II. ſol. *Bar* - - - - *Wittinge* IV. ſol. *Meteſinge* V. ſitulas mellis et totidem VI. num. hunich. pen. Iſti nummi, qui vocantur Hunichpen. pertinent Vice Domino. *Alerſele* VII. manſ. qui ſoluunt XVIII. den. *Adenhuſen* V. manſi, quorum quilibet ſoluit IV. ſol. absque allodio, quod ſingulis annis ſoluit I. ſol. Ad *paruum Swilber* II. ſol. in bonſ - - - quae ſoluit II. nummos. *Yſinebutle* II. ſol. Ad praebendam fratrum. *Wetmereshagen* II. ſol. *Eilardebutle* XVIII. den. *Berchtisbutle* XVIII. den. *Waggen* IV. ſol. et VI. den. *Lere* IV. ſol. *Herederod* IV. ſol. *Tithe* IV. den. *Wartisbutle* VI. den. *Brunesrothe* II. manſi, vnus ſoluit VI. ſcat. mellis et VI. mod. avenae et II. hordei et dimidium remel lini, vnus ſoluit IV. ſcat. mellis et VI. mod. auenae et II. hordei, et dimidium remel lini. Mel debet ad ſeruitia, reliqua Vice Domino. *Errenrod* VII. ſcat. mellis, cera totius mellis debet tota cuſtodi. *Eiſenbutle* molandinum cum omnibus utenſilibus debet Dominis, excepto I. talento, quod debet ſolui Praepoſito. X. manſos iuxta montem, qui ſoluunt annonam, II. manſos *Munnenſtide*, qui ſoluunt annonam, II. et dimidium iuxta ciuitatem, qui ſoluunt annonam, XV. ſol. de nouali iuxta montem, et decaniam ipſius novalis, quam contulit beatae memoriae bru - - - - - - menſis fratribus ſanctae crucis et ſancti Cyriaci. *Benneſtorp* villam cum eccleſia et omnibus utenſilibus - - - - - - - - et manſorum, qui ſunt XXXIV. ſc. exceptis tribus manſis, qui ſolvunt praepoſiturae XII. ſol. Habent praeterea *fratres de Dudinge* I. manſ. qui ſoluit IV. ſol. *Aldenthorn* - - - - - - *Medele* XVIII. den. De ſalina iuxta *Hemmen* - - - - - - - - - Item absque ſupra notatis emimus in - - - - - abAdvocato *Baldewino* et fratre ſuo - - - - - Palatino Rheni confirmatum eſt banno multorum Sacerdotum et ſigillo Domini noſtri *Henrici Ducis et Palatini Rheni* confirmata ſunt omnia, quae ſunt in carta iſta. Item in *maiore Velerſtide* emimus dimidium manſum â Dno. - - - et cum bona donatione ipſius et vxoris ſuae et filiorum ſuorum. Quicunque temeraria praeſumtione haec omnia infringere non formidauerit, ſit Anathema Mara Natha. - - - *Wernerus* tres manſos in *Atleveſſen* pro XXX et II. marcis â IV. fratribus - - - - *Friderico, Bertoldo de Ampeleve*. Hos manſos incoluit quidam *Alvericus* - - - - - - - in beneficio â Dno *Henrico Palatino et Comite Rheni*, cui beneficio dum renuntiarent, Henricus Palatinus et Comes Reni intuitu Dei et ſanctorum omnium et petitione praedictorum IV. fratrum com - - - - Alvericum cum ſuis heredibus eccleſiae noſtrae. Et hoc inſigniri fecit ſigillo ſuo. - - - et banno multorum Sacerdotum, et ſignatum ſigillo S. Crucis et S. Cyriaci.

Haec ſunt bona *Praepoſiturae* ſanctae Crucis et ſancti Cyriaci in Bruneswic. In - - - - XVIII. manſi et dimidius, qui ſolvunt VII. talenta et dimidium et VI. ſol. In *minori* - - - *ſtide* III. manſi, qui ſolvunt XXIV. ſol. In *Brorethe* III. manſi, ſolventes XVIII. ſol. In *Brotſem* ſex et dimidius manſus, ſolventes II. talenta et III. ſol. In *Runinge* II. manſ. ſolventes XVI. ſol. In *Leyforde* dimidius manſus, ſolvens - - - *eggeringe* II. manſi, ſoluentes XVI. ſol. et area, quae ſoluit VI. den. *Lithinge* dimidius manſus, ſoluens - - - - *Wolthorp* I. manſus, ſoluit IV. ſolid. *Werenbeke* de uno bono IV. ſol. In *Crerenchuſen* IV. ſol. - - *Roenhuſen* VIII. ſol. *VVerdelinchuſen*

*ſen*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ſen* III. ſol. *Volquardiſſem* XXX. modii humuli et VI. an. *Wenhuſen* II. manſi et dimidius, ſolventes X. ſol. et XIII. mod. humuli. *Eklege* V. ſol. In alia villa *Eklege* III. - - - - - - - Dum hoſpicium Vice|Domino et Officiali Praepoſiti dum uadit pro requirendis bonis, et hoc bonum - - - *Hou* XXIII. den. In *Metringe* IV. bona et vna area, quae ſoluunt III. ſitulas mellis et XIV. - - den. *Hethome* III. ſol. *Hennebutle* II. manſi ſoluentes VI. ſol. In *Herederothe* dimidius manſus ſoluens I. ſol. *Rotne* II. manſi, ſoluunt XVI. ſol. *Atleveſſen* III. manſi, XXIII. ſol. *VVinethuſen* I. manſus VIII. ſol. *Haghem* II. manſi XVI. ſol. *Cublinge* II. manſi XVI. ſol. *Ampeleve* II. manſi et dimidius XVIII. ſol. In *parvo Dalem* II. ſol. *Gerekſem* I. manſus VIII. ſol. *Beierſtide* II. manſi et dimid. XX. ſol. In monte qui dicitur *Heſenem* ſoluit IV. ſol. *Lethenchuſen* unum bonum ſoluit XXXVI. modiolos ſiliginis. *VVatenbüttel* - - - - ſoluunt modium ſiliginis magnum et II. ſol. De ſalina in Dalem IV. manſ. ſoluunt maiorem mod. - - - - Salina VIII. ſol. Item in *Saldalem* III. manſi XXIV. ſol. - - - - In *Hattorp* II. manſ. XII. ſol. - - - - *Adenſtide* IV. manſ. XL. ſol. *Brug* - - *ſberg* I. manſ. X. ſol. *Munnenſtide* I. manſ. VI. ſol. *Oberge* - - XVIII. ſol. *Burgwide* II. ſol. *VVinedeburg* III. modios ſiliginis. *Timberlo* manſus et dimidius XII. ſol. *VVende* I. manſ. VIII. ſol. *Senſtide* allodium de tribus manſis et dimidio, quod ſoluit X. majores modios tritici, mod. avenae. *Zeigte* III. manſ. XXIV. ſol. *Manhuſen* II. ſol. *Witmershagen* II. ſol. Ekwa - - - III. manſ. XII. ſol. *Sulinge* molend. et manſ. et dimid. quae omnia ſoluunt XXIV. ſol. *Ingenlove* - - - manſus, ſoluentes marcam et dimid. *Tweleven* II. manſ. XIV. ſol. *Helekeſthorp* dimid. manſi. - - - - - - *Bruneſthorp* III. manſ. XII. ſol. Omnes hi manſi, qui ſoluunt VI. ſol. vel plus ſoluunt, III. marc. - - - - in amlinge. Hi reditus omnes denariorum ſunt XL. et duo talenta. Commendentur pr - - - - - - eccleſia in *Velerſtide* attinet praepoſiturae, et debet Dominus Praepoſitus praefatae eccleſiae ſancti Cyriaci - - - prouidere et inueſtire. Quicunque temeraria praeſumtione haec omnia infringere non formidauerit, ſit Anathema Mara Natha.

Haec ſunt attinentia ad *Cuſtodiam* victorioſiſſimae Crucis ſanctiſſimique martyris Cyriaci in Bruneswic. *Hergerſtide* II. manſ. XXII. ſol. qui ſoluunt annon. *Rotne* II. manſ. XIV. ſol. et VI. mod. *Biwene* VII. ſol. *Bodenrothe* II. ſol. Vicedom. fratrum III. ſol. Haec recipit cuſtos, et expe - de his VIII. ſol. pro celebrandis diuinis ſub turri, et VIII. ſol. in anniuerſario marchionis Ludohl memoriae dictorum, et VIII. ſol. ad ſpenſam pauperum. Conquirit etiam de his duo luminaria argenti - - - fidelibus lucentia, unum in alteri beatae Mariae ſub turri, alterum in altari Crucis glorioſae - - - - et de cera, quam habet de melle Dominorum, et de cera, quam habet de defunctione fratrum et ſororum ve - - - - - cereum, ad miſſas omnes celebrandas ad omnia altaria et ad veſperas quotidiè et ad matutinas - - - Quicunque fratrum prouiſor eſt diuinorum officiorum, prouidere debet candelam ceream ad altare poſitam, ad omnes vigilias et ad miſſas animarum, quas celebrat, conuentus Dominorum. Sunt autem ſolempnitates, in quibus per circul - - amplius - - - et eas ab inſtitutione beatae memoriae praedeceſſorum noſtrorum ampliori honore - - - - Primus dies reſurrectionis Dominicae, Inuentio crucis, Aſcenſio Domini, Primus dies Pentecoſtes, dies Trinitatis, dies Johannis baptiſtae, dies Dedicationis eccleſiae, dies glorioſi martyris Cyriaci, dies Aſſumtionis Mariae virg. dies Exaltationis crucis glorioſae, dies Natiuitatis virginis Mariae, dies Michaelis Archangeli, dies Adventus Domini, dies Natiuitatis Domini, dies Circumciſionis Domini, dies Epiphaniae, dies Purificationis Mariae virg. dies ſancti Cyriaci, dies Incarnationis Dnicae. In his ſanctis feſtivitatibus ponit cuſtos - - paſchalem candelam, ceream magnam, iuxta altare ſummum, et fortè plures ex gratia tantum, circa chorum XII. In monaſterio - - in quadam corona VIII. Super altare ſanctae Mariae occidentale IV. et vocantur Amtescandelae - - et accenduntur ab eccleſiaſtico, quod cito dr. verſus â puero, et incipitur homilia â Diacono. Debet etiam cuſtos accendere candelas ad ſufficientiam, ad prouidendas lectiones, et ad legendas, et ad reſponſiones - - - per totum annum. Debet etiam praeuidere oblatas, etiam vinum ſacrificii et thus et criſma, et debet - - tes ad abluendum dare, et ad reficiendum, etiam funes campanarum, et feneſtras - - - reficere. Commendentur praeterea memoriae. Quod *eccleſia beati Petri* in Brunswic attinet, et cuſtodiae. Debet prouidere Sacerdotem praefatae eccleſiae idoneum, ad honorem

Dei et beati Principis Apoſtolorum, praeterea providere - - - Quicunque temeraria praeſumtione haec omnia infringere non formidauerit, ſit Anathema Mara Natha. Praepoſitus debet reparare ſemper omnem dilapidationem monaſterii et clauſtri et Refectorii ſcholarum. Decano debet ſemper fieri obedientia.

Sanctae Crucis et Sancti Cyriaci martyris *Decaniae* bona ſunt haec: In *maiori Helegenthorp* VI. manſ. qui ſoluunt III. den. In *minori Helegenthorp* III. manſ. qui ſoluunt VII. ſol. et III. den. In *Hattorp* III. manſ. qui ſoluunt - ſol. In *Horne* unum ſol. *Eccleſia in maiori Helegenthorp* in beneficienda eſt â noſtro Decano, et â Praepoſito ſancti Johannis de Halberſtat. Quicunque temeraria praeſumtione haec omnia infringere non formidauerit, ſit Anathema Mara Natha.

De his ſuper memoratis bonis ſitis in *Atleveſſem* - - - omnibus fidelibus beatae memoriae *Wernerus* Canonicus in eccleſia ſanctae crucis et ſancti Cyriaci mart.
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
tuit de tribus manſis ſoluentibus tria talenta - - - - - - - -
- - - - - - *Atleveſſem* â IV. fratribus, *Reinero* - - *Friderico Bertoldo de Ampeleve*, - - - - - - - idoneus et ſtacionarius locetur -
- - - - - etiam habeat X. den. - - - - - - - -
VIII. in Natiuitate Dni, etiam VIII. in Reſurrectione Dni, et VIII. in Pentecoſtes - -
- - - In Dedicatione eccleſiae, in exaltatione ſanctae crucis, integraliter,
- - - - - - - - - - - - - -
VIII. ſol. in translatione ſancti Cyriaci in aeſtate, etiam V. nocturna - - - - -
nocte, de VIII. den. comparatis ad V. altaria, et ſecunda die dicenda eſt miſſa pro ſalute - - - - - - et dandi ſunt VI. ſol. adſpenſam, et haec exequenda ſunt quamdiu ipſe ſuperuixerit. - - - - - - - autem depoſitionis ſuae die dandi ſunt.
„VIII. ſolidi praefati conſolationis dnis, et VI. ſol. - - - - - pauperibus, et po-
„nendae V. candelae, comparatae VIII. den. in nocte, ante V. altaria - - - - -
„danda eſt candela in purificatione. Haec omnia banno firmiſſimè ſtabilita - -„

7. Friderici II diploma a. 1235. Moguntinae datum, de erectione Ducatus Brunſuicenſis et Luneburgenſis. Ex autographo. In editis exemplis varii inſunt naeui, praecipue in nominibus teſtium admiſſi.

„In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. F$^{RDRC}_{IEIV}$S ſecundus diuina fauente clemen-
„tia Romanus Imperator ſemper Auguſtus. Jeruſalem et Sicilie Rex. Glorioſus in ma-
„ieſtate ſua dominantium dominus. qui regna conſtituit et firmauit Imperium. de cuius
„clementia uiuimus. de cuius eſt munere quod feliciter imperamus. ad hoc nos ſupra
„Reges et Regna prepoſuit et in Imperiali ſolio ſublimauit. ut nobis factori noſtro gra-
„titudine deuota ſubiectis. pacem et iuſtitiam moderamina noſtra contineant. et qui
„ſumus pre filiis hominum ab eo qui preminet orbi terre ſublimius exaltati. uiros di-
„gnos honoribus. et nos immeritos ad ſollicitudinis partem admitti. liberaliter ad decus
„et decorem Imperii. nominis et honoris titulo decoremus. Hinc eſt igitur quod per
„preſens ſcriptum nouerit preſens etas et futura poſteritas. quod cum diu propoſiti no-
„ſtri foret. ut *dilectum conſanguineum noſtrum OTTONEM de Luneburch* ad fidem Imperii
„et deuotionem noſtram efficeremus artius obligatum. nec loci vel temporis oportuni-
„tas affuiſſet. quo conceptam erga eum intentionem noſtram proſequi nos deceret con-
„tingente cauſa noſtri felicis aduentus in *Alamanniam*. et preformatione tocius terre ſta-
„tus. indicta Maguncie curia generali. dictus Otto ad eandem curiam vocatus acceſ-
„ſit. in qua dum aſſidentibus nobis principibus noſtra ſerenitas reſideret. de reforman-
„do terre ſtatu diſponens. nominatus Otto de Luneburch flexis genibus coram nobis.
„omni odio et rancore poſtpoſitis. que inter *proauos* noſtros exiſtere potuerunt. ſe to-
„tum in manibus noſtris expoſuit. noſtris ſtare beneplacitis et mandatis. et inſuper
„*proprium caſtrum ſuum Luneburch*. quod idiomate teuthonico uocatur *eygen* cum multis
„aliis caſtris. terris et hominibus eidem caſtro pertinentibus. in noſtram proprietatem
„et dominium ſpecialiter aſſignauit. ut de eo quicquid nobis placeret tamquam de no-
„ſtro proprio faceremus. Nos autem qui tenemur modis omnibus Imperium augmen-
„tare. predictum caſtrum de Luneburch cum omnibus caſtris. pertinentiis et homini-
„bus

bus ſuis. quemadmodum ex eiusdem Ottonis aſſignatione in proprietatem accepi-“
mus. in preſentia principum transtulimus. et conceſſimus vt per Imperium infeoda-“
ri deberet. Ciuitatem inſuper de *Brunſchwich.* cuius medietatem proprietatis domi-“
nii a Marchione de Baden et reliquam medietatem a Duce Bawarie dilectis principi-“
bus noſtris emimus (*) pro parte vxorum ſuarum que fuerunt quondam filie Henri-“
ci de Brunſchwich. Comitis Palatini Reni patrui dicti Ottonis ſimiliter in eadem cu-“
ria Imperio conceſſimus. proprietatem nobis debitam in dominium Imperii transfe-“
rentes. Preterea Ottone in ipſa generali curia in manibus noſtris connexis palmis ſuper“
ſancta Cruce Imperii que ibidem tenebatur. preſtante fidei iuramentum. Nos attendentes“
quam pura fide. ſincera et prona deuotione ſe totum mandato noſtro et uoluntati commi-“
ſit. et in proprietatem noſtram conceſſit proprie proprium caſtrum ſuum. *de quo nemini*“
*tenebatur.* et humiliauerit ſe modis omnibus coram nobis. Conſiderantes inſuper quod nun-“
quam per eum fuerit offenſum Imperium. et nec contra honorem noſtrum ad ſuggeſtio-“
nem alicuius voluerit inueniri. dignum et utile uidimus circa ſtatum et augmentum ipſius“
Imperiali munificentia prouidere. Quapropter cum conſilio aſſenſu et aſſiſtentia prin-“
cipum Ciuitatem Brunswich et caſtrum Luneburch cum omnibus caſtris. hominibus“
et pertinenciis ſuis uniuimus. et creauimus inde *Ducatum.* et Imperiali auctoritate di-“
ctum conſanguineum noſtrum Ottonem *Ducem et Principem* facientes. Ducatum ipſum“
in feodum Imperii ei conceſſimus. ad heredes ſuos filios et filias hereditarie deuol-“
uendum. et eum ſollempniter iuxta conſuetudinem *inueſtiuimus per uexilla.* De afflu-“
entiori gratia concedentes eidem *decimas Goslarie* Imperio pertinentes. Ceterum *mi-*“
*niſteriales* ſuos in *miniſteriales Imperii* aſſumentes. eidem conceſſimus eosdem miniſte-“
riales iuribus illis. vti quibus Imperii miniſteriales vtuntur. Ad huius itaque conceſ-“
ſionis memoriam et robur perpetuo ualiturum. preſens priuilegium fieri et bulla au-“
rea typario noſtre Maieſtatis impreſſa iuſſimus communiri. Huius autem rei teſtes“
ſunt S. Maguntinus. H. Colonieñ. E. Salzpurgeñ. T. Treuereñ. et Biſuntinus. Archie-“
piſcopi. W. Madeburgeñ electus. E. Papemburgeñ. S. Ratisponeñ. Imperialis aule“
Cancellarius. H. Conſtantieñ. S. Augusteñ. B. Argentinus. H. Baſilieñ. C. Hyldenſe-“
meñ. J. Leodieñ. G. Cameraceñ. J. Meteñ. Tullen. - - Monaſterien.“
E. Nuemburgen. - Traiecteñ. C. Oſemburgeñ. R. Pactanieñ. H. Eyſte-“
deñ. C. Spireñ. E. Merſeburgeñ. E. Verduneñ. et C. Friſingeñ. Epiſcopi.“
Frater. H. domus hoſpitalis ſancte Marie theutonicorum in Iherlm̃ Magiſter“
- - Morbaceñ. - Augen. et - - Elwaceñ. Abbates. O. Dux Bawarie Palatinus Co-“
mes Reni. H. Dux Brabantie. A. Dux Saxonie. D. Dux Karinthie. M. Dux Lothorin-“
gie. H. Lantgrauius Turingie Palatinus Comes Saxonie. H. Marchio Miſineñ. H. Mar-“
chio de Baden. I. et O. Marchiones de Brandeburch. H. Comes Seneñ. H. Comes Ba-“
reñ. D. Comes Cleuen. H. Comes de Hanalt. Et alii quamplures.

Sigillum Dni Friderici ſecundi Dei grã inuictiſſimi Romanorum Imperatoris ſem-“
per Auguſti

„Ierlm̃  et Sicilie Regis.“

Ego Sifridus Ratiſpon. Eps. Imperialis aule Cancellarius vice dni - - Magun-“
tini Archiepiſcopi tocius Germanie Archicancellarii recognoui ;“ “

Acta“

(*) Nullo videlicet iuris titulo. Nam, ſuperſtitibus maſculis, feminae heic adire hereditate terras nequeunt,

„Acta ſunt hec. Anno dnice Incarnationis. Millmo. Ducenteſimo. Triceſimo.
„Quinto. Menſe Auguſti. Octaue Indictionis. Imperante Domino no-
„ſtro FRIDERICO Dei grã ſerenisſimo Romanorum Imperatore. ſemper
„Auguſto Jeruſalem et Sicilie Rege. Anno Imperii eius ſexto decimo.
„Regni Jeruſalem decimo. Regni vero Sicilie Triceſimo Octauo. Felici-
„ter. AMEN ;· ✠ ;·

„Datum Maguntie. Anno. Menſe et Indictione preſcriptis ;· ;· ;·

Sigillum.

## 8. Confirmat Henricus, Comes Palatinus ad Renum, ſex manſos in Solſchen, et vnum in Sulingen a. 1199.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *HENRICVS* Dei gratia Dux Saxoniae et
„ Comes Palatinus Rheni. vniuerſitati fidelium ſignificare neceſſarium duximus. quod
„*fratres* de Riddageshuſen commutarunt ſeptem manſos. ſex in *Solschen*. vnum in *Su-*
„*lingen*. ab *Herwico de Schowene* cum conſenſu heredum ſuorum et precipue Bartoldi
„cognati ſui. qui easdem poſſesſiones nobis reſignauit. recepit autem idem Herwicus
„pro eisdem ſeptem manſis in reſtitutionem alios VII manſos. quorum quinque ſunt
„in *Geuesleben* et duo in Winniſtede. Huius rei teſtes ſunt Bernhardus Dorterſle.
„Henricus de *Twieſſlinge*. Wasmodus frater ſuus de *Cletlinge*. Henricus de *Ampeleue*.
„Herwicus de *Vtheſen*. Iohan de *Burne*. Vlricus de Smedenſtede. Acta ſunt hec an-
„no ab incarnatione dni mill. cent. nonages. nono. indictione IIa.“

9. „Nos *HENRICVS* Dei gratia Dux *iunior* Brunsuicenſis, tenore preſentium publi-
„ ce profitemur, quod nos cum ciuibus Northuſanis pro damnis violentis et in-
„iuriis, nobis es noſtris fidelibus ante dictam ciuitatem illatis, et ab eisdem hucusque
„contra nos perpetratis, ad ſincere pacis et concordie deuenimus unionem. Volen-
„tes una cum ſingulis ac uniuerſis militibus et famulis, tum temporis ante prenomina-
„tam ciuitatem damna recipientibus, ipſorum promotionem tanquam noſtram noſtro-
„rumque fidelium attentare, ita ſane, quod *Domini de Varmerdorff*, ſi eorum ſtipen-
„diarios vinculis ſuis detentos parati fuerint preſentare. Inſuper ſi iidem Domini de
„Varmesdorff in reſtitutione captiuorum ſeu dictorum ſtipendiariorum fuerint emisſi,
„ex tunc debet eadem pacis reformatio inter nos ex parte vna et ciues Northuſanos
„ex parte altera inuiolabiliter obſeruari. In cuius rei euidentiam ac omnium premiſ-
„ſorum pro teſtimonio preſentem literam noſtri ſigilli immunitate duximus roboran-
„dam. Datum anno M. CCC. XXII. Nonis Septembr.“

## 10. A. 1265. Albertus Dux in tutelam ſuam ſuſcipit virginum votiuarum coenobium in *Lodben*, ordinis Dominicani, iuxta Mindam quod fundauerat Widekindus de Monte, Aduocatus eccleſiae Mindenſis.

„Dei gratia *Albertus Dux de Brunſwich* omnibus preſentem paginam inſpecturis in ve-
„ ro ſalutari ſalutem. Quia nonnulli. proprie ſalutis obliti. nomen Domini in va-
„cuum recipere non formidantes. perſonas eccleſiaſticas diuino mancipatas obſequio.
„preſertim religioſas. tam in rebus quam in perſonis interdum ledere non uerentur. ni-
„ſi brachio ſeculari reſiſtatur eidem. nos tenore preſencium notum eſſe cupimus vni-
„uerſis. quod nos nouellam plantacionem in *Lodhen* Minden. dyoc. a nobili uiro *Wide-*
„*kindo* aduocato *de Monte* iam nunc inchoandam ſeu inchoatam ad omnipotentis Dei
„honorem ſueque ſanctisſime genetricis ſub noſtra protectione recepimus ſpeciali. ro-
„gantes attentius et monentes noſtros amicos omnesque noſtre dicioni quocunque iu-
„re uel modo ſubiectos. quatenus ob reuerenciam Domini. noſtrarumque partium in-
„teruencionem. loco dignentur parcere memorato. nec perſonis nec rebus eiusdem
„grauamen ſeu dampnum aliquod illaturi. Cum enim dicta plantacio ſiue monaſte-
„rii ſtructura collocetur in *fundo. cuius ad nos proprietas pertinebat.* ampliori neceſſe eſt
„ut ad eam moueamur et inclinemur affectu. ita quod eam potius quam aliam defen-
„dere teneamur. quia non minor eſt virtus quam querere *parta tueri*. Siquis autem
„noſtra monita vilipendens incommodum. grauamen. aut dampnum ſeu impedimen-
„tum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum, preſtiterit. quo minus ipſa plantacio perficiatur et in quiete permaneat. non mi-“
nus contra nos exceſſiſſe ſe perſentiat. quam ſi nobis grauamen ſeu grauem moleſtiam“
in perſona vel rebus propriis irrogaſſet. Quicunque vero perſonas Domino ſeruien-“
tes in memorato loco promouerit. hic a nobis confidentius promocionis graciam ex-“
ſpectare poterit et ſperare. Datum in *Hetvelte* anno incarnacionis Domini“
M°. CC°. LXV°.“

### 11. Immunitas ab Henrico indulta monaſterio Nordhuſano a. 1289.

Nos Dei gratia Henricus Dux de Brunſwich recognoſcimus per literas preſentes, quod“
exigente pie deuotionis affectu. quam monaſterium ſanctimonialium in noua uil-“
la *Northuſen* ordinis Ciſtercienſis circa nos hactenus habuiſſe didicimus et habere. quic-“
quid ſeruitii ſiue iuris in II manſis. ſitis in villa *Belſtede*. ad id monaſterium pertineri“
habuiſſe dignoſcimur ex antiquo. ipſi monaſterio propter Deum pure et ſimpliciter“
relaxauimus. ita ut manſi iam dicti ab executione ſeu grauamine qualicunque cuius-“
libet *aduocati* noſtri de cetero ſint exempti. Datum in *caſtro Hardenberge* anno Domini“
M°. CC°. LXXXVIIII°. IV$^a$ feria proxima ante Palmarum.“

12. Nos *HENRICVS* Dei gratia *Dux in Brunswich* Chriſti fideles in perpetuum ſcire“
volumus uniuerſos, quod matura et ſufficienti deliberatione prehabita de ſcitu“
aſſenſuque unanimi fratrum ac heredum noſtrorum ceterorumque, quorum intererat,“
intereſt uel intereſſe poterit, ob ſpem diuine retributionis, que ſemper digne reſtat“
venerari, ob honorem quoqueglorioſe Virginis Marie genitricis Dei atque omnium“
Sanctorum gloriam, progenitorum noſtrum et omnium fidelium defunctorum ani-“
marum in refrigerium eternum, noſtramque propriam ſalutem, inclinati precibus di-
lectarum *ſororum noſtrarum AGNETIS* et *RIXE* monialium eccleſie S. Marie ſanctique
Jacobi intra muros Oſterrode, XIV agros ſitos in monte *Haſebul* prope foueam, que
dicitur *Stengroue*, cum omnibus eorum pertinenciis, quorum uſum fructum *Iohannes de
Dorſtad* oppidanus noſter in Oſterrode hactenus poſſidere uidebatur, predicte eccleſie
S. Marie et S. Iacobi in Oſterrode pro diuini numinis cultu adaugendo, diuina gracia
prouidente Iohanni de Dorſtad oppidano noſtro preſcripto et ſuis heredibus arbitranti-
bus, pleno iure appropriauimus et preſentibus incorporamus, incorporacionis modo iu-
ſto, quiete et pacifice perpetuo poſſidendos, volentes dicte proprietatis per nos idonee
celebrate preſtare warandiare requiſiti, quandocunque fuerit oportunum. In cuius rei
teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno Domi-
ni M°. CCC°. XXXI°. feria II. poſt Dominic. Quaſimodogeniti.„

### 13. *Formula reconciliationis inter Ducem Ottonem et Northuſanos* a. 1371.

Wie *OTTO* von G. G. Hertog to Brunſchwig bekennen vffentlich in dyſen briefe“
vor allen luden, dy on ſehn oder horen leſen, dat gethedinget is twiſchen“
den erſamen luden den ratismeſtern v. Raht to Northuſen vf eine ſyt vnd vns vf an-“
der ſyt, dat ſy von er vnde ere ſtadt wegen vns odir vnſen erbin leiſten vnd geben“
ſullen zu ſchatzunge vor ere burg vnd dyner wegen, dy wir gefangen hatten, 800“
marck lotiges Silbers Northuſiſcher wichte, witte vnde were - - zu Elriche oder zu“
Clettenberge - alſo verrn alſo *vnſe Schwager Grave Heinrich zu Honſtein* lebit vnde in-“
lendiſch iſt. wen abir der abginge oder in dem lande nicht anwere, ane argeliſt ſo“
ſulln ſy uns dyt vorbenante geld bezahln in unſir Stadt zu Northeim - - 1371. am“
Montage neyſt vor unſer Frawewirzeweyhunge, dy man nennet aſſumptio.“

### 14. *Erneſtus confirmat renuntiationem Canonicorum Ganderſemenſium* a. 1356.

Nos *ERNESTVS IVNIOR* Dei gratia Dux Brunswicenſis publice recognoſcimus in“
hiis literis, quod vna cum fidelibus noſtris infra ſcriptis interfuerimus placitis et“
tractauimus et ad finem perduximus ea, que verſabantur inter *venerabilem dominam*“
*noſtram IVTTAM Abbatiſſam ſecularis* eccleſie Ganderſemenſis. et eius - - Capitulum“
ex vna, nec non *Tſaldim* et *Helewigem* ſorores dictas *de Tſenborch*. quondam canonicas“
Ganderſemenſes prebendatas parte ex altera hunc in modum, quod predicte ſorores“
non“

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„non vi nec metu coacte, ſed libera voluntate reſignauerint prebendas ſuas habitas in
„eccleſia Ganderſemenſi et curiam ſuam clauſtralem ibidem in manus dictarum domi-
„narum - - Abbatiſſe et - - Capituli, et renunciauerint omni iuri, actioni, iniuriis
„et dampnis. ſique ipſis vel alteri ipſarum competerent vel competere poſſent quomo-
„dolibet in futurum, contra predictas dominas vel quamcunque ipſarum ſeu quamcun-
„que perſonam indicta Eccleſia Ganderſemenſi vel extra eccleſiaſticam vel ſecul rem
„maſculam vel feminam integraliter, penitus, et in toto. Et promiſerint bona fide et
„per iuramentum ſuum corporaliter preſtitum, ſe nunquam contrauenire, nec impe-
„tere per ſe vel per alium eccleſiam Ganderſemenſem, vel aliquem ſeu aliquas perſo-
„nas in ipſa eccleſia vel extra occaſione iniuriarum, dampnorum, intereſſe, ſeu iurium
„predictorum. et ſe non redituras Ganderſem quomodolibet ibidem habitando. In
„quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Et nos
„*Lippoldus de Vredene*, *Bertoldus de Oldwordeshuſen*, milites. *Henningus de Guſtede armi-*
„*ger.* nec non - - Conſules Ganderſem recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod premiſſis
„omnibus et ſingulis vna cum *Illuſtri principe domino noſtro Duce ERNESTO* predicto in-
„terfuimus et in teſtimonium ipſorum ad iuſſum ipſius domini noſtri ſigilla noſtra poſt
„ſigillum ipſius domini noſtri appendi fecimus literis preſentibus in teſtimonium pre-
„miſſorum. Actum et datum Ganderesheim anno domini M°. CCC°. L°. Sexto feria
„tertia in communi ſeptimana.“

## 15. Eidem Erneſto decernuntur a. 1364. vigiliae a Capitulo Ganders-heimenſi.

„We *SOPHIE* Prouestinne, *Iucte* Dekeninne, *Agneſe* Custerinne, vn dat meyne Ca-
„pitel des werliken Stichtes tau Ganderſem. bekennet in diſſeme openen Breue,
„dat we von uſer weghen vnde von der Herren weghen de hir to uſeme Stichte Cano-
„nike ſind, hebbet *upghenomen ſes vnde drittich mark lodighes ſulueres von Hern Jane von*
„*Dannenhuſen* de hir uſes Stichtes *Canonik* is. hir *vore* hebbe we ome vorkoft *dre mark*
„*gheldes ganderſemſcher weringe*. de we eder uſe procuratores willed vnde ſcoled gheuen
„alle Iar uppe ſinte Mertines dach ome eder ſineme wiſſen boden. de wile dat he leued
„ane weder ſprake. wanne he dot is, ſo ſcolen des gheldes teyn mark komen to des
„heylichen blodes miſſe, deme de des vridaghes ſinged in uſeme Münſtere. vnde tey-
„ne to ſinte Stephanes Altare, vn teyne to iartid *des erbaren vorſten uſes heren Hertoghen*
„*ERNESTES von Brunswic*. vn *ſiner Husvrowen* vern *ILSABEN*, wan ſe beyde doet
„ſin. to beghande uppe eynen dach na uſes ſtichtes wonheyt, vn ſes mark to des ſul-
„uen Hern Ianes iartid. Dit vorſcreuene gheld ſcal me denne leghen *an eywighe gulde*,
„de ſcal Her Ian af doen. en kan he des nicht ghedoen, ſo wille we unvorbunden we-
„ſen to den vorgheſcrevenen ſtucken. To orkunde vnde to tüchniſſe diſſer dingk ſo
„hebbe we diſſen bref ghegheuen beſegheled mid uſes - - Capitels ingheſeghele.
„Dit is geſcheyn na goddes bord *dritteyn hundert* Iar in deme *veyre* vnde *ſeſtigheſteme* Ia-
„re, des ſunnauendes na der Paſche weken.„

## 16. Eliſabethae Abbatiſſae legatum pro defuncti mariti Caſimiri ſalute, a. 1447.

„Von Godes gnaden we *ELIZABETH Ebdiſche* des wertliken Stifftes to Ganderſem
„bekennen mit duſſem open breue vor allen luden, de on ſeyn edder horen le-
„ſen, dat we vnſe Teſtament by dem Edellen vnde Erbaren fruwen vnde Hern des
„Cappittels vnſes Stiffts to Ganderſem ergnt gemaket hebben, alſo dat ſe vnde ore na-
„komen den Hochgebornen ffurſten Hern *CASEMER Hertogen to Stetin* etc. *VNSEN*
„*LEVEN HERN SELIGER* to ſtünt vnde vns hir na, wanne ſyk dat geborende
„werd, alle iare des iars eyns mit vigilien vnde ſelemiſſen na des gnten Stifftes vnde
„orer wonheyd beghan ſchullen vnde willen to ewigen tyden. Vnde we hebben vm-
„me godes vnde vnſer ſelen ſalicheyd willen den gnten fruwen vnde Hern gegeven
„*eyne houe landes*, ſo de von *Hermen Smede* ſeliger vor lediget is vnde Her *Bertold Smed*
„ſin broder vnſe *Canonik* vns de vor diderik Meddern vnde Corde Iungen vnſe
„belegen mannen vpgedragen hefft, ſo ſyk in rechten gebort na lifftichte rechte de
„he dar anne hedde van liffſtucht wegen, vnde we antworden on de vryg ledich vn-
„de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de los in ore ruweliken brukende vnde hebbende were, als de vnſe is mit al orer" rechticheyd in felde, in holte, in water ond wiſcen vnde weyde, ed men de beno-" men mach, nicht vtgeſcheiden. Ed dat ſe vnde ore nakomen ſck dat gebruken mo-" gen to ewigen tyden ane vnſer, vnſer nakomen, edder iemandes inſaghe, des wy" vnde vnſe nakomen or rechte frowe vnde wer ſin willen, wore wanne vnde wu-" dicke ore des nod is vnde van vns geeſcet werd, ſunder argeliſt vnde geverde, dat" wy on ſo louen vnde reden ſtede faſt vnde vnvorbroken to holden. des vve to kunt-" ſchap vnſer Ingeſegel an duſſen breffe hebben laten hengen na der gebort vnſes Hern" Iheſu Chriſti *duſent veirhundert* iar, darna in deme *ſeuen* vnd *vertigeſten iar* des don-" nerſtages na Iudica in der faſten."

## 17. *OTTO*, Dux, compoſuit lites inter Fredios et Vslarios.

Ich *Syffred von Fredin* bekenne vffentlich mit duſſeme breffe vor mich vnde alle my-" ne erbin. Alſo vmb ſollichin unvvillen vnde tzweitracht, ſo tzwiſchen *Hanſſe von Vsslar* vnde my waſs von Ern *Beſeken von Fredyn* ſeligen, des ritters, nachgelaſſen" gudern, das ich mich mit deme ſelbin Hanſs von Vsslar, darymb gutlicher vnde ge-" mitlichin voreynt vnd gentzlichin darumb vortragin vnde gerichtet habin, vnd ich" vnde myne erbin, eder nymant von vnſſer weym ſollen noch enwollen on oder ſyne" erbin darumb nimmermer vmb beteydinghen noch anlangen laſſin in keynerlei ge-" wiſs ane geuerde. Des to orkunde gebin ich on vor mich vnde myne erbin duſſen" breff verſegelt mit mynen ingeſegel. Vnd we *OTTE von der gnaden godes Hertzoge von Brunſwig Hertzogin FREDERICHS ſeligin Son*, vnd Hans von *Bonckinhuſin* wie be-" kennen in duſſime ſulven briffe, das wir ſollichen vnwillen vnde tzweytracht tzwi-" ſchin Syffrede van Fredin vnde Hans von Vsslar gutlichen biegeleget, vnde ſy ver-" eynet vnde *gerichtet* habin, den ſy vndereyn biſsher von Ern Beſekin von ffredin des" ritters ſeligin nachgelaſſenen gudern gehad habin. Des ztu merer wiſſentheid han" wir *OTTE* obgn. von godes gnaden vnd ich Hanſs von Bonckenhuſs vnſer Ingeſe-" gel bie des ſelbin Syffridi Ingeſegel an duſſin briff laſſin hengin. Gegebin vff Sunna-" bent neiſe Bonifacii martiris, ſub *anno* domini *milleſimo quadringenteſimo octageſimo tertio*."

## 18. *Litterae Henrici Iunioris ad Capitulum de adrepta pro filia poſſeſſione bonorum Abbatialium.*

Von Gots Gnaden *HEINRICH der Iunger* Hertzog zu Braunſchweig vnd Lü-" neburg etc.

Vnſer Gunſt zuvorn, Erwirdige Edle vnd wirdige liebe andechtige, Wir ha-" ben ewer Schreiben, welcher maſſen ihr euch beſchweret, das vnſer Amptman" *Gebhart Straube* one Volmacht abgefertigt vnd volgends die verlaſſen Gueter vf der" Ebdey beſchrieben vnd inventirt, aber doch vns zu vnterthenigen Gefallen demſel-" ben Procurator die poſſeſſion der Abdey zu Gandersheim mit ihren ſolenniteten ge-geben vnd lengers einhalts hören laſſen. Vnd wollen euch nit verhalten, daſs wir vngern euch an ewern Freiheiten vnd Gerechtigkeiten, auch den decret electionis hindern wolten, ſein des auch mit allen gar nicht geſynnet, ſondern *geneigt dem decreto electionis ſtracks nachzukommen vnd zu geleben*. Ob es aber wie ſich gepurt mit reu-mung der poſſeſſion genanter Ebdey, ſo geſchicklich vnd ordentlich nicht auſsgericht, ſo iſt daſſelbig keiner ander geſtalt, dan das wir vns kurtz halber der Zeit mit euch von wegen eines geſchikten procurators nicht haben vnderreden konnen, verplieben, iſt derwegen vnſer gnedig Geſinnen vnd Beger, ihr wollet vns zu gefallen das, was alſo geſchehen ſein ſoll, ein gering Zeit Gedult haben vnd damit zu frieden ſein, dan wir in gar kurtzen verhoffen zu euch zu kommen, alsden wollen wir vns alſo mit euch bereden und berathſchlagen, damit diſſe Sach ordentlich vnd vermog des de-crets auſsgericht vnd vollnzogen möge werden, dan wie die Verwaltung der Ebtey Gueter mit alle nit beſtellen oder deren vnterfahen, ſondern zu der Zeit ſolchs Han-dels vnd eins geſchickten procurators mit euch einig werden wollen, darzu Ir euch mögt verlaſſen. Das wollen wir in Gnaden erkennen. Datum Wulffenbüttel Mit-" woch nach Iubilate Anno 1531."



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Inſcriptio :*

Den Erwirdigen Edlen vnd Wirdigen Vnſern lieben andechtigen Margarethen, Dechanin, Magdalenen Canoniſſin Seniorn vnd Capittel. *Vnſer Kerchen* Anaſtaſii zu Gandersheim.

19. *Litterae Georgii, Ducis Brunsuicenſis, Epiſcopi Mindenſis ad Margaretam a.* 1564.

Von Gottes Gnaden George, Confirmirter der Ertz vnd Stiffts Bremen vnd Vherden Adminiſtrator zu Minden, Hertzog zu Braunſchweig vnd Luneburgk &c.

Vnſern gnedigen Willen zuvor. Wirdige vnd wolgeborne beſondere liebe Muhme, Wir haben ewr Schreiben der Ebdei halben, welche Frewlein *ERMEGART Grefin zu der Haia* &c. zu laiſten haben, vnd doch nicht bedacht ſein ſoll geiſtlich zu werden, noch in dem Stiffte zu bleiben, mit ferner anhangender Bitte, entpfangen und verleſen. Wollen E. L. darauff zu günſtiger Antwort nicht verhalten, daſs Wir itziger, mit dem Grafen zu der Haia ſemptlichen, etzliche Gahr, hochwichtigen Sachen halber, in ſteitiger Irrunge vnd groſſen Widerwillen ſtehen, vnd derentwegen in Fürſorgen ſtehen, da wir gleich derhalben bey *Graff OTTEN zu der Haia* auch zum beſten gern fleiſſige Fürbitt thun würden, wie wir deſſen in Wahrheit gantz wol geneigt, daſs euch ſodanes nach Gelegenheit Vnſerer mit dem Grafen itzo habenden Sachen viel mehr vorhinderunge, den Vortheil vnd Nutz ſchaffen mochte; wir ſtehen aber in unzweiffelicher Zuverſicht, Ihr werdet villeicht mit andern mehr Fürſten vnd Herrn in Bekantniſs ſein, die mit dem Grafen zu der Haia in beſſern Willen ſtehen denn wir, dieſelben mochtet ihr erſuchen, zweifeln wir nicht, es könte durch dieſelbigen mehr als durch vns erlanget vnd erhebt werden, vnd ſolte es gewis darfür halten, da angezeigter Mangel zwiſchen vns vnd den Grafen nicht were, daſs wir euch gantz willfertig ſeyn wolten. Dan wo wir euch viel ehr, liebs vnd guts bezeigen vnd zu andern Sachen beforderlich ſein konten, wollen wir geneigt vnd willig ſein, daſs wir euch zu gunſtiger Antwort nicht wolten bergen. Vnnd ſeint euch in gnaden vnd allen guten gewogen. Datum Petershagen den 18 Octobris Anno 64.

*Inſcriptio :*

An die Abbatiſſin Margaretha zu Gandersheim.

20. *Litterae Iulii Ducis ad Margaretham Decanam de decima Riſelenſi, a.* 1569.

„Von Gottes Gnaden Iulius Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburg &c.

„Vnſern gnedigen Gruſs zuvorn, Ehrwürdige vnnd wolgeborne, liebe andechti-„ge. Wir erachten euch als einer woluerſtendigen Matrona auſs beywonenden Ver-„ſtande vnuergeſſen ſein, was in verrugter Zeit, der Hochgeborne Fürſt vnnd Herr, „Herr *Heinrich der Iunger*, Hertzog zu Braunſchweig vnd Luneburg &c. Vnſer geliebter Herr vnnd Vater, Hochloblicher Gedechtnüſs vmb gründlichen Bericht des gerumbten Wanes, alſs ſolte *der halbe Zehende für Riſell in Ampte Drindenbergk Paderborniſches Biſchoffthumbs* gelegen, vvelchs des Stiffts Herſe Lehen ſein, (doch bis anhero mit beſtendigem Grunde nichts von den Angeben iſt ervviſen) vnter dato Wulffenbuttel am Dienſtage poſt ſeptuageſimae des verſchienen 68ten Iares an euch ſchrifftlich hat gelangen laſſen. Darauff bey Lebzeiten vnangeſehen evvrer geſchehenen ſchrifftlichen Vertröſtunge, vvelche Ir nevvlicher vveile habet ervviddert, noch hernach in dieſer angefangenen Regierunge kein ſcrifftlicher Bericht alhie eingekhomen, vnnd vns als den rechten Eberſteiniſchen Erben zum höchſten vvircklicher Widerlöſe ſolchs mit grefflichen Conſenze des damals regierenden Graffen von Eberſtein ausgeſatzete Pfandts des halben *Riſelſchen Zehenden* angelegen. Alſs begern vvir nochmahls gnediglich, ſo baldt Ir vviddervmb in euren Stifft Herſe vvürcklich ankhomet, vns ſollichen Bericht, mit glaubhafftiger anzeige deſſelben anhero in ſchrifft zu thun,

thun, darnach wir vns ferner in dieſer von hochgedachtem vnſerm Herr Vater angeſtelter Pfandt fodderunge auff den angeboten Pfandtſchilling kegen den vnbekhanten poſſeſſorem incariae. 5. Martini Iohannem Pauli deren wir genugſam befugt, auch neben vnſern vorfahren hochmilter Gedachtnis mehr als zuuiel des Ortes an verſchwigenen Eberſteiniſchen vnd Brakelſchen Lehnen verlohren, zu richten haben, darzu als einer billigen Bitte, Krafft ewer geſchehenen vnd ervvidderten Vertröſtunge der Bewandnüſſe nach, wir Vns zu euch gentzlich verſehen. Seindt euch zu gnaden gewogen, thun ſollicher beſtendigen Erklerunge zu erſter Gelegenheit erwarten. Datum Wulffenbuttel am Montage poſt Exaudi. Anno &c. 69.

## 21. Henricus Iulius dat repromiſſum de feudis Elbingerodanis 1596.

Von Gottesgnadenn wir *HEINRICH IVLIVS* poſtulirter Biſchoff des Stieffts Hal-"
berſtadt vnnd Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lüneburg etc. bekennen hiemit"
vor vns vnnd vnſere Lehnserbenn, Alls wir vonn der Erwürdigenn vnnd wolge-"
bornenn vnſer liebenn günſtigenn frawenn *ANNEN ERICA* Ebtiſſin des weltlichenn"
Stiffts Gandersheim geborne Grävin zu Waldeck etc. mit *Schlos Stadt* vnndt *Ampt*"
*Elbingeroda* vnnd andernn ſtuckenn, ſo vonn alters die Herzogen tzue Braunſchweig,"
Grubenhageniſchen teills, vom dem Stifft Gandersheim zu lehen gehabt, itzo vffs"
newe belehnet wordenn, das wir demnach vns gegenn wolgemeldte Abbatiſſin vor"
vns vnd vnſere mitbelehnten vnns verpflichtet habenn, Inmaſſen wir auch crafft"
dieſes Reverſes thuenn, das wir vnns vnnd vnſere Lhenserbenn ſich wolgemelte"
Abbatiſſinnen vnd Ire nachkommen vmb ſo viell deſtomehr im beſten befohlenn ſein"
laſſenn, auch die Lehne, ſo offt ſie zu falle kommenn, ſinnen vnd empfangen, dar-"
zu vns gegen das Stifft Gandersheim iederzeit, wie ſich vonn lehns wegen geburet,"
auch von angehender vnſerer furſtlichenn Braunſchweigiſchenn Regierunge hero ge-"
ſchehen, in gnadenn alſo erzeigenn wollenn, das ſie vnns billich zu dancken ha-"
benn ſollenn. Getreulich vnnd vngeferlich. Deſſen zu vrkunt habenn wir dieſenn"
Revers mit eigen handenn vnterſchriebenn, auch vnſer furſtlich Braunſchweigiſch"
Cammer Secret darunter wiſſentlich drucken laſſen, Geſchehen vff vnſer Veſte"
Wulfenbuttell den 24ten Novembris anno ein tauſent funffhundert ſechs vnd"
neuntzigk."

Henricus Julius
mppr.

## 22. Friderici Vlrici repromiſſum ob accepta Regenſteinenſia a. 1629.

Vonn Gottes gnadenn wir *FRIEDERICH VLRICH Hertzog zu Braunſchweig vnnd Lu*-"
*neburgk* etc. bekennen hiemit vor vns vnnd vnſere Lehenns Erben, als wir vnnd"
vnſere freundliche liebe Vetternn, die Herzogen zu Braunſchweig vnd Luneburgk"
Zelliſcher Dannenbergiſcher vnd Harburgiſcher Lini nach tödtlichen Abgang der"
weiland Hochwürdigenn Hochgebornen *Fürſtin* Frawen Dorotheae Auguſtae Abtiſſin"
des käyſerlichen freien weltlichen Stiffts Gandersheimb, geborner Herzoginn zu"
Braunſchweig vnnd Luneburgk etc. vnſer freundtlichen lieben Muhmen, hochſeeligen"
Angedenckens, von der auch Hochwürdigen vnnd Wolgebornen *Fürſtin*, Frawen"
Catharina Eliſabetha erwälten Abtiſſin des käyſerlichen freien weltlichenn Stiffts"
Gandersheim, *Gräffin* zu Oldenburg vnnd Delmenhorſt, Frawen zu Iever vnnd Knip-"
hauſen etc. vnſer gunſtigen lieben Muehmen, *mit der Stadt DERNEBVRG*, auch"
*allen denen Guetern*, *ſo von Alters die Graffen zu Reinſtein vnnd Blankenburg* von den ge-"
weſenen Abtiſſin vnd den Stifft Gandersheimb *zue Lehen gehabt haben*, ietzo wiede-"
rüm belehnet worden. das wir demnach iegen Hochermelte Aptiſſin fur vns vnd"
vnſere Mitbelehnte vnns verpflichtet habenn, inmaſſen wir auch crafft dieſes Reuer-"
ſes thun, das wir vnnd vnſere Lehens Erben - - - 6 Maji. 1629.

23. Eodem die repromiſſa conſimilia de feudis veteribus, et de Grubenhagicis data ſunt et ſcripto tradita.

24. Otto IV Rex Corbeienſi Abbati tradit feudum ſiluae Sollingen a. 1198. Diploma ſerius transmiſſum a Corbeienſibus.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus cunctis regni fidelibus in perpetuum. Cum diuina „clementia nos ad Romani regni faſtigium prouehere dignata ſit, merito ſubiectorum „noſtrorum patrociniis intendere, et maxime locorum uenerabilium iura manutenere „et augmentare debemus, et ſi qua per alicuius potentiam eccleſiis Dei fuerint ſubtra„cta, ea ad priſtinum ſtatum ex regali beniuolentia reuocare uolumus. Quapropter „uniuerſis tam futuris quam preſentibus regni noſtri fidelibus notum eſſe uolumus, „quod fideli noſtro *WIDEKINO Corbeienſi Abbati* et eccleſie ſibi commiſſe *feodum fu„reſti, quod SOLIGO* dicitur, in preſentia Principum Imperii recognouimus et tradidi„mus, eo tenore, vt in eo *vſum venandi* habeat, et ius, quod vulgariter *Wiltban* appel„latur, ſine qualibet contradictione exerceat, bona quoque Corbeienſis eccleſie anti„qua uel de nouo acquiſita, uacantia uel locata, et iuriſdictiones, uidelicet *aduocatias*, „et *comitatus*, et *regales bannos*, quas ipſi de noſtra ſerenitate indulſimus, priuilegiis no„ſtris confirmamus. Vt ergo inuiolabiliter obſeruetur, quod legaliter ordinauimus, „huius facti ſeriem preſenti inſtrumento commendatam ſigilli noſtri impreſſione et te„ſtium ſubſcriptione roboramus, adiicientes, ut ſiquis hoc factum noſtre auctoritatis „munimine conſolidatum qualibet occaſione ſoluere attemptauerit, ueluti leſe maieſta„tis reus *noſtre ſerenitatis* ſenciat indignationem, et pro tam temerario exceſſu exſoluat „centum talenta puri auri, noſtre maieſtati quinquaginta, aliam partem eccleſie quam „ledere preſumpſit. Huius rei teſtes ſunt. *Adolphus* Colonienſis Archiepiſcopus. *Con„radus* Argentinenſis Epiſcopus. *Theodericus* Traiectenſis Epiſcopus. *Thidmarus* Min„denſis Epiſcopus. *Heribertus* Abbas de Werden. *Bruno* Prepoſitus Aquenſis. *Hein„ricus* Dux de Lenborg. *Heinricus* Comes de Seyna. *Simon* Comes de Tikkeneborg. „*Arnoldus* Comes de Althena. *Albertus Comes de Euerſtein*. *Adolphus* Comes de Monte. „*Heinricus* Comes de Keſſele. *Heinricus* Comes de Hucheswage. *Herimannus de Wal„tecke*. *Heinricus de Swalenberch*. Walterus et Kuno de Rulant. Albertus de Hurde. „Wernerus et Reimarus de Reimbach. Heinricus de Synzeche, et alii quamplures.

„Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. C°. XC°. VIII°. Indictione „prima anno regni noſtri I°. VIIII° die menſis Auguſti.

„Signum Domini Ot- „rum Regis



tonis quarti Romano- inuictiſſimi.“

„Data per manum Morandi regalis aule prothonotarii. Aquisgrani fe„liciter.“

SECTIO

# SECTIO V.
## DE
## COMITIBVS ET DOMINIS NOBILIBVS,
Quibuscum nexus vel feudalis vel alius fuit cum eccleſiaGanderſemenſi, ſecundum alphabeti ſeriem recenſitis.

### CAPVT I.
### DE
### COMITIBVS et VIRIS NOBILIBVS ab ALVENSLEVE dictis.

Buſſonem quemdam de Aluensleue bona eccleſiae Ganderſemenſis tenuiſſe, certum eſt. Sed quaenam illa fuerint, nondum reperi. Olim floruerunt Comites de (a) Aluensleue. *Gertrudis Comitiſſa de Alvensleben* ad annum 1112 occurrit. Comitatum ipſum dicitur Rodolfus XXI Archiepiſcopus Magdeburgicus acquiſiuiſſe, qui praeeſſe coepit a. 1252 *CHRONICON MAGDEBVRG. Meibomii* p. 331. Si coniecturae locus eſt, ab *Albione*, ſocio et ſuaſore ad chriſtianam fidem Witichindi, nomen exſtitit. Ex Comitibus ſuperſunt generoſiſſimi viri, nomen et omen in hunc diem tuentes. Familiam deſcripſerunt C. B. *BEHRENS* in *Vorſtellung des Vhrſprungs Hochadelicher Häuſer* p. 41. ſqq. et *IOHANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS* in *Hiſtorie des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes* P. I. p. 665. ſqq. In diplomate quodam noſtro obuius eſt Geuehardus, miles de Aluensleue cum filiis Geuehardo et Henrico ad annum 1274. Florent ex ea familia viri et prudentia et arte, et Marte inclitiſſimi. Deus eis adſpiret ex alto. *AGNESA* Abbatiſſa, ſaeculo XV exeunte, bona quae *Buſſo ab Alvensleben* ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerat, contulit Electori Brandeburgico.

### CAPVT II.
### DE
### Comitibus Alfeldanis.

Oppidum *Alfelde* ad Leinam poſitum, inter Grenam et Gronauiam ſitu medio, ſedem olim praebuit peculiaribus Comitibus, qui ius per Frithenigawi et Empnegawi dicebant nomine Regis. Quum pagus vterque, prior ab Henrico II, poſterior ab Henrico III, eccleſiae Gandersemenſi adplicaretur, quantum ad praefecturam iudiciorum adtinet; peculiaris quoque exſtitit Comitum progenies ab Alvelde dicta, pars Comitum, qui a Gleichen, caſtello prope Gottingam ſito, cognominati ſunt. Ab hiſce per filiam Comitis, quae Hermanni Wincenburgici patrem in ſocietatem coniugii adſumſit, *Alfelda* tranſiit in ditionem Comitum Winceburgicorum. Hiſce exſtinctis, Henricus Leo ſucceſſit eiusque filius Henricus Longus, qui per Frithenigawi et ipſam Oſtfaliam, in qua Hildeſia erat poſita, ius armorum ac ſupremae prouocationis tenuit. Quo defuncto, Epiſcopus Hildeſienſis vſurpare gladium et in terras vicinas iura ſibi adrogare maiora coepit.

CAP.

(a) Sigfridi, Comitis Stadenſis, vxor Adela fuit filia Geronis Comitis de Aluensleuen. *ANNALISTA SAXO* ad a. 1056. p. 488. de Sigfrido: *Habuit vxorem Adelam, filiam Geronis de Alesleue, quam Ruffus Otto Imperator* (a. 979.) *in inſula quadam iuxta Magedaburg decollari iuſſit. DITMARVS* L. III. p. 343. *Pro cuius* (Geronis) *memoria ſoror Tettoe, et coniux eius Athela monaſterium in loco, qui ELESLEVE dicitur, vbi ipſe requieſcit, conſtruentes, partem totius ſuimet hereditatis tradidere Domino.* Exſtat Lotharii Regis, Saxonis, diploma in Tomo III Menckenii, p. 1015. ſq. quo Rex a. 1130. ab Henrico, vrbis Magdeburgi praefecto, ad vſum regni ſuſcipit caſtrum *Schartfeld*, et eccleſiae S. Mauritii Magdeburgicae loco eius tradit Abbatiam regalem *Alleve*.

## CAP. III.
## DE
## COMITIBVS ab ASSEL vel ASSE dictis.

Synopſis. §. 1. *De ſitu loci Aſſel ſeu Aſſe.*
§. 2. *Otto, et Henricus, Comites.*
§. 3. *Otto, Salome, Sophia.*
§. 4. *Tabula genealogica.*

§. I.

Aſſel ſeu Aſſela, Aslo, Aſſe fuit inferioris Saxoniae caſtrum, haud procul a caſtro Lichtenberg et Abbatia Ringelheimenſi, vbi nunc reſtant loca *Nord-Aſſel* et *Neddern-Aſſel*. Sunt, qui huc trahunt villas, prope Hildeshemium ſitas, *Abſel* et *Haſede*. Sententia noſtra inſiſtit teſtimonio *Autoris Vitae S. Meinwerci*, nominis conuenientiae, ac poſſeſſionis Winceburgicae patrimonio. Locus varie ſcribitur, et olim ad Lachtandorpomarcum ſpectauit. Comites ipſi olim per Ambergavvicum tractum nonnulla tenuerunt. Exſtiterunt vero et alii Domini, ab *Aslan* dicti, per Epiſcopatum Paderbornenſem.

§. II.

Memoratu dignum eſt, ſcriptores intendiſſe cogitata ſua in Bauariam, quotieſcunque de pago Ambergavvi fit mentio. Exemplo ſunt Comites Seburgenſes, quorum originem *autor chronici Pegauienſis* ac annalium, a *monte ſereno* dictorum, ex Bauaria perperam repetiit, confuſo videlicet pago *Ambergau* cum *Bauaria*. Henricus certe Leo Comitatum Winceburgicum et Aſſelenſem iure, cognationis indubie, in comitiis imperii publicis obtinuit, morte Hermanni vacuefactum. Coniecturas proinde ſic duco. Henricus Leo loca, per Saxoniam hanc ſita, adiit per matrem ſuam, Lotharii Saxonis filiam. Lotharius porro proxima cognationis neceſſitudine contigit Comites Seburgenſes ac Brunſuicenſes, et, ſororem ſuam Hermanno Seniori, Comiti Winceburgico, matrimonio fuiſſe iunctam, vidit. Ecberti vnoculi in Comitatu ſita erat *Aſſela* et *Daleheim*, isque in *Ambergau*. Sunt, qui Ecbertum hunc ad Comites Brunſuicenſes referunt. Mihi autem liceat eum Wichmannis Billungicis ſubiicere. Exſtiterunt porro filii ex Ecberto progeniti, qui in Comitatu Ambergau duo patrique ſucceſſerunt. Ex hiſce indubie Comites Winceburgici prodierunt. Opponi poſſet caſtellum *Baierburg*, ab Hermanno Seniori eiusve patre conditum. At ſuſpicor, adpellationem primam fuiſſe *Ambargerborg* ſeu *Bargerborg*. Poſteri ex tabulario curiae oppidi Goslarienſis haec fortaſſis accuratius expedient. De *OTTONE*, Comite Aslenſi ad annum 1118 annales Corbeienſes ita habent: *Otto de Asloh liberalis erga S. Vitum.* *HENRICI* Comitis fit mentio ad annos 1100 et 1144. Ipſe fuit filius Hermanni ſenioris, Comitis Winceburgici, eiusque ad annum 1100 fit mentio in diplomate Adilberti, Moguntini Archiepiſcopi, quo fundationem monaſterii Reinehuſani confirmauit. Subſcriptis enim in eo teſtibus adnumerantur *Hermannus patriae Comes, et filii eius duo, Henricus et Hermannus pueri.* In Hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium, a Lindenbrogio edita, commemoratur, (a) Henricum Leonem anno 1144 hereditati Rudolfi iunioris, Comitis Stadenſis, poſtulandae imminuiſſe ac Comitatum Stadenſem poſtulaſſe; Regis igitur iuſſu conueniſſe cognitores cauſae, et quidem in loco *Ramelslo* prope Harburgum. Adſeſſores iudicii adpellantur *Thietmarus Verdenſis Epiſcopus, Albertus Marchio, Comes Hermannus de Winceburg et frater ſuus Heinricus Asle et magna multitudo militum.* Henrici mater fuit ſoror Lotharii Imperatoris. Vxorem e Comitibus Heinsbergicis fuiſſe ortam, ſororemque Philippi Archiepiſcopi Colonienſis exſtitiſſe, ſuſpicor ex *Chronico montis ſereni* ad a. 1178. vbi Otto, Henrici filius, Philippi illius *nepos* vocatur. Ab Henrico hoc procul dubio diſcrepare videtur is, quem *Annales Corbeienſes* ad a. 1171 habent: *Henricus Comes de Asloh in honorem XII Apoſtolorum tot S. Vito obtulit pocula de argento cum effigie cuiuscunque Apoſtoli.* Noſter cum fratre Hermanno a. 1143 coenobium Dernburgenſe condidit.

§. III.

(a) Pag. 101. ſq. Apud *SCHATENIVM Annal. Paderborn.* p. 763. ad a. 1145 memorantur *Hermannus C. de Wincenburg et frater eius Henricus.*

§. III.

Comitatus Winceburgicus anno 1152 Henrico Leoni in comitiis Wirciburgenſibus fuit a proceribus Germaniae adiudicatus, ac eumdem poſſeſſorem tunc Comitatus *Aslo*, ſi Helmodo fides; (c) obtinuit. *OTTO*, Comes de *Asle*, anno 1166 fuit e numero hoſtium Henrici Leonis, (d) ac poſſeſſiones ſuas recuperauit. Ipſe anno 1170. 5 Non. Ian. interfuit comitiis, Francofurti ad Moenum coactis, vti patet ex diplomate Friderici I Caeſaris, (e) in quo vocatur *Comes de Aſſela.* Ad annum 1178 haec referuntur in Chronico montis ſereni: *Philippus Colonienſis Archiepiſcopus cum infinita multitudine ad repetendam hereditatem Ottonis Comitis de Aſſe, ſui nepotis, et Chriſtiani, Comitis de Aldenburg, contra Henricum Ducem venit. Sed Wichmannus Archiepiſcopus multo labore pacem inter eos reformauit.* Hoc igitur anno iam Otto obierat. C. F. *PAVLLINIVS*, (f) peculiarem Comitatum, ab *Aſſe* dictum, conſtituit, indubie hoc teſtimonio adductus. Adelogus, Epiſcopus Hildeſienſis, qui a. 1190 obiit, praedium Comitis *OTTONIS de Asle* a vidua Comitis Salome, filia conſentiente, emit. (g) Filia illa, *SOPHIA*, nupſit Botmanno Comiti de *Himſtede*, et ex eo peperit Friderundam ac Hedewigam (h) filiosque. (i)

§. IV.

Tabula hinc prodit genealogica:

*HERMANNVS*, Landgrauius Thuringiae, Comes Winciburgi † 1123. Vx. ſoror Lotharii.

| | |
|---|---|
| *HENRICVS* C. de Aſſela. | *HERMANNVS* iunior C. Winciburg † 1152. 29 Ian. Vx. Lutgarda. |
| *OTTO.* Vxor Salome. | |
| *SOPHIA*, vxor Botmanni C. de Himſtede. | |
| *Frederunda.* Filii. | |

# Capvt IV.
## DE
# COMITIBVS ASSEBVRGICIS.

De hiſce alibi diximus. Paucula adtulit *IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS* P. I. *Hiſt. Braunſchw. Luneb.* p. 117. ſqq. Ipſos tenuiſſe nonnulla beneficia ab eccleſia Ganderſemenſi, ex eo patet, quod Aſſeburgum ipſum in fundo huius eccleſiae dicatur exſtructum.

# Capvt V.
## DE
# COMITIBVS, dictis de BILSTEIN et LINDERBECK.

Ipſi habitarunt caſtrum *Bilſtein* ad ripas Werrae prope Eſchwege in confiniis Thuringiae et Haſſiae. Comites progenuerunt familiam Comitum ab Hohenſtein et Schartfeld. Diſſeruit de eis Leuberus. To. III. Menck. p. 1911. *Gyſo Comes de Bylſtein* ad a. 1153. obvius eſt in *Traditionibus Fuldenſibus* p. 252. Tenuerunt praedia ab eccleſia noſtra prope Eſchwegam.

# CAPVT VI.
## DE
# COMITIBVS BLANKENBVRGICIS.

Conſpectus. *Praemittitur tabula genealogica ad fidem veterum.*

§. 1. *De ſitu Blankenburgi.*

§. 2.

(c) In *Chronico Slav.* L. II. c. 6. p. 623.
(d) Ibidem c. 7.
(e) *LEYSERI Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 24. ſq.
(f) In *hiſtoria Virbeccenſi* §. 57. p. 69.
(g) *CHRONICON Hildesh.* p. 748. To. I. Leibn. et p. 793. To. II.
(h) To. I. Leibn. p. 869.
(i) *CHRONICON Stederburg.* p. 858. To. I. Leibn.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. 2. *De eis, qui ſcripſerunt hiſtoriam Blankenburgicam, et de inſignibus Comitum.*
§. 3. *De nobilibus a Blankenburg dictis.*
§. 4. *De Bodone.*
§. 5. *De Hugone ſeniori.*
§. 6. *De Poppone ſeniori.*
§. 7. *De Reinhardo, Epiſcopo Halberſtadenſi.*
§. 8. *Conrado I.*
§. 9. *Sigfrido I.*
§. 10. *De Hugone iuniori.*
§. 11. *De Burchardo.*
§. 12. *De Poppone iuniori.*
§. 13. *Et Annone, Epiſcopo Mindenſi.*
§. 14. *De Conrado II, Comite Regenſteinenſi.*
§. 15. *Sigfrido II et Oda.*
§. 16. *De Sigfrido III.*
§. 17. *De Henrico II.*
§. 18. *Sigfrido IV.*
§. 19. *Alberto I. et Mechtilda.* §. 20. *De Henrico III.*
§. 21. *De Sigfrido V.* §. 22. *De Hermanno.*
§. 23. *De Burchardo.* §. 24. *De Iutta et Mathilde.*
§. 25. *De Henrico IV.* §. 26. *De Henrico VI.*
§. 27. *De Poppone III, Hermanno et Friderico.*

## Tabula genealogica, ſiſtens Comites Blankenburgicos:

*

*Ippo*, Comes circa Derneburgum 1014.

*

*BODO* 1082.

*HVGO ſenior* Canonicus Halberſtad. | *POPPO ſenior* 1100.

*Reinhardus* Ep. Halberſtad. 1107. ante Praepoſitus † 1122. 2. Mart. | *CONRADVS* I. 1107. | *SIGFRIDVS* I.

*Hugo* iunior. Abbas de S. Victore † 1142. 11. Febr. | *Burchardus* fundator coenobii Michaëlſtein. 1146. | *POPPO iunior* 1130. 1149. 1157.

*Anno* Ep. Mindens. 1172. † 1185. | *CONRADVS* II. C. *de Regenſtein* 1157. 1173. 1202. 1212. | *SIGFRIDVS* II. C. de Blankenburg 1171. 1173. 1182. | *Ode* 1174.

*SIGFRIDVS* III. C. de Blankenburg 1191. † 1246. | *HENRICVS* I. C. de Regenſtein. 1197-1221. Hinc genealogia Regenſteinenſis.

*HENRICVS* II. 1249. † 1250. | *SIGFRIDVS* IV. 1251. 1257. 1269. | *ALBERTVS* I. 1261. | *Mechtild.*

*HENRICVS* III. 1258. 1269. 1280. Vx. *Gertrudis et Engelburgis.* | *SIGFRIDVS* V. Can. et Praep. Hild. | *HERMANNVS* Can. Magdeb. et Halberſtad. Ep. Halb. 1297. | *BVRCHARDVS* Can. Magdeb. et Halberſt. 1281. Archiep. Magd. 1295. | *Iutta.* vxor Ottonis C. de Hadmersleben. | *Mathildis* Abb. in Marienſtuhl.

*HENRICVS* IV. Vx. *Sophia* 1290-1314. | *HENRICVS* V. Can. Halberſtad. 1290.

*POPPO* III. 1330-1367. | *Hermannus* Praep. in Iechaburg 1351. | *Filia* vxor Vlrici Sen. C. de Regenſtein. | *Fridericus* 1367.

§. I.

§. I.

Blankenburgum, iuxta Halberſtadium et Quedlinburgum ante montem Bructerum et Hartonem, dictum a colle *Blankenſtein*, caſtri vicem olim in Hartingau praebuit. Adiacet ei vrbs, lunae dimidiae cornua referens. Dudum paret Sereniſſimis Ducibus Brunſuicenſibus, ex quo Comites Regenſteinenſes fuerunt exſtincti. Hoc ſaeculo ineunte Comitatus Blankenburgicus in Ducatum mutatus et ſuffragio imperiali Grubenhagico auctus fuit, delicium Ludouici Rudolfi, qui vrbem ſplendore, caſtrum bibliotheca ornauit ſcholamque Michaëlſteinenſem in ſeminarium candidatorum theologiae conuertit.

§. II.

M. *Ekſtormius* in Chronico Walkenredenſi p. 85. paucula de Comitibus Blanckenburgicis adtigit. *Henricus Meibomius* ſenior To. III. rer. Germ. in Chronico Riddagshuſano p. 360. minus fuit documentis hiſtoricis inſtructus, quum genealogiam Comitum conderet. *Paulus Götzius* ſeu *Iouius*, Rector Ebelebenſis, ſecutus alios, fontibus illibatis, confuſe ſcripſit. *Lucas* in Grafenſaal p. 155. ſequitur Meibomium erroresque immiſcet. D. *Conradus Bertholdus Behrens* in Catalogo Praepoſitorum Hildeshemenſium tabulam dedit genealogicam longe accuratiorem. *Beniamin Leuberus* in Catalogo Comitum Baronum et Toparcharum Saxoniae n. LI. p. 1945. To. III. Menck. nomina Comitum conlegit citra nexum genealogicum. *Hoffmannus* in Opere miſto de inſignibus Principum Brunſuicenſium lucem hiſtoriae antiquiſſimae adfundere tentauit. Sed conatus eius merito caſtigati ſunt a Godofredo Guilielmo Leibnitio in Introductione ad To. II. ſcriptor. Brunſuic. p. 21. *Ioannes Andreas Schmidius*, Abbas Mariaevallenſis, Profeſſor theologiae Helmſtadienſis, praeceptor meus, litem amicam cum Schlegelio habuit de Numis bracteatis Blankenburgicis. (*) Accuratiſſimam pertexuit Comitum Blankenburgicorum hiſtoriam *Ioannes Georgius Leuckfeldius in Antiquitatibus Blanckenburgicis* 1708. 4. Francofurti et Lipſiae emiſſis. Diplomata nonnulla Comitum ſupra adtulimus. Plura protraxit I. Fr. *Kettnerus* in *Antiquitatibus Quedlinburgicis* p. 332. 336. 337. 343. ſqq. *Polycarpi Leyſeri* Antiquitates Blankenburgicas fruſtra diu quaeſiui, nec dum videre potui.

§. III.

A Comitibus diſtinguendi ſunt miniſteriales *de Blankenburg* dicti. *Ericus de Blanckenborg* teſtis eſt in diplomate Lotharii, apud Heineccium. (a) *Sigfridus* obuius eſt in diplomate Henrici Leonis (b) ad annum 1164. *Anno* ad annum 1197. 1198 (c) Ipſe fuit Henrici Longi eques. Frater eius fuit *Iuſarius*. Vterque a. 1212 in illius diplomate comparet inter teſtes. *Iordanus* et *Cunemannus* anno 1173 occurrunt. *Balduinus* a. 1243 et 1248 in diplomatis Ottonis Pueri occurrit. *Iordanus* (d) fuit pincerna de Blankenburg, vti ex Antiquitatibus Quedlinburgicis Kettneri ad a. 1237. p. 333. pateſcit. *Cunegundam* et *Mechtildem* idem ad a. 1343 p. 464. repraeſentat.

§. IV.

*Bodonis* fit mentio inter Comites ad annum 1080. Eum ex Thuringia, vbi in terris Schwarzburgicis eſt caſtrum Blankenburgi, in haſce regiones veniſſe, compertum habet G. G. Leibnitius in Introduct. ad To. I. Scriptor. Brunſuic. M. XLIII. Anno 1008 *Ippo* fuit Comes in *Hartingau* et Derenburgum adminiſtrauit. Num ex gente Norica fuerit, ambigo.

§. V.

*Hugo ſenior* erat Canonicus aedis cathedralis Halberſtadenſis et Archidiaconus. Abiit poſtea in Galliam et numis ſuis fundauit in ſuburbio Pariſiorum coenobium S. Victoris. (e)

§. VI.

(*) Libellus inſcribitur: *Numus bracteatus, Henrico II ſaeculi XIII Comiti Blancenburgico ante Hartonem vindicatus* a. 1718. 4. Helmſt.

(a) In *Antiqq. Goslar.* L. II. p. 125.

(b) Rehtmeier in *Braunſchw. Luneb. Chronica* P. III. c. 5. p. 328.

(c) Chronicon Riddagshus. p. 350. To. III. Meibom.

(d) Ipſe fuit dapifer Henrici Palatini, fraterque Balduini et Iuſarii, vti adparet ex diplomate apud Leuckfeldium in Antiqq. Poldens. p. 216.

(e) Iohannes de S. Victore in *Memoriali Hiſtoriarum* a. 1117.

## §. VI.

*Poppo ſenior*, eius frater, qui genuit Reinhardum, Conradum I et Sigfridum I, dicitur *Comes de Blanchinburch* tertiamque partem montis ac ſiluae Fundera, Reinehuſenſibus fundatoribus propriorum, ſibi vindicauit. (f) Conradus et Sigfridus, filii eius, leguntur in diplomate, quo Fridericus I a. 1157 Henrico Leoni conceſſit foreſtum in montanis Harz. Tum vixit adhuc communis parens.

## §. VII.

*Reinhardus* Praepoſitus et Epiſcopus Halberſtadenſis omnia Glichenſia bona coëmit et nepoti ſuo Comiti Blankenburgenſi tradidit. (g) Huius ( ex ſorore, opinor, ) nepos dicitur ipſe *Poppo*. Lerbeccius tradit, Annonis Epiſcopi Mindenſis patrem exſtitiſſe Comitem in Wyteſee i. e. Weiſſenſee ad Erfurtum, cuius tres filii in aula Imperatoris floruerint ac caſtra Regenſtein et Blankenburg pro feudo impetrauerint. Ipſe *Anno* a. 1170 demum Epiſcopus euaſit. Qui igitur potuit eſſe Popponis frater, qui a. 1107 nuptias celebrauit? Quare illud de tribus fratribus non ad Annonem et eius fratres, ſed ad antiquiores trahendum. *Reinhardus* a. 1107 ad Epiſcopum Hildeshemenſem acceſſit. Studuit litteris Lutetiae. Canonici Halberſtadenſes reducem elegerunt Praepoſitum. Ipſe admodum fauit nouo ordini S. Auguſtini. Chronicon Halberſtadenſe: (h) *Anno* 1107 *Reinhardus*, *in iuſtitia ſtrenuus*, *religionis amore praecipuus*, *Halberſtadenſis eccleſiae*, *ad ſalutem multorum*, *Paſtor electus*. - - *Ipſe in Saxonia primus fuit auctor communis vitae*, *ſecundum regulam B. Auguſtini inſtitutae*. Inſtituit quatuor congregationes Canonicorum regularium et ditauit duas in Hamersleben. Reliquae exſtiterunt in coenobio Kaltenbornenſi ac monaſterio S. Iohannis Scheningenſi. Quatuor reformauit ad ordinem S. Benedicti, videlicet in Geberſtet, Hadmersleve, Trubeke, et Stuterlingeburg. Anno 1108 donauit quaedam eccleſiae Oſteruicenſi, eo fine, vt Canonici eius uiuerent ad regulam S. Auguſtini. Anno 1112, ſuadente Mechtilde filioque eius Widekindo Comite tranſtulit eos Hamerslebiam, Pancratioque ſacrauit. Comes Wigmannus cum vxore Cunigunda fundauit coenobium Kaltenbornenſe, quod Reinhardus in honorem S. Iohannis conſecrauit. Tranſtulit porro hunc ordinem in coenobium S. Iohannis, quod iuxta Halberſtadium in colle ad occidentem, vbi olim erat caſtrum *Hartingau*, ſitum, et Canonicos regulares aliorſum poſuit. Anno 1113 a Caeſare fuit proſcriptus, Saxonum defenſor. Hinc Imperator deſtruxit Hornburgum. A. 1115. 11 Febr. praelio victi ſunt Imperatorii. Anno 1120 Reinhardus impoſuit coenobio virginum Scheningenſium Canonicos Auguſtinos. Obiit a. 1122. 6. Non. Martii (i)

## §. VIII.

*Conradus* I. ad annum 1157 in diplomate eſt obuius, et quidem Kal. Ian. interfuit comitiis Goslarienſibus, cum patre et fratre, quum Fridericus Barbaroſſa confirmaret Henrico Leoni Comitatum Vtonis in Lisga et foreſtum in montanis Hercinicae ſiluae. (k)

## §. IX.

Eisdem comitiis interfuit teſtis *Sigfridus* frater. De quo quid praeterea ſit monendum, non video.

## §. X.

*Hugo*, alias *Hermannus*, ſtuduit litteris in coenobio Hammerslebienſi, inter turbas bellicas a Reinhardo in Galliam miſſus in coenobium Pariſienſe Auguſtinianum ad S. Victorem. Exſtitit ibi Prior et fortaſſis Abbas, eruditione adeo inclareſcens, vt alter Auguſtinus adpellaretur. Paulus Langius in Chronico Citicenſi ad a. 1123. Iohannes de Winnigenſtedt, Monachus S. Iohannis Halberſtadenſis, memoriae prodidit, ipſum fuiſſe Dominum de Blanckenburg. Chronicon Winnigenſtadii nuper Abelius pl. reverendus publici iuris fecit. Hunc Monachum ſecuti ſunt Meibomii To. I. rer. Germ. p. 363. To. III. p. 431. Leibnitius in praefatione ad Albericum, Acta Eruditorum Lipſienſia 1698. p. 354. G. Arnoldus in theologia Myſtica p. 281. et I. G. Leuckfeldius in Antiqq. Blanckenburg. §. 23. p. 34. ſq. Ioannes Mabillonius Hugonem pro Iprenſi venditauerat in Annal. ordinis S. Benedicti To. I. p. 326. Hugo fuit Myſticorum parens.

(f) Fragmentum Reinehuſenſis Abbatis Reinhardi p. 203. Leuckfeld. Antiqq. Walkenred. et Leibn. To. I.
(g) Fragmentum id l. c. p. 201.
(h) To. II. Leibn. p. 130.
(i) Excerpta ex Necrologio Hildesh. p. 764. To. I. Leibn.
(k) *MADERI Antiqq. Brunsuic.* p. 120.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rens. De ſcriptis eius praeter Trithemium videndi ſunt Caue p. 456. et G. Arnoldus in theol. myſt. p. 281. ac Haereſiologia To. I. L. XII. c. 3. §. 4. Obiit Hugo a. 1141. autore codicis Aquicinctenſi teſte apud Mabillonium To. I. Analect. p. 326. Alii malunt annum 1142. 3 Id. Febr. Epitaphium, ei poſitum, eſt huiusmodi:

*Dormit in hoc tumulo Doctor celeberrimus Hugo.*

§. XI.

*Burchardus* donauit praedium ſuum Evergodesrode eremitis Hercinicis ad S. Volcmari, capto dein conſilio, ſacrum indumentum ibidem ſuſcipiendi. Adiuuerunt donationem Rudolfus Epiſcopus Halberſtadenſis et Beatrix, Abbatiſſa Quedlinburgenſis. (l)

§. XII.

*Poppo iunior* nactus à Reinhardo patruo bona nonnulla, ad Gottingam et Reinehuſam poſita. Ipſe interfuit a. 1130. comitiis Brunsuicenſibus a Lothario celebratis. Paullo poſt Hermannus, Comes Winceburgicus et Landgrauius Thuringiae, Blankenburgum in cuſtodiam iuſſu Regis Lotharii fuit abreptus. Anno 1148 eius fit mentio in Leuckfeldii Antiqq. Michaelſtein. p. 85. Anno 1149 interfuit ſynodo Halberſtadenſi (m) ac fundationi Michaëlſteinenſi. Anno 1157 cum filiis Annone, Conrado II, Sigfrido II et filia Ode occurrit. (n)

§. XIII.

*Anno* perdoctus ordini eccleſiaſtico ſeſe mancipauit et a. 1172. Epiſcopus Mindenſis XXVI. laudatiſſimus euaſit. (o) Ipſe vbique conquiſiuit reliquias ſacras et a. 1183 quasdam a Corbeienſibus expetiit, ab Abbate Conrado pauculas conſecutus. Obiit a. 1185.

§. XIV.

*Conradus* II vixit in caſtro Regenſtein, vnde ei adhaeſit cognomen. Anno 1169 teſtis eſt in diplomate Henrici Leonis, coenobitis Lamſpringenſibus dato. Anno 1170 idem officium praeſtitit (p) nec non a. 1173, (q) quo penes Caeſarem Francofurti ad Moenum fuit, quum Fridericus Barbaroſſa commutationem Adelheidae, Abbatiſſae Quedlinburgenſis et Gandersheimenſis, cum fratribus Michaëlſteinenſibus factam, confirmauit. (r) Anno 1157 teſtis occurrit in diplomate cum fratre Sigfrido, qui ei poſtponitur. (s) Anno 1212 in Friderici II diplomate, quo confirmatur hoſpitale Michaelſteinenſe denuo, itidem occurrit. (t)

§. XV.

*Sigfridus* II genus propagauit. Tribuunt ei vulgo fratrem Henricum, a quo Comites Regenſteinenſes deriuant. Occurrit Sigfridus in diplomate ad annum 1164. (u) Anno 1173 Caeſar in diplomate, quod coenobio Michaëlſteinenſi dedit, fatetur, Comites hos fuiſſe clientes Henrici Leonis fiduciarios. Cum hoc Sigfridus a. 1171. (x) inuiſit Palaeſtinam et ſacram Seruatoris tumbam. Eo quod ipſe conſtantiſſimus erat Henrici Leonis adſectator et vindex, Imperatoris in odia ſeſe praecipitauit. Aduolauit enim Caeſar Henricus VI, et, adiutus ab Epiſcopo Halberſtadenſi Blankenburgum a. 1181 tentauit idque vel eo vel ſequenti anno, haud ſecus ac arcem Regenſtein in ditionem ſuam redegit. (y) Caſtrum Blankenburgi tum ex parte fuit deſtructum et Comes in captiuitatem abreptus, cui eſt immortuus. Viſitur adhuc locus caſtrorum Caeſaris obſidentis, quem accolae vocant *Keiſerplahn.* *ODEN* ornamenta dediſſe eccleſiae Mindenſi, ex Chronico Mindenſi comprobari ſolet.



(l) Leuckfeldi *Antiqq. Walckenred.* §. 7. 9.
(m) Meibom. To. I I. *rer. Germ.* p. 249.
(n) Maderus in *Antiqq. Brunsuic.* p. 120. Kettnerus in *Antiqq. Quedlinburg.* p. 179.
(o) Watenſtedius in *Chronico Mindenſ.* p. 20. Lerbeccius p. 507. To. I. Meibom. p. 179. To. II. Leibn.
(p) Rehtmeier in *Chron. Br. et Luneb.* p. 333.
(q) Kettnerus in *Antiqq. Quedlinburg.* p. 189.
(r) Confirmationis formulam adtulit Leuckfeldius in *Antiqq. Blankenburg.* Addend. N. I. p. 77. ſqq.
(s) Rehtmeier l. c. p. 321.
(t) Leuckfeldius l. c. p. 82.
(u) Rehtmeier l. c. p. 328.
(x) Kranzius in *Saxonia* L. VI. c. 29.
(y) *CHRONICON Bigaugienſe* ad a. 1181. *ARNOLDVS Lubecenſis* L. II. c. 31. p. 648. To. II. Leibn. *GOBELINVS* c. 60. Act. VI. p. 273.

§. XVI.

*SIGFRIDVS* III, reſtituto Leone, terras recepit auitas anno 1191. Ipſi laudem peperit ſtudium iuſtitiae rerumque cura ſacrarum. Ea de cauſſa Henricus I Abbas Huyesburgenſis eum in coenobii ſui vindicem et aduocatum delegit anno 1197. Electionem confirmauit Gardolfus, Epiſcopus Halberſtadenſis. Inter alios chartae teſtes occurrunt Albertus Comes de Wernigerode, Henricus Comes Regenſteinenſis, Burchardus de Valckenſtein, Wernerus Aduocatus, Arnoldus Aduocatus, *Arnoldus de Burchdorp* aliique. Anno 1220 Sigfridus eam aduocatiam reſignauit coenobio, ne filii ſui exiſtimarent, illam eſſe hereditariam, vel ne quid damni rei ſacrae inde iniungeretur. Fridericus, Epiſcopus Halberſtadenſis, illam reſignationem habuit ratam. Subſcripti ſunt teſtes Fridericus de Lutter, Hugoldus et Hermannus fratres de Scherembeke, Hermannus de Harbecke, Iohannes de Gatersleve aliique. Fuit ei quoque negotium cum rebus Quedlinburgicis. Nam anno 1199. Agneſa Abbatiſſa ei dedit quinquaginta marcas per manus fideiuſſoris, vt depellerentur vſurpatores bonorum eccleſiae. Anno 1237 eccleſiae Quedlinburgicae dedit teſtimonium ſcripto mandatum, quod nil iuris ſibi vindicaret in aduocatiam Quedlinburgenſem, ab Hoiero Comite Valkenſteinenſi reſignatam, et bona eccleſiae maioris ac S. Mariae in Monte ſanctique Wiperti. Anno 1244 Innocentius IV Papa Lugduni impertiit coenobio Huiſeburgenſi confirmationem reſignationis, de qua paullo ante diximus. Ipſe Comes anno 1212 *hoſpitale* domicilium fundauit iuxta coenobium Michaëlſteinenſe. Bona, fundationi innexa, confirmauit Fridericus II Imperator. Teſtes in diplomate repraeſentantur Henricus Comes Regenſteinii, Henricus filius ipſius, Conradus Comes Regenſteinenſis, Alvericus de Wantzleve, Anno de Blankenburg et Iuſarius frater aliique.

§. XVII.

Felix fuit Sigfridus III filiorum prouentu, videlicet *Sigfridi* IV, cui praeponendus eſt ſenior *Henricus* II, *Alberti* et *Mechtildis*. *HENRICVS* II patri ſucceſſit a. 1246 ſibique ius quaeſitum in aduocatiam Huyſeburgenſem contribuit ac adrogauit. Reclamante Epiſcopo Halberſtadenſi, res ad gladios peruenit, Comesque terras Epiſcopi ferro vexauit et incendiis. Anno demum 1249 diſſidia fuere compoſita, Ludolfo Abbate damnum, Epiſcopo inlatum Meynhardo, reſarciente marcis ſeſquicentum. Epiſcopus hoc fine conſcribendam curauit chartam publicam, teſſeram compoſitionis, anno eodem. Teſtes adſtiterunt inter alios Geuehardus de Wernigerode, Fredericus de Kerberch, Comites, Conradus de Halberſtad, Nicolaus de Hoym, Henricus de Velten, miniſteriales eccleſiae Halberſtadenſis, aliique. Ipſe anno 1237 receperat aduocatiam in bona eccleſiae Quedlinburgenſis, extra oppidum ſita, ab Abbatiſſa Gertrude, reſignatam ab Hoyero, Comite Valckenſteinenſi. Obiit Henricus anno 1250, ſucceſſorem nactus *Sigfridum* IV fratrem.

§. XVIII.

*SIGFRIDVS* IV, largus ac beneficus in Clericos, anno 1238 recepit confirmatam ſibi a Gertrude Abbatiſſa in feudum et datam aduocatiam. Fit eius quoque mentio in rebus Quedlinburgicis ad annum 1241. (a) Renuntiauit ipſe iuri ſuo quaeſito in aduocatiam Huyſeburgenſem a. 1151. adprobantibus filiis *Henrico*, *Sigfrido*, *Hermanno*, *Burchardo*: teſtantibus conſanguineo Vlrico Comite Regenſteinenſi, Geuehardo Comite Wernigerodano, Ottone iuniori Comite de Valkenſtein, Sifrido de Ditvorde, Arnoldo de Sandberge; militibus Blankenburgi caſtrenſibus. Ipſe erat aeque Aduocatus et tutor armatus eccleſiae Quedlinburgenſis, cui demum anno 1257 renuntiauit. Teſtes adfuerunt *Henricus* filius, Henricus de Groninge, aliique. Eodem anno nonnullos agrorum manſos Abbatiſſae Quedlinburgenſi reſignauit. (b) Ad annum 1262 adducitur inſtar teſtis in charta publica Volradi, Epiſcopi Halberſtadenſis, quam hic ſuper vtraque decima in Winningen coenobio Michaëlſtenenſi conceſſit. Ipſam donauerant Iohannes de Gatersleve, et filii Ericus, Iohannes, Rudolfus, Johannes, et Thidericus. Teſtes praeter alios adſtiterunt Volradus de Kirchberge, Henricus de Regenſtein, Bertoldus de Clettenberg, Chriſtianus de Stalberg, Guntherus de Mansfeld, Ludolfus de Dalem, Anno de Heymburg, Wichmannus de Barbuge, Heidenricus de Dannenberge, Heidenricus de Schartveld et Conradus de Dorſtad, eccleſiae maio-

(a) Kettnerus in *Antiqq. Quedlinburg.* p. 271.
(b) Kettnerus l. c. p. 336.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

maioris Canonici; e laicis Sigfridus et Henricus filius, Comites de Blanckenburg, Wernerus de Schernbeke aliique. Ad annum 1266 Sigfridus et Henricus filius inter teſtes in diplomate noſtro ſunt perſcripti. Gertrudis, Abbatiſſa Quedlinburgenſis, anno 1263 manſos quinque, a Comite Siſtrido et fratre huius Henrico reſignatos, eccleſiae S. Wiperti tradidit. Ipſe porro a. 1269 cum Abbatiſſa Gandershemenſi litones permutauit, conſentiente filio Henrico. Idem a. 1276 reſignauit Bertradae, Abbatiſſae Quedlinburgenſi, quatuor manſos, et aduocatiam ad eos pertinentem in Hoye et Enegmesleven, qua vſus fuerat Tidericus de Welpesloven tradidit.

§. XIX.

*ALBERTVS* I ſeparatim ſua habuit, obuius adhuc ad annum 1261. *Mechtildis* nupſit Domino, de Arenſtein cognominato.

§. XX.

*HENRICVS* III miles ſtrenuus, in aulis Principum verſatiſſimus, in primis in aula Alberti Magni Ducis Brunſuicenſis, quo comitante et moderante militiam Aſſeburgum expugnauit, ibique teſtis adſtitit compoſitioni litis, ab Alberto a. 1274 peractae. Lis illa exſarſerat inter Conradum de Werre, caſtri Harlingeberg praefectum Ducalem, Canonicosque Goslarienſes. Chartam compoſitionis publicam exhibuit I. G. Leuckfeldius in Append. IV. ad *Antiqq. Poeldens.* p. 297. ac in *Antiqq. Blanckenburg.* §. 33. p. 57. ſq. Teſtes, praeter Henricum, fuerunt Hermannus de Werberg nobilis, Baldewinus et Henricus fratres de Campe, ac Luderus de Weſerlingen. A. 1280 ſubſcripſit diplomati Henrici Ducis Brunſuicenſis, coenobio Stederburgenſi dato. (a) Anno 1284 cum Volrado Epiſcopo Halberſtadenſi aliisque Comitibus interfuit iudicio, inſtituto ob querelas Bertradis Abbatiſſae Quedlinburgenſis contra Waltherum de Arnſten, qui abutebatur ſua aduocatia. (b) Anno 1290 iuſſu Rudolfi Caeſaris diremit controuerſiam, quam Canonici Goslarienſes agitabant de bonis in Weſter Egeln, Edekersleben, aliisque locis cum Wernero, Gardolfo et Ottone, fratribus de Hadmersleben. Adfuit quoque liti decidendae frater Henrici Hermannus Praepoſitus et Burchardus Canonicus Halberſtadenſis. (c) Iudices adiuncti erant Conradus Comes Wernigerodanus, Henricus Comes Regenſteinii: Teſtes Geuehardus de Qverenvorde Praepoſitus Hildeshemenſis, Hermannus et Burchardus Comites de Blankenburg, Canonici Halberſtadenſes, Buſſo de Mansfelde, Abeko de Barbuge, Otto de Valckenſtein, Fridericus de Wernigerode, Hermannus et Conradus fratres de Warberge. Vixit Henricus adhuc anno 1305. Vxor eius vocatur *Gertrudis* et *Engelburgis*. Anno 1306 ipſe reſignauit Bertradae Abbatiſſae Quedlinburgenſi duo talenta (Kupferpfunde) denariorum et duodecim ſolidos trans pontem Quedlinburgenſem, feudo (d) diſſoluto. Anno 1309 interfuit Erfurtenſibus comitiis cum Caeſare Rudolfo. (e)

§. XXI.

*SIGFRIDVS* V, Henrici III frater, ſeſe deuouit uitae eccleſiaſticae nomenque dedit inſtitutis Canonicorum aedis cathredralis Hildeshemenſis. Pateſcit hoc ex diplomate Sifridi Epiſcopi Hildeſienſis, a. 1289 dato, quod olim in hiſtoria Epiſcopatus Hildeshemenſis, ſi Deus vitam adſpirauerit, producam. Ipſe ineunte ſaeculo XIV electus fuit a ſociis in Praepoſitum. Anno 1290 ſubſcripſit litteris Henrici Iunioris Comitis Woldenbergici, qui dimidium vrbis Bokenem vendebat conſanguineis Iohanni et Conrado fratribus, nec non Henrico, Ludolfo, et Burchardo fratribus, ex eadem progenie ſatis. Anno 1304 teſtimonium perhibuit Sigfrido Epiſcopo Hildeshemenſi, qui conferebat Praepoſito coenobii Francobergici donum quoddam, *altaris* dictum. (f) Confer de ipſo *Catalogum Praepoſitorum Hildeshemenſium*, a D. Conrado Bertholdo Behrens concinnatum, p. 25.

§. XXII.

*HERMANNVS* anno 1290 fuit Canonicus eccleſiae cathedralis Halberſtadenſis. Teſtis enim adfuit promulgandae Henrici iunioris Comitis Woldenbergici chartae, de qua

(a) Chronicon Stederburg. p. 868. To. I. Leibn.
(b) Kettnerus in *Antiqq. Blankenburg.* p. 347.
(c) *HEINECCIVS* in *Antiqq. Goslar.* L. III. p. 307.
(d) Kettnerus l. c. p. 433.
(e) *HEINECCIVS* l. c. p. 306.
(f) Kotzebue in coenobio montis Francorum p. 53.

qua modo diximus. Eodem anno dedit diploma, ad Abbates, Walkenredenſem, Michaelſteinenſem, Riddagshuſanum et Mariaevallenſem, in quo renuntiat iuri quaeſito, quod anteceſſores venditarant in bona horum monaſteriorum nonnulla. Vocat annum illum primum Pontificatus ſui, ſiquidem intra eum ad Epiſcopen Halberſtadenſem euectus fuerat. Anno 1289. 13 Maji officio *Portenarii* ibidem functus eſt, vti adparet ex tabula Volradi Epiſcopi. Henricus Roſla: (g)

> Hermannus de Blankenburg, vir idoneus, aequus,
> Qui doleat ſane, quum ſaeuus cogitur eſſe,
> Iam ſucceſſurus, cathedrali dignus honore.„

Anno 1295 fuit Praepoſitus S. Bonifacii apud Halberſtadenſes. In bello ciuili inter Ericum, Archiepiſcopum Magdeburgenſem et Henricum Mirabilem aliosque, de Herlingsberga geſto, cauit, ne eccleſia Halberſtadenſis detrimenti aliquid caperet. Initiauit tria coenobia Halberſtadii, Dominicanum, Franciſcanum, et Seruitarum, condita a Comitibus Regenſteinenſibus. (h) Ipſe conſtituit Quedlinburgi coenobium Minoritarum et anno 1308. 5 Kal. Maji (i) obiit.

§. XXIII.

*BVRCHARDVS*, Canonicus cathedralis eccleſiae Halberſtadenſis, et (*) Magdeburgicae: poſterioris Camerarius: ſucceſſit Erico Archiepiſcopo Magdeburgenſi anno 1295, (k) nactus pallium a Bonifacio VIII. Paci ſeruiendum ratus, ciuitatem habuit coniunctiſſimam, quae famulos eos, qui nocturnis inſidiis ipſum adpetebant in templo, occupauit, vitamque ei ſeruauit. Miſſam ipſe praelegit diebus ſollemnioribus eisque pauperes ad cibum ex ſua menſa capiendum admiſit. Nouem annis ſolio Epiſcopali primariae cum laude ſumma praefuit, defunctus anno 1304. (l)

§. XXIV.

*MATHILDIS* ſoror vitam egit in Parthenone Ciſtercienſi, Blankenburgum illuſtrante, cuius nullum iam adparet veſtigium. Anno 1259 a ſorore *IVTTA* transferebatur cum duodecim virginibus votiuis ſuis in coenobium nouum, iuxta Egeln ſitum in Marienſtuhl, vbi prima exſtitit Abbatiſſa. Iutta nupſit Ottoni Comiti Hadmerslebienſi, quocum inſtituit coenobium Marienſtulenſe ordinis Ciſtercienſis, anno 1259 ab Epiſcopo Halberſtadenſi Volrado confirmatum. Ipſa cum marito ante ſummum altare ibi ſepulta fuit. Lapidi inſcriptum: *Laude iacet multa fundatrix Iutta ſepulta.* Cetera ſunt exeſa et pedibus calcantium fere extrita. Ipſius effigies ita eſt conformata, vt nudum puerum brachiis complexu teneat. Coniectura inde ducta, eam doloribus puerperii exſtinctam occubuiſſe. Otto a. 1265 in memoriam vxoris ſuae defunctae celebrandam Marienſtulenſi coenobio donauit eccleſiam quamdam Groningae optionemque dedit, vt ſedem huc transferre poſſent virgines votiuae. (m)

§. XXV.

*HENRICVS* V anno 1305 vendidit templum Haſelfeldenſe coenobitis Praemonſtratenſibus, in Ilefeld commorantibus, 52 marcis Nordhuſenſibus. Anno 1312 reſignauit Abbatiſſae Quedlinburgenſi Iuttae tres manſos in campis villae Sulten cum curiis. (n) Eodem anno reſignauit Duci Saxoniae quinque manſos et curiam vnam in Sulten cum iure omni et aduocatia, quam in manus Iuttae Abbatiſſae repoſuit. Anno 1319 tradidit *Vlrico*, Comiti Regenſteinenſi, bona illa, quae ab eccleſia maiori Gandershemenſi per nexum feudalem tenebat. Anno 1320 reſignauit Thiderico, dicto de Magdeburg, aduocatiam ſuper vnum manſum, in campis Bicklingen ſitum, ipſi a Praepoſita in Wenthuſen conlatam. (o) Anno 1324 ex compromiſſo arbiter delectus eſt inter Principes Anhaltinos, in primis Bernhardum, et Albertum, Epiſcopum Halberſtadenſem, concertantes de poſſeſſione vrbis *Aſchersleben.* Anno 1325 ſententiam Germanice promulgauit. Vxorem duxit Sophiam, Henrici III Comitis Hohenſteinenſis filiam, ex Iutta Comite Rauensbergenſi genitam. Videtur ipſe inſurrexiſſe cum Comitibus ante Har-

(g) To. I. Meibom. p. 776. et in Notis p. 791.
(h) *SAGITTARIVS* in *Hiſt. Halberſtad.* p. 55. ſqq.
(i) Excerpta ex Necrologio Hildesh. p. 764. To. I. Leibn.
(*) Supra p. 785.
(k) *BOTHO* p. 372.
(l) *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 372. To. III. Leibn. *Chronicon Magdeburg.* p. 334. To. II. Meibom.
(m) I. G. *LEVCKFELD* in *Antiqq. Blankenburg.* §. 39. p. 71.
(n) *KETTNERVS* l. c. p. 440.
(o) *KETTNERVS* l. c. p. 449.

Hartonem et Comitibus Regenſteinenſibus in Albertum, Epiſcopum Halberſtadenſem. (p) Henricus IV, Sophiae conſanguineus, Comesque Honſteinenſis, anno 1334 circiter numos Blankenburgi percuſſit, de quo conqueſtus eſt Albertus II, Epiſcopus Halberſtadenſis.

## §. XXVI.

*HENRICVS* VI fuit circa annum 1290 Canonicus Halberſtadienſis. Ipſe anno 1312 reſignauit ſimul tres manſos Abbatiſſae Quedlinburgenſi.

## §. XXVII.

*POPPO* III, ***HERMANNVS*** et *FRIDERICVS* Stirpem clauſerunt. Popponis III et Friderici fit mentio ad annos 1331 et 1332. 1340 et 1367 apud Sagittarium in *Antiquitatibus Principum Anhalt.* p. 51. Hermannus fuit Praepoſitus Canonicorum in Iechenburg ad Sondershuſam et ipſius ad annum 1355 iniicitur mentio. Comes *HENRICVS* reſignauit, neſcio quis, ſesquimanſum, ad Amforde ſitum, Abbatiſſae Quedlinburgenſi, petens, vt eum accipiat Wernerus de Wanzleben. (q) Comites ab eccleſia maiori et S. Mariae Ganderſemenſi poſſeſſiones fiduciario titulo tenuerunt, circa Derneburg, Wichhuſen, et per ſiluam Hercinicam. Derneburgum ac Reddeber Marchionibus Brandeburgicis ſaeculo XIV exeunte in feudum ceſſerunt. Reliqua ad Comites Regenſteinenſes deuoluta ſunt. In feudum Hercinium exſpectationem Electoribus Brandeburgicis conceſſit Agneſa Anhaltina. Exſtinctis Comitibus Regenſteinenſibus Electores illud occuparunt; Duces vero Brunſuicenſes denuo in exſpectationem illius Hercinici boni, ſuperiori ineunte ſaeculo, immiſſi, in hunc diem ſuſcipiunt illud nomine feudi Blankenburgici.

# CAP. VII.
## DE
## COMITIBVS BRVNSVICENSIBVS.

Synopſis. §. 1. *Deſignatio ſtemmatis et probabilis origo.*
§. 2. *BRVNO I et vxor.*
§. 3. *Bruno II et eius vtraque vxor Giſela.*
§. 4. *Ludolfus I, et Ludolfus II huiusque vxor.*
§. 5. *Vndenam ſit titulus Marchionum?*
§. 6. *EGBERTVS I. et Henricus IV. Imperator fuerunt patrueles et propinqui.*
§. 7. *BRVNO III. et Egbertus I.*
§. 8. *Egbertus II et vxor Oda.*
§. 9. *Soror Egberti II Gertrudis eiusque tres mariti.*
§. 10. *Comitatus vterque Brunsuicenſis et Northeimenſis peruenit ad Lotharium eiusque generum Henricum Magnanimum.*
§. 11. *De feudis Comitum Brunſuicenſium Gandeſianis.*
§. 12. *De Brunone Epiſcopo Mindenſi, conſanguineo Ecberti.*
§. 13. *Stirps progenitorum Odae, vxoris Egberti II.*

§. I.

(p) Hiſtoria Alberti II. p. 149. ſq. To. II. Leibn.
(q) Kettnerus l. c. p. 491.

§. I.

# Tabula genealogica.

*

*BRVNO* I † 972. Vxor *Hildeſindis*, filia Ecberti Comitis, † 25. Dec.

*BRVNO* II, competitor Henrici II 1002. † 1006. Vxores 1) *Giſela*, filia Hermanni C. de Werle et Iutae: 2) *Giſela*, filia Hermanni II, Ducis Sueuiae † 1043. 14. Febr.

1. *LVDOLPHVS* I. † 1023. Vxor N. N.

- *Sigfridus* Com. Palat. † 1038. Winceburgi.
- *Bruno* Ep. Mind.

2. *LVDOLPHVS* II. † 1038. 23. Apr. Vxor *Gertrudis*.

- *BRVNO* III. † 1057.
  - Hezelo Ep. Hild. † 1079.
- *EGBERTVS* I, fit Marchio 1067 † 1068. Vxor *Irmegardis*, vidua Ottonis C. de Schwinfurt, Ducis Sueuiae, a. 1057.
  - *EGBERTVS* II. natus 1060 † 1090. vxor *Oda*, filia Ottonis Orlamundani, Marchionis Thuringiae et Miſniae.
  - *GERTRVDIS*, nupta 1) *Theoderico* C. de Catelnburg, qui † 1085. 20 Ian. 2) *Henrico Pingui* C. de Northeim, qui † 1101. 10 Apr. 3) *Henrico* C. Wettinenſi, Marchioni Ileburgenſi. Ipſa † 1117. 9 Dec.
    - 1. *Thidericus iunior* C. de Catelnburg † 1103. Vx. *Adela*.
    - 2. *Otto*.
    - 2. *Richenza* Vxor Lotharii Regis.
    - 2. *Gertrudis*, Vxor Sigfridi Com. Palat.
    - 3. *Henricus iunior*, Marchio Ileburg. † 1127.

Quis Comitum Brunſuicenſium proximus ſit progenitor, e ſcriptoribus ſaeculi decimi, quos hucvsque editos vidimus, definiri nequit. Ea de cauſſa principes hiſtoricorum coniecturas in medium adtulerunt, quarum principatum facile reportat ſententia Gebhardiana, quam in §. 14. producemus. Eamdem iam olim iniit viam G. G. Leibnitius. Sed vbi ad tantum probabilitatis gradum nondum adſcendere poterat, in omnia alia iuit. *BOTHO* (a) Brunonem primum pro filio Henrici, Ducis Bauariae, habet. Adplauſerunt D. Simon Fridericus Hahnius, (b) Iohannes Dauid Koelerus (c) aliique complures. Illuſtris Leibnitius, locum Bothonis negligendum haud eſſe, monuit. (d) Momenta tamen, quae Botho adiicit, nemini facile probantur. Nam Brunonem vocat *Marchionem*. At ante annum 1067, quo Egbertus I ab Imperatore declaratus fuit *Marchio Thuringiae*, Comitum Brunſuicenſium nullus exſtitit Marchio. Celebris Koelerus veretur, Brunonem pro filio Henrici Ducis legitimo habere: quare in eam deſcendit ſententiam, Brunonem primum ex Henrico Rixoſo, Duce Bauariae, Slauicaque principe concubina, fuiſſe genitum. (e) Autori ſuboluit, ſcriptores eius aetatis in recenſendis Henrici liberis Brunonem omiſſuros non fuiſſe, ſi is eiusdem iuris, ſanguinis et auctoritatis cum reliquis exſtitiſſet. Verum *BOTHO* haud ſecus diſſerit de genere Brunonis, ac ſi ipſe fuerit Henrici II, Ducis Bauariae, frater legitimus, natu minor. Dum enim rationem reddit, cur Henricus II Dux adpelletur, Bruno autem dicatur *Comes*; plane ſic ſentit: *Mores tunc ita ferebant, vt maior natu fratrum DVX maneret, minor eſſet Comes.* Non video, quare hanc rationem Botho fuiſſet prolaturus, ſi Brunonem pro notho reputaſſet. Addit idem porro, Brunonem Ottoni Caeſari ſtipendia feciſſe ac inuictum vbique animum exhibuiſſe, ideoque donatum fuiſſe Saxoniae quadam ad Brunſuicum parte, nominatim *Melveroda*. Secus olim ſenſit *LEIBNITIVS*, quum Brunonem ex Brunone, Ludolfi filio, deducturus eſſet. Sed interuallum qua ratione impleret intermedium, augurari non poterat; quae fortuna Celeberrimum tandem *GEBHAR-*

(a) In *Chronico picturato Brunsuic.* ad a. 987. p. 315. To. III. Leibn.
(b) In der *Reichs-Hiſtorie*. Locus iam non ſuccurrit quaerenti.
(c) In *Stemmatographia Auguſta Saxonica* Tab. III.
(d) In *introd. ad* To. III. *ſcriptor. Brunsuic.* Artic. XIV. p. 12. ſq.
(e) Idem vero argumentum ſuccedit quoque in ſententia Gebhardiana, quam exhibeo in §. 14.

*HARDIVM*, fautorem noſtrum, manſit. Magna profecto eſt quaeſtio, an Bruno, Ludolfi Ducis Saxoniae orientalis filius, vxorem et quamnam duxerit. Incidit mihi olim in mentem coniectura, Brunonem a Tanquardo quodam fortaſſis eſſe deriuandum, quem Tanqwarderodae ſtatuunt conditorem. Sed circumſpexi argumenta labore irrito. Nec cum vtraque hac opinione in concordiam id Bothonis pronuntiatum redigi poteſt, quod dictitat, Brunoni, meritis graui, ab Ottone Imperatore Comitatum Brunſuicenſem fuiſſe dono datum. Propoſui ſupra aliam coniecturam, mihi cum D. *Conrado Bertholdo BEHRENSIO* communem, videlicet Brunonem II fuiſſe Ludolfi, Ducis Sueuiae, filium. Potiſſimum argumentum huius opinionis deſumo ex eo, quod Bruno, Ottone III demortuo, petiuerit diadema regium, quod tum familiae Ottonum erat fere proprium. Spurio vix ea congruit competitio. Filio Henrici Rixoſi alteri videtur fuiſſe exſpectandum, donec ex Henrico ſecundo, fratre natu maiori, natus Henricus II dignitate regia fuerit perfunctus. E contrario filius Ludolfi videri poterat excellere gradu propiori, Ottones contingente.

§. II.

*BRVNO primus*, qui Melverodam ad Brunſuicum incoluiſſe dicitur, perperam vocatur *Marchio*. *Dux* vocatur in *Necrologio Fuldenſi*, (*) niſi forte de alio Brunone ibi fiat mentio. Si Necrologium de noſtro agit, eum anno 972 obiiſſe oportet. Vxorem eius *BOTHO* adpellat *Hildeswidam*, (f) adiungens, eam ex nobili Croatiae Comite eſſe procreatam. Oſtendere autem adnititur *Ioannes Georgius ab ECKARD*, (g) Bothonem confudiſſe concubinam Ducis Bauariae Henrici, qua vſus fuerit ante matrimonium cum Iuditha initum, cum *Hilderwida*, filia Ecberti monoculi. *Hildeſindis Comitiſſa* obiit VIII *Kalendas Ianuarii*, (h) anno incerto.

§. III.

*BRVNO* ſecundus ei filius a *BOTHONE* adtribuitur. (i) Idem patet ex Comitatu Brunſuicenſi, per hereditatis iura in iuniorem Brunonem deuoluto. Quanam hic vxor vſus ſit, non aeque eſt in confeſſo apud omnes. *Chronicon M ſtum Francorum* (k) ſic habet: *Duce Erneſto defuncto accepit Giſlam vxorem Comes Bruno de Brunſuic, peperitque illi Ludolfum Comitem.* Conſentiunt alii, quos ſupra recenſui. Erneſtus vero anno 1015 in venatione ex improuiſo a milite ſuo Adalberto ſagitta percuſſus, miſere occubuit. (l) Eodem anno Giſelam Conradus II Salicus, poſthaec Rex, duxit. (m) *Ioannes Dauides KOELERVS* (n) Brunoni vxores tribuit duas, vnam Giſelam Werlenſem, alteram Erneſti Ducis Sueuiae poſtea vxorem, eiusdem nominis, tertium nuptam Conrado II. *Chronicon vetus Ducum Brunſuicenſium* (o) ita; *His temporibus in Brunſwick princeps fuit Bruno, qui Comes dictus eſt - - Brunonis vxor fuit Domina Ghisla de Werle, quae eidem genuit Ludolfum.* Hermannus Comes de Werle, quem pro parente Giſelae prioris auctores nonnulli habent, eadem floruit aetate. (p) Diſſident igitur ſcriptores de matre Ludolfi. Praeterea quotquot Giſelam, Conrado II anno 1015 nuptam, Brunonis vxorem fuiſſe exiſtimant, coniugium Giſelae cum Erneſto contractum praeponunt nuptiis cum Brunone celebratis. Huic vero ſententiae repugnat ratio. Venit igitur in mentem *PFEFFINGERO*, (q) Giſelam primo nupſiſſe Brunoni, deinde Erneſto, et, hoc defuncto, tandem Conrado II Salico. *KOELERVS*, Giſelam Werlenſem liberos non peperiſſe, arbitratur; Ludolfum autem ex Giſela, Hermanni II Ducis Sueuiae filia, procreatum, putat. Reclamant ei ſententiae *BOTHO* et *Chronicon vetus Ducum Brunsui-*

(*) *EXCERPTA necrologii Fuldenſis* apud Leibn. To. III. p. 764.
(f) Loco laudato.
(g) In *Hiſtor. geneal. Marchion. Miſn.* c. l. p. 272.
(h) *NECROLOGIVM Hildeshemenſe* To. I. Leibn. p. 767.
(i) In *Chronico picturato* p. 315.
(k) In *FELLERI monumentis ineditis* Trimeſtri I. p. 82.
(l) *ANNALES Hildeshemenſes* ad c. a. p. 723. To. I. Leibn.
(m) *DITMARVS Annal.* L. VII. p. 415. *OTTO Friſingenſis* Chron. L. VII. c. XXVIII. p. 132.
(n) In Stemmatographia Auguſta Saxonica p. 47. ſq. et in Diſſ. genealogica de Familia Auguſta Franconica p. 35. ſqq.
(o) Pag. 7.
(p) *AVCTOR vitae Meinwerci* c. XXXII. §. 27. p. 523. To. I. Leibn. *NECROLOGIVM Laurishamenſe* p. 28. Vindem. litter. Schannati :, V. *Kal. Martii Hermanni de Werle et putae vxoris eius in Benſheym.* Additur eorum benignitas in coenobium S. Nazarii Laurishamenſe.
(q) Ad Vitriarium P. II. p. 325.

*Brunſuicenſium.* Alii temere permiſcent Giſelam Werlenſem cum Sueuica. Siquod pretium opinioni, a Pfeffingero prolatae et a Koelero adoptatae, ponendum eſt, id potiſſimum ex Lamberto Schafnaburgenſi ac Annaliſta Saxone robur accipit. Vtriusque locum diſcutiemus infra §. 6. *BRVNO* vt Ottoni III ſuccederet, nihil fecit reliqui. (r) Qua ſpe tamen deturbatus eſt, praecipue per Bernwardum Epiſcopum Hildeshemenſem. (s) Num hic Bruno condiderit Brunſuicum iuxta Tanquarderodam, quaeſtio eſt non contemnenda, ſi ſcriptis coaeuis res agatur ac definiatur. Secutus ſum equidem teſtimonia recentiorum et Brunoni, ex Ludolfo, Saxoniae orientalis Duce, nato, adſcripſi originem Brunſuici. Verum non infitior, vetuſtiſſimos ſcriptores id prorſus tacuiſſe. Quo anno exceſſerit Bruno e vita, non ſatis conſtat. *KOELERVS* praefert annum 1006, ea inprimis de cauſſa, quod, morte Brunonis, ſecundo Giſelae coniugio locum erat facturus. (t) Siquis Brunonem patrem ſuſtulerit e ſerie Comitum Brunſuicenſium, et a Brunone II exordiri maluerit, cum eo non auſim contendere. Soli enim Bothoni, in vetuſtiſſima aetate ſaepius alucinanti, heic credulitatem addicere, non cadit in eum, qui luculentis coaeuorum auctorum nititur documentis ac teſtimoniis. *Annales* certe *Hildesbemenſes*, qui Brunonem II, Ludolfum ceterosque memorant, Brunonem primum omittunt. *Chronicon vetus Ducum Brunſuicenſium* neſcit primum illum Brunonem. Antequam eruuntur chartae coenobiorum et in lucem protrahuntur, in multis haeſitamus.

## §. IV.

*LVDOLFVS*, Brunonis filius, obiit anno 1023, ſi is eſt, de quo Annales Hildeshemenſes ad eum annum perhibent: *Liudolfus Comes obiit.* (u) Ab hoc differt *Ludolfus Comes priuignus Imperatoris* Conradi II et *frater Herimani*, Alamanniae Ducis, qui exſpirauit a. 1038 IX Kal. Maji. (x) Fuit hic poſterior Ludolfi noſtri quoque frater vterinus, ſi Giſela fuit vtriusque mater, vti *KOELERVS* ſtatuit. Veteres tribuunt noſtro vxorem Gertrudem, Arnolphi Gandauenſis, Friſiae Comitis filiam. (y) *Marchionem*

(r) *TANCMARVS* in Vita S. Berwardi C. XXXIV. p. 457. *AVCTOR* vitae Meinwerci c. XI. p. 521.

(s) *TANCMARVS* l. c.

(t) In Stemmatographia Auguſta Saxonica p. 47. *Cum quoad annum mortis clara deſint ſcriptorum teſtimonia, variae de hoc recentiorum Hiſtoricorum ſunt ſententiae, quibusdam annum* 1006, *aliis a.* 1014, *defendentibus. Certior tamen nobis videtur annus* 1006, *quia alter maritus Giſlae Erneſtus, Dux Sueuiae, defunctus anno* 1015 *reliquit duos filios, quorum maiorem natu, nomine Erneſtum, ſucceſſorem in Ducatu eſt adeptus.* OTTO FRISINGENSIS L. VI. c. XXVIII. p. 132.

(u) Pag. 725. To. I. Leibn.

(x) Eidem Annales ad a. 1038. p. 729. *Liudolfus Comes priuignus Imperatoris IX Kal. Maii immatura morte obiit. Et eius frater Herimannus Alemanniae Dux ſubita infirmitate praeuentus, bonis flebilis omnibus, XVI Kal. Iulii deceſſit.* Hunc locum D. *Simon Fridericus HAHNIVS* exponit de tertio filio, quem Erneſtus Dux Sueuiae ex Giſela ſuſceperit, in Reichs-Hiſtorie P. II. c. VII. §. X. p. 253. nota (n.) Celeberrimus contra Ioannes Dauides *KOELERVS* in Stemmatographia Saxonica Tab. III. et Diſſ. genealogica de Familia Auguſta Franconica p. 35. locum capit aliter et in eo ſeſe Ludolfum Brunsuicenſem inueniſſe exiſtimat. *HAHNIVS* negat, Giſelam vnquam nupſiſſe Brunoni Comiti Brunsuicenſi. Quare non potuit, quin Ludolfum priuignum Imperatoris Erneſto, Sueuiae Duci, tranſcriberet. At Veteres duos duntaxat tribuunt Erneſto, ex Giſela, filios, ſcilicet Erneſtum et Hermannum, vti adparet ex *OTTONE Friſingenſi* L. VI. c. XXVIII. p. 132. et *ALBERICO* ad a. 1027. p. 59. et a. 1029. p. 61. Hac cauſſa inductus, additisque teſtimoniis Lamberti ac Annaliſtae Saxonis impulſus, Koelero accedo, qui Ludolfum, priuignum Imperatoris, de Comite Brunsuicenſi exponit.

(y) *CHRONICON Alberici* ad a. 1018. p. 52. p. 52. P. II. *In Friſonia Theodorico Comite, filio ARNVLPHI Hollandenſis, debellante Friſones in vindictam patris ſui ab eis occiſi, Godefridus Dux ad debellandum eos ab Imperatore mittitur et conſerto praelio - - cunctis fugientibus multi a paucis Friſonibus perimuntur; Dux vero capitur.* SIGEBERTVS Gemblacenſis ad e. a. p. 829. To. I. Piſtor. ed. Struv. *In Friſonia Deoderico Comite, filio Arnulphi Gandauenſis, debellante Friſones in vindicta patris ſui ab eis occiſi, Godefridus Dux ad eum debellandum* (lego; eos debellandos) *ab Imperatore mittitur, et conſerto praelio - - -* Reliqua conueniunt cum verbis Alberici. *HADRIANI BARLANDI* Hollandiae Comitum Hiſtoria et Icones, a. 1584. Francofurti s. ed. p. 7. ſqq. En *Gertrudis* genus:

Theo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*chionem* vocant Ludolfum recentiores, nulla probabili cauſſa inducti. Errorem ſupra notauimus. (z) Cur duos admittam Ludolfos ex vtraque Giſela natos, ratio eſt in procliui. (aa) Alter eorum adſtitit teſtis renuntiationi ſolemni in Franconia. (bb)

§. V.

*

Theodoricus I Friſius, anno 863 Comes Hollandiae a Carolo Caluo inſtitutus.

Theodoricus II. Vx. Hildegardis.

*ARNVLPHVS* Hollandenſis et Gandauenſis, occiſus circa a. 993.

*THEODERICVS* III † 27 Dec. a. 1038. Vxor *Vithildis* ex Saxonia, † 9 Iul. ſepulta in Saxonia. — *GERTRVDIS*, Ludolfi vxor.

Theodericus IV occiſus 1048. — Florentius, Comes Friſiae Orientalis, ſucceſſit fratri improli. occiſus a. 1063 Saxonica *Gertrudis* vxor, quae ex duobus maritis quatuor filios et vnam filiam reliquit. Secundus maritus Robertus, qui a. 1070. cum Friſiis geſſit bella.

1.
Theodoricus V.

Florentius II. † 1113.

*MAGNVM CHRONICON BELGICVM* p. 97. *Poſt excidium Arnulphi, pii Principis, Theodericus filius eius, huius nominis tertius, ſucceſſit quartus Comes Hollandiae, anno 994. - - Duxit vero in vxorem Othildem, filiam magnifici Ducis Saxoniae, ex qua duos filios genuit, videlicet Theodericum, ſuccedentem Comitem Hollandiae, et Florentium Orientalis Friſiae Comitem.* Othildis illa videtur fuiſſe filia Bernhardi I, Ducis Saxoniae. Anno 1018. Co:es deui:it Traiectenſem Epiſcopum. *Deinde*, pergit idem Chronicon, *idem Comes a Friſonibus miraculoſe fugatus et fictus fuit. - - Tandem magnanimus Comes Theodoricus Hieroſolymita ſexto Calend. Ianuarii obiit, tumulatus penes proauum in Egmunda; qui cunctis diebus vitae ſuae bella geſſit ac Hollandiam quadraginta quinque annis potentiſſime gubernauit. Othildis autem Comitiſſa poſt obitum ſui coniugis ad Saxoniam reuerſa eſt, quae VII Calend. Iulii moriens, ibidem honorifice tumulata fuit. Anno Theoderici vltimo, imperii vero Conradi II. decimo quarto - -* Haec fuſius erant ediſſerenda, tum ob conſanguinitatem Gertrudis peruoſcendam, tum ad Othildem, et Gertrudem, Florentii hanc; illam Theoderici III coniugem, vtramque Saxonum ex gente natam, noſtris monumen:is i ferendam. Quaerent et rimabuntur alii patres vtriusque ciuis noſtrae. Florentii vxorem Gertrudem fuiſſe Gerhardi Comitis Querfurtani filiam, Lotharii Saxonis Regisque ſororem, docet *BOTHO* in Chronico picturato p. 330. *ANNALISTA SAXO* MStus Eccardinus ad a. 1038. *Liudolfus Comes Saxoniae, filius Brunonis de Bruneswic et Giſlae Imperatricis obiit immatura morte, genuit ex Gertrude Comitiſſa Brunonem et Ecbertum.* Vides hinc, Giſelam Sueuicam fuiſſe Brunonis II. vxorem. Accurate hoc probat *ECCARDVS* in Hiſt. genealog. Marchionum Miſnenſ. ex vet. Princip. Brunsuic. ſtirpe c. II. p. 279. Henricus III. Brunonis filium vocat ſuum *fratrem*, et huic *filium Ecbrechtum Comitem* tribuit, in donatione inedita Comitatus Brunonis ad altare S. Mariae Hildesheimenſis a. 1051. apud *ECCARDVM* l. c. p. 279. Henricus IV in confirmatione huius donationis a. 1057. *ibidem* vocat *Liutulfum*, Brunonis filium, ſuum *patruum*. Conradus II ad a. 1028. in Diplomate apud *SCHATENIVM* Annal. Paderborn. h. a. inter teſtes laudat *Liudulphum Comitem et priuignum Imperatoris* i. e. ſui.

(z) Pag. 253. (qqq)

(aa) Ludolfus fuit natus ex Gisela Werlenſi. Tradunt ita *CHRONICON VETVS DVCVM BRVNSVICENSIVM* p. 6. 7. *ed. Mader. CONRADVS BOTHO* p. 320. *CHRONICON RHYTHMICVM* p. 27. 28. To. III. Leibn. Fuit itidem Ludolfus ex Giſela Sueuica natus, qui vocatur priuignus Imperatoris Conradi II. Ex hoc Ludolfo procreati ſunt Bruno III et Egbertus I, qui vocantur *patrueles* Henrici IV Imperatoris. En ſchema:

Giſela, vxor 1) Brunonis II. 2) Erneſti. 3) Conradi II.

| 1. | 2. | 2. | 3. | 3. | 3. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| Ludolfus. | Erneſtus. | Hermannus. | Henricus III. Niger. | Beatrix. | Mathildis. |
| Bruno III. Egbertus I. | | | Henricus IV. | | |

Hinc primo obtutu patet, Henrici IV patrueles, Brunonem et Egbertum, natos fuiſſe e patre quodam, qui Henrici III exſtiterit frater, et Conradi II priuignus. At hoc non obtinetur alio pacto, quam Ludolfo, ex Giſela nato, in ſubſidium arceſſito.

(bb) *ANTIQVITATES* coenobii S. Michaëlis Bambergae in *IOANNIS FRIDERICI SCHANNATI* Vindem. literar. p. 41. XIV. *Kal. Nou. fecit abnegationem Comes Didericus et filius eius Giſilbertus prae-*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. V.

Dudum moris fuit, Comites Brunſuicenſes ſingulos cognomine Marchionum inſignire. In Italia equidem *Marchionum* nomen eo aeuo fuit perquam tritum et aliquando Comitibus Ducibusque inditum. (cc) Verum in Germania nonniſi ab Imperatoribus limites Imperii potentioribus Principibus Comitibusque traditi ſunt, vt eos ab inuaſionibus iniuriisque circumvicinarum gentium ſaeuiſſimarum defenderent. Limes Imperii iuxta Brunſuicum ſaeculo decimo ac vndecimo nequaquam eſt quaerendus, ſed in tractu Slesuicenſi. Marchiones, de Brunſuico dictos, veteribus plane ſunt incogniti. Commemorat vero auctores, antiqua fide pleni, Thuringiae datos fuiſſe Marchiones, qui Slauis repellendis forent intenti. Otto, Marchio Thuringiae, anno 1067 exſtinctus eſt, eique Imperator Henricus IV ſubſtituit Egbertum I, Comitem Brunſuicenſem, patruelem ſuum. (dd) Ex eo tempore Marchionatus Thuringiae adhaeſit Comitibus Brunſuicenſibus, qui maluerunt ſpectabiliori in poſterum vti adpellatione, quam Comites amplius dici. Conſuetudo proinde obtinuit omniumque ſermone vſurpata exſtitit, adpellandi Comites Brunſuicenſes cognomento Marchionum. Qui rationem tituli noui nominisque honorificentioris ignorarunt, poſthaec omnes Comites Brunſuicenſes nominarunt *Marchiones*. Ita noſtri olim ſaepius Ludolfum, Ottonum progenitorem, vocarunt *Imperatorem*, exiſtimantes maiores poſteris ſuis haud fuiſſe ignobiliores.

§. VI.

Ludolfus II genuit Ekbertum et Brunonem. Vter aetate anteceſſerit, determinatu eſt difficile. *Chronicon vetus Ducum Brunsuicenſium* praeponit Ekbertum; *LAMBERTVS* Ekbertum Brunoni poſtponit, quo cum conſentit *Chronographus Saxo*. VtrumqueLambertus vocat *patruelem* Henrici IV, tum ad annum 1057, tum ad annum 1067. Teſtimonia ſingula in medium ſupra adtuli. (ee) Coniiciebam olim, Ludolfi vxorem fuiſſe Henrici III. ſororem. At ſententia illa teſtimoniis et auctoritate veterum deſtituitur, ne dicam, coniecturae eiusmodi clariſſima obſtare documenta. Succurrit dein animo adfinitas Egbertum I inter et Henricum IV. Nam Immula ſeu Irmengardis, Egberti I vxor, fuit ſoror Adelae, quae peperit ex Ottone Taurinorum Marchione Bertham, quam Henricus IV duxit. Simulac vero memineram, Irmengardam demum anno 1058 Egberto I nupſiſſe, orbatam demum marito priori, Ottone Swinfurtenſi, anno 1057, quinto Nouembris; (ff) reuocaui calculos et prorſus in alia omnia iui. Nam Lambertus Brunonem et Egbertum I, non vnum ſed vtrumque, anno iam 1057 dixerat et vocarat *patrueles Regis*. Accedit quod ex matrimonio illo Egberti I *patrueles* dici non potuerint Imperatoris. Concedendum itaque erat, Giſelam ex Brunone, Comite Brunſuicenſi, genuiſſe Ludolfum, patrem Brunonis III et Egberti I. Conſentit *ANNALISTA SAXO*, qui ad annum 1075, Imperatorem Egberto II *valde propinquum* fuiſſe *genere*, commemorat. Quamuis igitur manibus pedibusque id egerim, vt auctoritatem praeceptoris mei Celeberrimi S. F. *HAHNII* retinerem ſaluam, qui Giſelam Brunonis II Comitis vxorem negat fuiſſe Hermanni Alemanniae Ducis filiam; non potui tamen fidem veterum tueri niſi Pfeffingero ac Koelero, Duumviris praeſtantiſſimis, accederem.

§. VII.

*BRVNO* III et *EGBERTVS* I, e Ludolfo ſecundo procreati, illuſtre ſui nomen ad aetatem ſubſecutam transmiſerunt. Bruno interiit anno 1057, in conflictu fatali ad Neiendorfium eique conterminum amnem *Selke*, cum Ottone Marchione Thuringiae ſuſce-

*praedii nomine Budenesheim - - in Dribure, iubente et conſiliante piiſſimo Imperatore Chounrado, primo incuruatis digitis, ſecundum morem Saxonicum. Iſti ſunt Saxones, qui hoc viderunt et audierunt Bernhardus Comes, Sigefridus Comes, LIVDOLD Comes, Widekind Comes, Gebehard, Hemezo, Diederich, Engilbraht, Gezo, Ruoderich: et deinde abnegationem fecit cum manu et feſtuca, more Francorum.* Bernhardum intelligo ſecundum, Ducem Saxoniae: Sigfridus hic eſt Comes Northeimenſis: Liudold, pro quo legendum *Liudolf*, eſt Comes Brunſuicenſis. Ceteri ſunt obſcuriores, indubie ex Peinenſibus, Suplinburgenſibus, Eberſteinenſibus, Woldenbergicis aliisque Comitibus. Hic Ludolfus Comes ſubſcripſit anno 1013. Diplomati Henrici II Imperatoris, quod ſupra in vita Hathumodae adtulimus cap. 1. §. 10. p. 527.

(cc) *MVRATORIVS* di *Antichità Eſtenſi* P. I. c. V. p. 25. ſq. *FIORENTIN. MEMOR. di Matilda* L. II. p. 7.

(dd) *LAMBERTVS Schafnaburgenſis* ad a. 1067. p. 337. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1083. p. 269. vocat Eggibertum Marchionem *propinquum Regis*.

(ee) Pag. 253. 254. not. (sss) (xxx).

(ff) *NECROLOGIVM* eccleſiae Metropolitanae Moguntinae p. 4. apud *SCHANNATVM* in Vindem. litter. II. *Non. Nou. Otto Dux.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſcepto. Erat in eo, vt cum fratre Egberto ad comitia Merſeburgenſia, ab Henrico IV Imperatore definita ac indicta, proficiſceretur. Brunonis filium fuiſſe Hezelonem, Epiſcopum Hildeshemenſem, veterum eſt fama potius, quam certa auctoritas et doctrina. Egbertus I nuptias iniit cum Irmegarde ſeu Immula, vidua Ottonis Comitis Schwinfurtenſis ac Sueuiae Ducis. Ipſe Otto ad annum 1047 Ducatum Sueuiae adeptus erat, (gg) defunctus anno 1057, quinto Nouembris. Irmegardis ex Vlrico Maginfridi, Marchione Seguſii, ac Bertha *Ateſtina* fuerat nata. (hh) *ANNALISTA SAXO* (ii) *Henricus* (IV) *Rex Bertham, filiam Ottonis, Marchionis de Italia et Adelheidis, quae ſoror erat Comitis, qui agnominatus eſt de Monte Bardonis in Italia, et Immulae ſeu Irmingardis, quam poſt mortem Ottonis, Ducis de Suinforde, Ekbertus, Marchio ſenior, de Brunswic, uxorem tunc habebat, ducens* - - Et rurſus: (kk) *Otto de Suinvorde, Dux Sueuorum, IV. Kal. Octobris obiit et Suinvorde cum parentibus ſuis ſepultus eſt.* Non ſatis haec conueniunt cum Necrologio Laurishamenſi, quod nonnumquam diem celebratae memoriae defuncti cum die obitus confundit. In praeſens non admodum curamus, vtri potius error imputandus vitioque vertendus ſit, dummodo oſtenderimus, Egbertum ante exitum anni 1057 Irmengardam ducere non potuiſſe. Ipſe anno 1067 Marchiam Thuringiae ab Imperatore Henrico IV ſibi permiſſam prudentiſſime moderatus, deſiderio ſui cunctos adfecit, quum anno 1068 e vita emigraret, febri correptus, et in eo fuiſſet, vt, Irmegarde repudiata, viduam Ottonis Marchionis Miſniae Adelam, filiam Lamberti, Comitis Lovannenſis, vxorem duceret. Superſtites ipſi fuerunt Immula, Egbertus II filius et Gertrudis.

## §. VIII.

*EGBERTVS* II, cui pater paullo ante obitum ſuum ab Imperatore Marchionatum Thuringiae impetrauerat, in lucem editus eſt anno circiter 1060. Quum vix ex ephebis exceſſiſſet, incidit in Caeſaris odium et ſimultates. Anſam praebebat Archiepiſcopus Moguntinus, qui inuitis Thuringis decimas extorquere conabatur. Fauebat poſtulato ſummi Praeſulis Henricus Imperator ea potiſſimum de cauſſa, quod, Moguntini opera, vxorem repudiandi conſilium ceperat. Egbertus, ni a Thuringis mallet expelli, decimas ſolui prohibuit, et ea propter a Caeſare Thuringia eſt mulctatus et exturbatus. Anno 1075 Caeſar, conſpirationem Principum Saxoniae in ſeſe firmatam exoſus, Vlrico de Gothesheim Marchionatum Thuringiae demandauit, licet Egbertus Saxonibus aduerſus Regem rebellantibus nullam opem tuliſſet. (ll) Longi fuerunt ambages, longa iniuria, variique animorum motus, Egbertum inter et Caeſarem inde ab anno 1075. Etenim Egbertus mirabili arte et celeritate recuperauit amiſſa, tantosque inuitante ſecunda fortuna ſumſit ſpiritus, vt diadema regale petere videretur. Hinc Caeſar perterrefactus eſt et qualiscunque inter vtrumque coiit gratia: ex eo tempore Egberti animus in neutram diſcordantium Saxonum et Caeſaris partem propendit: tandem, hoc proceribus Saxoniae uniuerſae ſeruitutem intentante, amicior fuit ſuorum libertati quam propinquitati Caeſaris. Egbertus tandem, Hildeſienſi Epiſcopo et Abbatiſſae Gandershemenſi moleſtus, ab huius ſatellitibus in molendino quodam iuxta aquam *Scilcha*, vt habet *LAMBERTVS*, anno 1090 (mm) interemtus periit. Recentiores molendinum illud vocant *Eiſenbüttel*, quod eſt (*) iuxta Brunsuicum. Corpus eius in templo S. Cyriaci Brunſuicenſi tumulatum (nn) et nuper in baſilicam S. Blaſii eſt translatum. Vxorem adſciuerat e Saxonia orientali, *Odam* videlicet, Ottonis Orlamundani, Marchionis Miſniae filiam, quae ſterilis exſtitit. (oo)

§. IX.

(gg) *ANNALES Hildesbemenſes* ad a. 1047. p. 731. To. I. Leibn. *MARIANVS Scotus* ad e. a *CHRONICON Stederburgenſe* p. 852. To. I. Leibn. *HERMANNVS Contractus* et *CONRADVS Vrſpergenſis* ad a. 1048.

(hh) Id adparet ex Tabula noſtra genealogica cap. I. de *Ducibus Brunsuicenſibus*, ſect. 4. Diſſ. X.

(ii) Ad a. 1067. p. 465. *edit. Eccardi.*

(kk) Ad a. 1057. p. 464.

(ll) *ANNALISTA SAXO* ad. a. 1075. *Denique Ekberti, Marchionis, de Bruneswic, qui Saxonibus nullum fecerat auxilium, ſed regi, vtpote valde propinquo genere, toto animo fauebat, poſſeſſiones prius inuaſit, deditque illas Othelrico de Godesheym.*

(mm) *LAMBERTVS* annum ponit 1089. p. 253.

(*) *SPANGENBERGIVS* locum ponit iuxta Numburgum ad Salam.

(nn) *BOTHO* p. 328.

(oo) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1062. *Otto Marchio - - habuit uxorem, nomine Adelam de Brabantia,*

§. IX.

Egberto ſecundo ſucceſſit filia Egberti primi Gertrudis, nacta hereditatem, quae patrimonium Comitatus Brunſuicenſis complectebatur. Mater exſtitit Immula ſeu Irmegardis. *BOTHO* autem eam vocat *Gerburgem.* Teſtimonium eius ſic habet: (pp) *Marggreve EGGEBRECHT, Marggreve Ludeleffes ſone to Saſſen vnde Brunſvvick, de nam GARBORCH des eddelen Heren dochter to Landesbarge, de telde öme dre kinder, eynen ſone, de het EGGEBRECHT, unde eyn dochter, de het METTA, de nam den Konigh in Lumberdige. de ander dochter heyt GERDRVD, de nam Greven Hinrik te Northem, unde na deme nam ſe Greven DIDERIKEN van Kattelenborch, ſo hyr na ſteyt, yd was de Gerdrudis, de ſunte Autor to Brunswick brachte.* Mettam omittit Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium, (qq) et Egberto primo nonniſi Egbertum ſecundum et Gertrudem adtribuit. *Metta* ſeu *Mettilda* Bothonis omnino eſt ficta, vti ſtatim adparet ex eo, quod eam reputauerit pro *Mathilde*, famoſiſſima ac diuitiſſima Italiae Marchioniſſa, (rr) quae nequaquam a Comite Saxone fuit procreata. Gertrudis primas celebrauit nuptias cum Thiderico, Comite Catelnburgenſi, (ss) qui anno 1085. 20 Ianuar. in conuentu Gerſtungenſi violenta percuſſoris manu adpetitus interiit. (tt) Ex hoc marito ipſa peperit Thidericum iuniorem, qui ex vxore *Adela* (uu) nullam vidit prolem maſculam, et ſub initio ſaeculi duodecimi obiit. (xx) Thiderico ſeniori defuncto, Gertrudis nupſit Henrico, cui cognomen fuit Pingui ac Craſſo, (yy) Comiti Northeimenſi. Qui hoc coniugium praeponunt nuptiis cum Thiderico Comite initis, refelluntur rationibus chronologicis. Henricus ac Gertrudis inſtituerunt coenobium Bursfeldenſe, ſitum ad flumen Werram. (zz) Vterque iter ingreſſus in Friſiam, ab Henrico Imperatore in beneficium clientelare acceptam, praeſentiſſimum adiit vitae periculum. Epiſcopus enim Traiectenſis Henrico immiſit milites, quorum inſidias effugiens Comes ad mare a Freſonibus obtruncatus fuit. Vxor vero aegre manus improborum euitauit. (a) Contigerunt haec anno 1101. Maritus Bursfeldenſi in coenobio quarto Idus Aprilis inuenit ſepulcrum. (b) Gertrudis reliquias S. Auctoris Brunſuicum deportandas eiusque in honorem aedes ſacras exſtruendas curauit (c) in loco, quem nunc vocant *domum Auctoris, Auters-Hof.* Locus nunc inſeruit exponendis mercibus nundinalibus. Henricus ex Gertrude ſuſtulit liberos, *Ottonem*, qui praematura morte (d) obiit, *Rixam* Lotharii

*bantia, ex caſtello quod LOVENE dicitur, quae peperit ei tres filias, ODAM, Cunigundam et Adelheidam. Odam accepit Ecbertus, Marchio iunior de Brunswic, et haec ſine liberis obiit.* Odae genus ſpeciatim oſtenditur §. 13.

(pp) Pag. 325. To. III. Leibn.

(qq) Cap. XIX. p. 33. To. III. Leibn.

(rr) *BOTHO* ad a. 1084. p. 329.

(ss) - - p. 325. qui tamen perperam coniugium cum Henrico initum primo loco recenſet.

(tt) *APOLOGIA* pro Henrico IV Imp. p 197. To. I. Freheri.

(uu) *DIPLOMA* Rothardi Archiepiſcopi Moguntini in *Antiqq. Catelnburg.* p. 22. ſqq. quae autore Leuckfeldio fuerunt editae.

(xx) Si quis negat, Thidericum iuniorem fuiſſe ex Gertrude hac natum; ei magnopere aduerſor. Ipſe hoc negat *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Katlenburg.* c. I. §. 10. p. 8. qui quoque in eo fallitur, quod negat Gertrudem nupſiſſe Thiderico Seniori. *BVNTINGIVS* in *Chronico Brunsuic.* L. I. p. 56. b. vtrumque adfirmat. Obiit Theodericus iunior a. 1107. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 281.

(yy) *BOTHO* p. 325. 331. *CHRONICON rhythmicum* c. XXI. p. 36. To. III. Leibn. *CHRONICON vetus Ducum Brunsuicenſium* p. 16. *AVCTOR relationis de S. Autore et translatione reliquiarum eius in regionem Brunsuicenſem* p. 701. *ANONYMVS SAXO* p. 104. To. III. Menck.

(zz) *CONFIRMATIO fundationis eccleſiae Bursfeldenſis* apud *LEVCKFELDIVM* in Antiqq. Bursfeld. c. I. p. 6. *CHRONICON rhythmicum* l. c.

(a) *ANNALISTA SAXO* ad annum 1101: *Heinricus craſſus, potentiſſimus Comes Saxoniae, gratiam Imperatoris adeptus, Marchiam Friſiae ab Imperatore in beneficium accepit; ſicut fertur, etiam per teſtamentum ſcripturae. Qui profectus in Freſiam, poſſidere Comitatus eiusdem prouinciae pertinentes, prius ad Traiectenſem Epiſcopatum a militibus Traiectenſis Epiſcopi et a vulgaribus Freſonibus, quibus dominationis ſuae iugum graue fuit, obſequium eorum ſpectans, inſidiis vallatur; re quoque cognita fugiens ad mare, vulneratur a nautis et ſuffocatur. Vxor autem ipſius GERTRVDIS, ſoror Ecberti Marchionis iunioris, vix euaſit.*

(b) Monumentum Henrici ſepulcrale exhibet *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Bursfeld.* c. I. p. 13. Illud eſt eiusmodi: *Anno MCI. 4. Idus Aprilis ſepultus eſt hic generoſus Comes Henricus, filius Othonis Ducis, fundator huius coenobii.*

(c) *AVCTOR* relationis de S. Autore p. 701. *Gertrudis relicta Comitis Henrici de Nordheim, qui et Pinguis dicebatur, mater nobilis OTTONIS et RIXAE - - et GERTRVDIS Palatinae Comitiſſae - - die noctuque meditabatur conſtruere baſilicam - -*

(d) *CHRONICON rhythmicum* c. XXI. p. 36. To. III. Leibn. *BOTHO* ad a. 1099. p. 331.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tharii Comitis Suplinburgici Ducisque Saxoniae vxorem, et *Gertrudem* Conradi Comitis Palatini ad Rhenum coniugem. Sunt, qui Hermannum Epiſcopum Colonienſem hiſce liberis inſerunt. Eos ſupra ſecutus fui. Sed perperam. Nam Hermannus ille iam anno 1089. dignitate illa Colonienſi ſuprema fungi coepit. (e) Henrico patribus ſuis reddito, Gertrudis ad tertium proceſſit coniugium cum Henrico Marchione Ileburgenſi, (f) ac ex eo peperit Henricum iuniorem, aeque Marchionem, qui, nulla prole relicta, anno (†) 1127 deceſſit. Acceperat Gertrudis a fratre ac patre bona Thuringica, (g) ius quaeſitum in Comitatus Oſtrogowe, Weſtrogowe et Stauern intra Friſiam, quos Caeſar iniuſte Egberto ademta in Epiſcopum Traiectenſem tranſtulerat, (h) ac Comitatum Brunsuicenſem. Ipſa fato conceſſit anno 1117. 9 Decembris. (i) Maritus vero tertius obiit anno 1103. (k) Gertrudis ſepulcrum haud ita pridem oſtendebatur adhuc Brunsuici in templo S. Blaſii. (l)

§. X.

Gertrudis ampliſſima hereditas incidit in poteſtatem Lotharii Saxonis, Richenzae mariti, et per vtriusque filiam, Henrico Magnanimo Duci Bauariae nuptui datam, peruenit ad poſteros huius Henrici. Thidericus enim, Comes iunior, ſi forte ex Gertrude (a) natus fuit, obiit anno 1107. Otto ex Henrico Pingui progenitus mortem patris occupauit. Henricus, Marchio Ileburgenſis, improlis deceſſit circa annum 1127. In hunc Comitatus vterque eſſet translatus, niſi ſtirpis ſuae fuiſſet poſtremus. Superfuerunt tandem Richenza et Gertrudis iunior, quarum illa priuilegio aetatis antecellentis praeſtitit et ea propter hereditatem matris adire valuit. Gertrudis, vtriusque mater, quoad vixit, terras Brunsuicenſes rexit et confoederatis ſuis opem tulit (b) promtiſſimam, mulier bellicoſa et auctoritate valens.

§. XI.

Comites Brunsuicenſes bona tenuerunt quoque ab eccleſia Gandershemenſi, eo indubie conſilio, vt manu armata Abbatiſſae praedia, Brunsuico vicina, tegerent ac defenſarent. In primis Giſhornium et Wolfebuttelam arcem cum adiectis iuribus ac territoriis poſſederunt; arcem quidem dederunt rurſus in feudum Comitibus Wolfebuttelanis, ſuis miniſterialibus. Vt haec extra dubitationem conlocentur, communicabo cum eis, quorum intereſt, litteras Egberti II publicas, ſigillo orbatas:

*ECHBERT, Marchio, Comes de Brunesvic, recognoſco per preſentes. quod ab Adelheyde Abbatiſſa cenobii Gandereshem in pheodo teneam curtem Ghyſhorn et caſtrum Wolferbotle cum omnibus iuribus et appertinenciis, ac advocatiam in Erch et Teneſtede. Promitto igitur et ſpondeo, me Abbatiſſam predictam et eccleſiam Sanctorum Anaſtaſii et Innocentii pro poſſe defenſurum et ab omnibus improborum inuaſionibus vindicaturum. Data in Brunesvic.* IIII *Idus Iunii, anno incarnat. Domini* M LXXIIII.

§. XII.

(e) *CHRONICON magnum Belgicum* p. 143. To. III. Piſtor. edit. Struvii.

(f) - - - - montis Sereni p. 203. ed. Maderi: *Idem Marchio Henricus genuit ex Gertrude, quae erat de Bruneswig, Marchionem iuniorem.* De vtroque Henrico plura habet Chriſtophorus Cellarius iunior in originibus et ſucceſſionibus Comitum Wettinenſium §. 9. p. 15.

(†) *CHRONICON* montis Sereni p. 204. *Henricus iunior, Marchio de Ilenburg, Conradum fratrem praedicti Dedonis, orto inter eos bello, captiuauit, et lecto ferreo in Kirchberg, multisque malis oppreſſit. Poſt mortem autem Henrici captiuitate ſolutus, anno* 1117 *liberalitate Luderi Imperatoris Marchiam Miſnenſem ſuſcepit* - -

(g) *DIPLOMA* Henrici Craſſi Burſfeldenſibus Monachis datum a. 1093. apud *LEVCKFELDIVM* in Antiqq. Burſfeld. p. 6. ſqq.

(h) *DIPLOMA* Henrici IV apud *Wilhelmum Hedam* in Hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectinorum p. 139. 140.

(i) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1117. *Gertrud, Marchioniſſa Saxonica nobiliſſima et potentiſſima obiit. CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 284. *AVCTOR* relationis de S. Autore p. 702. diem mortis, ſcilicet V. *Idus Decembris* addit. Ipſa perperam ab *ANONYMO* Saxone To. III. Menck. p. 103. dicitur ſoror Lotharii. Lege potius *ſocrum.*

(k) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1103. *Henricus, Marchio de Ilburch, filius Dedonis Marchionis, ex Adhela Marchioniſſa, quae vidua exſtabat Ottonis, Marchionis, de Orlamunde, defunctus: vir ſui temporis in Saxonia praeſtantiſſimus. Habuit autem filium de Gertrude, Comitiſſa de Brunesvic, Henricum marchionem iuniorem.*

(l) *REHTMEIER* in Braunſchweigiſcher Hiſtorie P. I. c. 3. p. 33. *BOTHO* p. 336. ad a. 1117. To. III. Leibn. *TABVLA* S. Blaſiana p. 48. To. III. Leibn.

(a) Thidericus iunior vocatur *filius Comitis Theodorici et Comitiſſae Gertrudis*, in Diplomate Rothardi Epiſcopi Moguntini apud *LEVCKFELDIVM* in Antiqq. Katlenburg. p. 22.

(b) *CHRONICON* Pegauienſe p. 255. Wiepertus iunior *deinde obſedit Groyſtam et obtinuit, auxiliante Adelgoto* (Archiepiſcopo Magdeburgenſi) *et Gertrude Marchiſa, quae fuit mater reginae Richinzae vxoris Lotharii.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## §. XII.

Hactenus nondum innotuit gradus cognationis, qua *BRVNO* Epiſcopus Mindenſis Egbertum Marchionem adtigit. Conſanguinitatem exprimit *CHRONICON Mindenſe*, (c) ſignificans, *Brunonem Egberto Marchioni* fuiſſe *conſanguinitate proximum*. Intelligendus eſt Egbertus primus, quia additur appellatio *Marchionis*, et Bruno Epiſcopus anno 1055. 4 Idus Februarii vitam poſuit. Coniecturam duco, Brunonem fuiſſe Ludolfi, ex Giſela Werlenſi nati, filium. Eſt, qui Comitum Brunsuiçenſium genus deducit ex Ecberto monoculo. Hunc reliquiſſe filios, Diplomata nonnulla teſtantur. Optandum foret, vt nomina eorum exſtarent! Brunonis Epiſcopi frater Sigefridus fuit praetor Palatinus, et anno 1038 Winciburgi obiit. (d)

## §. XIII.

Vt *ODAE*, quae Eberto ſecundo nupſit, genus accuratius pateat, addere tabulam e re viſum eſt, in qua conſpicies quoque *Cunegundam*, Cunonis Comitis Northeimenſis ac Beichlingenſis, vxorem.

*

*POPPO*

- *ADALBERTVS*
  - *WILHELMVS* Comes Wimarienſis † 1003. Vx. *Oda*, nupta poſtea Dedoni. (*)
    - *WILHELMVS* Marchio Miſnenſis † 1062. Sponſa Sophia, filia Belae R. Hungar.
    - *OTTO* Orlamundenſis Marchio Miſnens. antagoniſta Brunonis III. ad Neiendorfium. † 1067. Vxor Adela filia Lamberti Comitis Louanienſis.
      - *ODA* Vxor Ecberti II Marchionis, qui erat frater Gertrudis, quae nupſit Henrico Craſſo et peperit ex eo Richenzam, vxorem Lotharii Imperatoris.
      - *Cunigunda*, vxor 1) Regis Ruſſorum 2) Cunonis Com. Beichling. 3) Wicberti ſenioris Com. Groizenſis.
      - *Adelheidis* Vx. 1) Adelberti Com. Ballenſtad. 2) Henrici Com. Pal. ad Rhenum.
        - 1. *OTTO* Com.
        - 1. *SIGEFRIDVS* Com. Pal. captus ab Henrico V. Wirciburgi a. 1108. liberatus a. 1111. Vx. *Gertrudis*, filia Henrici Craſſi Comitis Northeimenſis et Gertrudis Brunsuicenſis. Ipſe † 1113.
    - *POPPO* Comes Wimar.
      - *VDALRICVS* Wimar. Marchio Carentanorum † 1070. Vxor Sophia, filia Belae Regis Hungar. nupta poſt Magno Duci Saxoniae.
        - Vdalricus iunior † 1112. Vxor Adelheidis filia Ludouici Com. in Thuringia. Henricus V Caeſar hereditatem Vlrici adire tentabat.
        - Poppo Marchio Carentanorum.
          - N. Vxor Bertholdi Comitis de Bogen.
          - Berta vxor Friderici ſenioris Aduocati Ratisbon.
            - Fridericus Aduocatus Ratisbon. † 1149. improlis.
    - *Agneſa*, nupta Friderico C. Wettin. (**)
    - *Kribo* Diaconus.
- *POPPO* Comes † 945.
  - *POPPO*, Ottonis M. Imp. Capellanus.

§. XIV.

(c) *LERBECCIVS* in illo Chronico p. 171. To. II. *Leibn.*

(d) *ANNALES HILDESH.* ad a. 1038. p. 729. To. I. *Leibn.* Bruno Epiſcopus obiit anno 1055. Ex momento temporis, et proximo conſanguinitatis gradu cum Egberto I, prolabor in eam ſententiam, Sigfridum et Brunonem Epiſcopum fuiſſe Ludolfi I filios.

(*) Dedo ille fuit Tiderici, Comitis Wettinenſis, filius, *CHRONICA montis Sereni* p. 202, ed. *Maderi*.

(**) *CHRONICON Gozeccenſe* p. 207. ed. Mader.

## §. XIV.

Operae pretium eſt, huc transferre ingenioſiſſimam Viri Cel. *Ioannis Ludouici Leuini GEBHARDI* ſententiam, per quam Comites Brunſuicenſes ex Ludolfo noſtro, Duce orientalis Saxoniae, deriuantur. Dabo eam, pace Viri Optimi, verbis auctoris ipſius, ad me per litteras ita contextis:

*Optandum, vt SCHATENIVS indicaſſet, ex quonam ſcriptore edoctus ſit, Addilam Ludolfi ſororem fuiſſe vel Warini et Cobbonis neptem. Si enim hoc conſtaret, origo Ludolfi eſſet in tuto.* (a) *Filiorum primogenitus proſapiam an continuauerit, an ἄτεκνος obierit, Hiſtorici certant et adhuc ſub iudice lis eſt. Fateor, nullum, quod memini, ſcriptorem mentionem inieciſſe de filiis Brunonis, ſed omnes, vbi de ſatore Brunſuicenſium Comitum ſermo inciderit, originem eius ad homonymum retuliſſe, praeter AVCTOREM CHRONICI RHYTHMICI* Principum Brunſuicenſium c. XIV. v. 90. ſq. et 119. ſq. p. 25. To. III. Leibn. *qui de Ottone* II *defuncto ſic ſubiicit:*

*Des ſollen gi nicht hören node,*
*Dat ek alſus nenne dat geſchlechte,*
*Wille gi et merken rechte,*
*He was Hertoghen BRVNO van den verden kne,* (i. e. glied)
*Ek wene, dat et icht to ferne ſi.*

Et deinde de Ottone III ſepulto ita concluditur:

*Diſſe here BRVNE nicht beſtunt to rechte,*
*Doch was her geboren van ſinen geslechte,*
*He was OEME* (*) *an deme veſſten kny.*
*Noch wonet vns eyn Keyſer bi,*
*De heitet Henrik van Beygerland,*
*Vnde is doch van Bobenberge genant.*

*Hinc intelligimus, Brunonem competitorem fuiſſe regni, defunctis et Ottone II et in primis Ottone III. Additur ratio haec, quod Bruno deſcenderit a communi ſtirpe cum Ottone II et quidem gradu maſculo collaterali quarto, et cum Ottone III in gradu quinto. Nunc progrediemur ad intermedios. Notiſſimus eſt ECBERTVS MONOCVLVS, materterae Ottonis Magni filius,* (b) *quem conlata Hermanno Billungo dignitas poſt Regem ſuprema adeo male habuit, vt nil omitteret, quo Ottoni Magno negotia faceſſeret. Conſtat de hiſce ex Ditmaro, Witekindo, Annalibus Hildeſienſibus et Annaliſta Saxone. Comitatus filiorum ECBERTI* a 992. *defuncti ab Ottone III in diplomate locatur in pago Haſtfala ſiue Ambergau dioeceſis Hildeſienſis, et complexus eſt caſtellum DALEHEM. Caſtrum iſtud vel fuit celeberrimum Ducum Brunſuicenſium palatium Salzthalumenſe, vel pagus vno milliari* ab eo diſtans *Dahlem, Vogtsdalem, ideoque ad Comitatum Meluerodenſem pertinuit, cui locum et campos, in quibus vrbs Brunſuicum exſtat, etiam ſubfuiſſe, extra omnem dubitationem poſitum.* Ignoſcat auctor, quod de ſitu caſtri Dalehem aliter ſentiam. Nam *AMBERGAV* ſeu *AMBERGAVI* tractus eſt ille, in quo ſita ſunt Seſen, Bornem, Rüden &c. Id conſtat ex diplomatibus Ottonum et Comitum Woldenbergenſium. *HASSELA* (**) legitur apud Schatenium, fortaſſis pro Hasfela vel Hasfala. Ex Diplomatibus patet, Epiſcopatum Hildesheimenſem conſtitutum eſſe in *Oſtfalia*, quae ſic dicta fuit ab eis Saxonibus, qui ad eurum (*oſt*) vagabantur (*wallen,*) et ad diſcrimen Saxonum, qui ad occidentem (weſt) vagabantur (walleten,) Nomen ſupereſt in *Aſtfelle*, loco, quem quondam Comites Woldenbergici ab Imperatoribus tenebant. Vide diploma Wenceslai ſupra p. 429. ex quo innoteſcit vetus *dominium Aſtfelle.* Ecbertum et Wichmannos in Ambergau tenuiſſe bona, et ex eis nonnulla Epiſcopis Hildeſienſibus donaſſe, patet ex noſtris et Hildeſienſibus diplomatis. Per Dalehem igitur ſeu Daleheim intelligo *Königsdalem* ſeu *Dalem* prope Bokenum. Hiſce intextis redeo ad verba Amici, qui ſic pergit: *In ipſo Comitatu dominati ſunt Bruno II et Ludolfus et Ecberti. Hinc facile diiudicabis, iure hereditatis deuolutas fuiſſe ad Brunonidas poſſeſſiones Ecberti monoculi, excluſa propagine Henriciana. Quid impedit, quo minus hinc*

(a) Eam in tuto locatam puto ſupra p. 21. ſq.
(*) Ottoni III. Cæſari.
(b) Videatur G. G. *LEIBNITIVS* in Introduct. ad Collect. Scriptor. Hiſtor. Brunsuic. inſeruientium To. I. N. XXIX. et *DITMARVS reſtitutus* p. 333.
(**) Comitatus *Aſſela* ſeu *Aslo* fuit haud procul Woldenberga. *Otto Comes de Aſſela* ad a. 1270 eſt obuius. Vide ſupra Comites de *Aslo* ſeu *Aſſela*.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*hinc Brunonem primum ſtatuamus Ecberti monoculi maiorem natu fratrem, quum vterque nepos* (i. e. conſanguineus) *Imperatorum audiat, et Ecbertus, ſumma iniuria Ducatum Saxonicum ſibi eſſe ereptum, conqueſtus ſit; Brunonis vero filius ſecundus, Ottone III mortuo, vt qui ex maiori deſcenderet linea, imperium principi iunioris lineae ereptum iuerit. Relinquamus caetera, et inquiramus prius in maiores Brunonis et Ecberti, quem fraterno inuicem vinculo exiſtimamus fuiſſe iunctum. Ecbertus fuit natus matertera Ottonis Magni. Mater Ottonis Magni MECHTILDIS fuit ſoror Friderunae et Biae. Ecbertus et Wichmannus iunior, ex Frideruna ſuſceptus, dicuntur fratres, quod interpreteris vterinos. Hinc Ecbertus erit filius Friderunae Wittekindigenae. Pater deficit. Conſtituit Eccardus Brunonem quemdam. Sed Brunonem noſtrum primum ipſi auum dedit. Adeſt in Witechindo, Monacho Corbeienſi, EKKEHARDVS, FILIVS LVDOLFI, tempore Henrici Aucupis viuens, quem fortunam Herimanni aegre paſſum, idem refert Wittekindus.* (c) *Quo iure, facile iudicabis. nempe quia ipſe, a Brunone Ludolfi Ducis filio ortus, ſibi potius competere Ducatum credidit, quam alienigenae.* (d) *Nobis ſufficit, ſemper fuiſſe, qui, iure natiuitatis primae, Ducati Saxoniae inhiauerint, quem, defuncto ad Ebſtorfium a.* 880. *Brunone, ex indulgentia Ludouici Regis Ottoni Illuſtri conceſſum dolebant. Quod Eckehardus nequiuit, id iuris Ecbertus monoculus proſequi nitebatur. Hinc procul dubio Ecbertus patrem agnoſcat oportet Eckehardum, maritum priorem Friderunae, ſecundis votis matrimonium cum Wigmanno ſeniore ingreſſae. Supereſt Ludolfus, quem antehac, opinionem Gundlingii ſecutus, eumdem putaui cum filio Ottonis Illuſtris, ante patris deceſſum mortuo. Sed obeſt auctoritas Chronici Rhythmici tenuiorque Ludolfi decedentis aetas. Omnia ſequenti ſchemate connectam:*

Ludolfus, Dux Saxoniae orientalis

| Gradus | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I. | *BRVNO* occiſus a. 880. | | | | 4. | *Otto illuſtris.* | |
| II. | *Ludolfus.* | | | | 3. | *Henricus Auceps.* Vx. Mechtildis, ſoror Friderunae. | |
| III. | *Eckehardus*, Comes in Melverode, maritus Friderunae. | | | | 2. | *Otto* I Magnus. | *Henricus.* |
| IV. | *BRVNO* I redux ex Bauaria Comes in Melverode † 972. | | | *ECBERT9* monoculus † 992. | 1. | *Otto* II. | Henricus. |
| V. | *BRVNO* II Comes Melverodenſis, Dominus Brunsuici, inhiat regno a. 1002. | *EMNILDIS*, filia Brunonis † 991. *Chron. Quedl.* ad e. a. p. 281. | *MECHTILDIS*, auia Ditmari, ſoror Emnildis. *Ditmarus* L. IV. p. 351. | *Filii Ecberti*, quorum hereditatem adiit Bruno, niſi addere velis *Ecbertum*, quem Eccardus vocat *tertium*, in *Saxonicis* p. 278. | | Otto III. | Henricus II Imp. |

*Ceterum iniurii in Brunonem I ſunt, qui ipſum pro ſpurio habent, ex Henrico Duce Bauariae et concubina Hildesvinde nato. Perfrictae enim frontis fuerit neceſſe eſt Bruno II, qui regnum ſibi deberi contenderit prae Henrico nato legitime et maximae auctoritatis Duce, niſi iure auito eoque radicato tueri ſe potuiſſet. Vt tandem reliqua abſoluam, nullo negotio pollicem Eccardo premere lubet, qui Ecberto monoculo tribuit filios Ludolfum et Brunonem Epiſcopos, Emnildem et Mechtildem filias. Ludolfum illum et Brunonem, licet gente noſtra certiſſime ſint ſati, quo collocem, neſcio. Nouus accedit Brunoni I filius, ſi verba Ditmari* p. 365. *de patrui ſui auunculo Ricperto Comite ſtrictim interpretanda duxeris. Mihi obſtat Henricus nepos Ricperti, qui ex Stadenſi, non Walbeccenſi, gente fuiſſe videtur.*" Multa horum ſunt ſane certa, plura ſunt probabilia. Momentum trahunt petitiones regni et locus vterque Chronici rhythmici. Certiora ſuppeditare potuerunt diplomata eccleſiae maioris Hildeshemenſis, et ſiqua ſunt alia.

CAP. VIII.

(c) *Annal.* L. II. p. 643. ſq. To. I. Meibom. *LVTOLF Comes* ſubſcripſit teſtis donationi Ludouici IV Infantis a. 905. Apud *SCHANNATVM* in *Trad. Fuld.* 545. p. 222.
(d) *GVNDLINGIANA* P. XXXIV. p. 363.

# CAPVT VIII.
# COMITES DE BODENBVRG, ET DE MONTE LAPIDEO.

De hiſce Comitibus plerumque altum penes ſcriptores eſt ſilentium. *Bertholdus Conradus Behrens* nonnullos Comites recenſet in tabula prima, quae generoſiſſimos *Dominos* de *STEINBERG* repraeſentat, quippe qui ex inclinante inde ſaeculo XIII *Bodenburgum* tenuerunt, caſtrum cum vico, inter Hildeſiam et Gandersheimenſes ſitum. Nomen indubie eſt ex *Bodone*, Comite pagorum Gandeſemigawi, Grenigawi, Friethenigawi, Flenithigawi, Auganagawi, Venzigawi, Eriggawi, Spilberigawi et Ommergawi, qui paullo ante annum 1021 obiit, vti patet ex Diplomate Henrici II, quod ſupra adtuli p. 658. ſq. Ex eadem origine videntur adpellationes Bodenſteinio et Bodenwerderae obtigiſſe. Bodenburgum fuit proinde ſedes Comitis Imperatorii Palatini et ad ſaeculum vsque XIII ſoli tantum Imperio Germanico fuit obnoxium. Sigillum Comitum nondum innotuit. Ipſi ex communi ſtirpe cum Comitibus, de *Haldensleve* dictis, ſunt deriuandi, quantum ad Meinfridi poſteros adtinet. Is enim fuit *Ruperti* Comitis Haldenslebienſis frater. Vtriusque fit mentio ad annum 1130, quo comitiis Brunsuicenſibus a Lothario Saxone conuocatis interfuerunt. Id pateſcit ex Ven. *REHTMEIERI Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. II. c. 18. p. 292. *Meinfridus*, Comes de Bodenburg, iurisdictionem de Comecia ſua Bernhardo Epiſcopo Hildesheimenſi reſignauit. Quod patet ex Bernhardi diplomate ad annum 1142. Eo ipſo fere tempore Meinfridus ex vita exceſſit. *Henricus* autem, Meinfridi filius, conqueſtus eſt, ſe inſciente et inuito reſignationem illam contigiſſe. Tandem conſenſit. Fit eius mentio a. 1143. 1146. 1150. *Giſo*, Comes de Bodenburg, commemoratur a. 1143. *Henricus* Comes de Bodenburg, qui dicitur de *Monte lapideo*, obiit a. 1240 et in coenobio Derenburgenſi eſt humatus. *Giſo Comes* inter teſtes ſubſcripſit a. 1240 cum patrueli *Henrico de monte lapideo*. Poſthaec adpellatio Comitum ceſſauit. *BEHRENS* in *genealogiſcher Vorſtellung derer von Steinberg* c. III. p. 4. 5. Ex eadem progenie effloruerunt generoſiſſimi Domini de Steinberg, qui ſemper beneficia ab eccleſia Gandershemenſi tenuere. Qui, Steinbergiorum illuſtrium genus celeberrimum ex Comitibus Pirmontanis deducendum eſſe, contendunt, nituntur adluſione, inter voces *Steinberge*, *mons lapideus*, et *Pierre Mont*. Fateor, ſummo Conringio hanc adriſiſſe ſententiam. At dudum conſtat, ante medium ſaeculum XII de Comitibus Pirmontanis nullam iniici mentionem in Diplomatibus, ac vero fieri ſimile, *Pirmontem*, *Peremont*, *Perremont* dici ex oſtio Ambrae quaſi *Ambermonde*. Nam in locis proximis amnis, e montibus hinc inde conuolutus, ſeſe in *Ambram* ſeu *Emmeram* effunditur. Alii contra exiſtimant, caſtrum *Perremont* ab Epiſcopo Paderbornenſi exſtructum et denominatum fuiſſe in honorem Petri *montem Petri*. Res vero cum Comitibus Bodenburgicis, quantum ad eorum originem adtinet, ſic habet. *Mons lapideus* et Hercinicus, qui Goslariae imminet, dictus iam olim fuit a circumvicinis *Steinberg*. Henricus IV Imperator a. 1076 Ottoni, Comiti Northemenſi, dedit mandatum, vt reaedificaret *caſtellum in Hartesburg et illud in monte*, *qui dicebatur Lapideus et proximus Goslariae imminebat*, teſte Lamberto ad eum annum. Nihiloſecius ſaeculo XII caſtrum in monte lapideo inſtauratum. Incidit mons, caſtello ſaeculo XIII euerſo, in manus Comitum Wernigerodenſium. Henricus ex iis natus *montem lapideum* reipublicae Goslarienſi vendidit in perpetuum. Venditionem confirmauit *Rupertus Palatinus*, Rex Romanorum, a. 1410. Reſtat igitur, vt Comitum Haldesleuienſium fuerint tres ad minimum rami. Ex vno ortus eſt auus Lotharii Saxonis paternus. Vnde factum, vt *Bernhardo*, nulla relicta prole maſcula, defuncto in Comitatu Suplinburgico et parte Comitatus Haldeslebienſis ſuccederet Lotharius. Ex alio ramo fuerunt Comites Haldesleuienſes, quorum adhuc annis 1164. 1169 et ſequentibus fit mentio. Ex ramo tertio exorti fuerunt ei, qui, Lothario Imperatore florente, Bodenburgum et *montem lapideum* tenuerunt, ac ſeſe Comites *Bodenburgi* et *Montis lapidei* adpellarunt. Liceat mentem meam ſic exprimere:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

- N.
  - N.
    - *Bernhardus.*
      - *Bernhardus*
    - N. N. Comes, vxor *Ida.*
      - *Gerhardus* † 1085.
        - *LOTHARIVS* Saxo Imperator.
  - N.
    - N.
      - N.
        - N.
          - *Thidericus* 1164. 1169. 1181.
          - *Henricus*
            - *Robardus.*
            - *Suichardus.*
  - N.
    - N
      - N.
        - *Rupertus* C. de Haldenslebe 1130.
        - *Meinfridus* C. de Bodenburg 1130. † 1140.
          - *Henricus* C. de Monte lapideo. Hinc *Steinbergii.*

# Capvt IX.

## COMITES NOBILESque DOMINI DE BVRCHTORP.

Comites, de *Burchtorp* dicti, incoluerunt olim *Burchtorpium* ad Cellam. Referunt, Egbertum Comitem Brunsuicenſem, vltimo Comite Burchtorpienſi defuncto, Comitatum obtinuiſſe. *PAVLLINI hiſtoria collegii Visbeccenſis* §. 106. p. 113. Remanſerunt nobiles Domini de Burchtorp prope Goslariam, miniſteriales primo Caeſarum, Aduocati coenobii Petrini et S. Georgii Goslariae, Sexviri et curatores Rammelsbergicarum metalli fodinarum a. 1258. 1300. heredes ſiluae adiectae cum nobilibus de Gowiſche et de Goslaria, et inde dicti *Erſexen*, qui egregia bona per Saxoniam, Epiſcopatum Hildeſienſem, et in primis loca Goslariae vicina obtinuerunt, vti patet ex diplomatibus ad annos 1265. 1269. 1301. 1321. 1326. 1343. 1391. *Arnoldi OTTO* IV Caeſar a. 1218 nominatim in teſtamento (a) ſuo meminit. En tabulam, perſonas, quae connecti potuerunt, complectentem:

Arnoldus 1142. 1144.
Arnoldus 1187.
Arnoldus 1197. 1218.
Alardus 1218.
*
- Henricus
  - Henricus 1244. 1253. 1265. 1296.
    - Wolterus 1270.
    - Berend 1270.
  - Aluericus 1296.
  - Adelhardus 1254. 1300.
    - Ludovicus 1306
      - Ludouicus Canon. SS. Simonis et Iudae.
      - Willekinus 1326.
      - Ludolfus 1342.
        - Rudolfus 1343.
        - Henricus 1342.
    - Ludolfus 1306. 1310
      - Iohannes 1326. 1355.
      - Albericus. 1337. 1347.
      - Alardus 1337. 1347. 1390.
        - Iutte, vxor N. N. de Weſerlingen 1390.
        - Alardus 1391.

*Arnoldus* a. 1142 fuit Aduocatus vna cum Ludolfo Comite Woltingerodenſi ſuper coenobium S. Georgii ad Goslariam. *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 126. nec non ſuper praedio Betwerdingeroda, nunc Grauhoff. *IDEM* l. c. p. 503. ac bonis nonnullis Capituli S. Petri p. 331. Anno 1144. recenſetur inter teſtes, qui ſubnotati ſunt Diplomati Regis Conradi III. *LEVCKFELDII Antiqq. Gand.* p. 300. Fuit quoque ſubaduocatus Capituli SS. Simonis et Iudae. *HEINECCIVS* l. c. L. II. p. 126. ad a. 1129.

*Adelhardus* recenſetur inter miniſteriales Henrici Leonis a. 1154. apud Iohannem Fridericum *PFEFFINGERVM* P. II. *Hiſt. des Braunſchweig. Luneb. Hauſes* p. 157.

*Alardus* a. 1218. *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* p. 459.

*Henricus* miles grauis exſtitit S. Georgii coenobio. Quare auctoritate regia conſules Goslarienſes eum, in *Diekhof* morantem, compeſcuerunt a. 1252. *HEINECCIVS* p. 773.

*Alardus* in Diplomate Hermanni Comitis Hartesburgici a. 1258 vocatur *SexVir Montis Curator.*

*Henri-*

(a) *MEIBOMIVS* To. III. p. 149.

*Henricus* miles a. 1265 vendidit Hoſpitali Goslarienſi decimam in Vlotede ex teſtamento Conradi Canonici SS. Simonis et Iudae.

*Henricus* et *Alvericus* a. 1269 tenebant a Comite Woldenbergenſi decimam in Borchtorp, eamque reſignabant Comiti, vt coenobio noui Operis donaretur.

*Bernhardus* et *Wolterus* a. 1270 in Diplomate Henrici Ducis Brunsuicenſis inter Vaſallos recenſentur.

*Henricus* a. 1284 poſſedit ex iuribus aduocatiae Goslarienſis 10 marcas argenti feudi fiſcalis et ſeparatim 23 talenta denariorum.

*Alardus* a. 1300 primus fuit in ordine montis Caratorum Sexvirorum, et anno 1301 confirmat Henrici patris ceſſionem, qui tres manſos in Dornthe confirmauerat dederatque Nouo Operi.

*Ludolfus* famulus a. 1306 vendidit Nouo Operi curiam ſuam Bargdorf cum tribus manſis. reſignauit ſimul eam Imperio et Regi Alberto.

*Ludouicus* a. 1309 fuit Canonicus SS. Simonis et Iudae. *HEINECCIVS* p. 512.

*Henricus* miles et *Alardus* famulus aduocati erant a. 1321 ſeptem manſorum Capituli S. Petri in Südborg, Handorf et Gittelde, reuocarunt oppignorationem eorum et eos dimiſerunt Capitulo Petrino. *HEINECCIVS* p. 331.

*Burchtorfii* a. 1326 tranſigunt cum San Georgianis. *HEINECCIVS* p. 337. 340. et quidem de Betwerdingeroda.

*Albertus de Borchdorff* exſtitit a. 1326. Abbas Ilſenburgenſis, et obiit a. 1329. 2 Kal. Apr.

*Alardus*, *Henricus*, *Ludolfus* a. 1342. occurrunt.

A. 1343 *fratres quinque* renuntiant iuri quaeſito aduocatiae in molendinum minus ad portam latam, quod Conſules emerant a coenobio S. Georgii.

*Hans de Borchtorp* a. 1355 renuntiat feudis Gandershemenſibus.

*Alardus ſenior* a. 1391. tradit Hoſpitali maiori Goslarienſi 5 manſos in campis Burchtorf ſuper Werne et prato ad fontem abyſſi.

*Ioachimus* a. 1465. 1466. Huius poſteri bellis variis ſeſe exercuerunt, et, ad incitas fere turbis temporum redacti, refloruerunt in Iona Burchtorpio. Imperator Carolus VI in ANTONIO VLRICO de BURCHTORP auitam renouauit et confirmauit nobilitatem, viro, qui in ſola virtute ac pietate incorruptam ponit generoſitatem.

## CAPVT X.

# COMITES CATLENBVRGENSES.

Synopſis. §. 1. *Locus, vnde dicuntur: Scriptores: Feuda.*
§. 2. *Comites ante Didericum ſeniorem.*
§. 3. *Didericus ſenior, et vxor Gertrudis Brunsuicenſis.*
§. 4. *Didericus iunior et vxor Adela.*
§. 5. *Fundatio collegii ſacri Katlenburgenſis.*

## STEMMA GENEALOGICUM.

*THIDERICVS*, occidit a. 1002. Eckhardum I Marchionem vna cum filiis Sigfridi Com. Northem. in Poelde.

**: Henricus, 1002. Vdo 1002.

***: *Widekindus* — *Manfridus*

*Widekindus*: *Hilmar.* *Cuno.* *Iohannes.*

*Manfridus*: *Albertus* canus.

*Albertus* canus: *Albertus iunior.* Vx. Geſa de Schwalenberg.

*Albertus iunior*: *OTHILHILDIS*, vxor Conradi, Thiderici Comitis filii. — *THIDERICVS* ſenior. Vxor Gertrudis, filia Ecberti I Comitis Brunsuicenſis. Ipſe † 1085. 20 Ian. Ipſa † 1117.

*: *THIDERICVS*, cognatus Thiderici ſenioris † 1085. 20 Ian.

*THIDERICVS* ſenior: *THIDERICVS* iunior. † 1103. Vxor *Adela*, filia Cunonis, C. de Beichlingen. — *Mathilda* ſanctimonialis S. Mariae Gandersh.

§. I.

§. I.

De hiſce Comitibus Catlenburgicis ex profeſſo egit *Ioannes Georgius LEVCKFELDIVS.* (a) Sed quum nonnullos admiſerit naevos et Comites ipſi olim tenuerint nonnulla in Comitatu Lisgowe et dimidium decimae Hammeſtedenſis ex beneficio eccleſiae Ganderſemenſis, inſtituto praeſentis operae adducor, ne eos omittam. Vtinam exſtaret genealogia horum Comitum, quondam a *Roſina Yſolana* conſcripta! (b) *IOANNES LEZNERVS* (c) quoque nonnulla conlegit huc referenda. Sed, quod dolemus, auctores et teſtes tacuit, vnde ſua hauſerit. Comitibus cognomen adhaeſit ex caſtro *Katelenburg*, cuius rudera paene exeſa in edito colle peramoeno inter Northemium et Oſterodam lares priſcos indicant. Ad radices collis reſtant pagus et praefectura, vetus nomen retinentes, quos Ruma amnis mox Leinae infra Northemium ſeſe commiſſurus praefluit. Origo denominationis eſt incerta. Scriptura variat. Legitur enim *Kacelingheborch*, *Katalanburg*, *Katelingheborch*, *Katelenborg*, *Catelburg*, *Katelenburg*. Videtur conſtructa arx a *Gotelone* quodam, cuius memoria infido maiorum ſilentio premitur. *LEZNERVS* refert, Comites in inſignibus vſos eſſe aquila nigra in area rubra. Quo auctore haec tradiderit, ignoratur. Quare noſtrum eſt, incertam hanc famam in medio relinquere.

§. II.

Edidit *MADERVS* Chronicon Brunſuicenſe, in quo haec leguntur: (d) *Sifridus et Benno, filii Comitis Sifridi de Burnenborch*, (lege: Bumenborg) *cum Comite Thiderico de Kacelingheborg, ipſum Ekkehardum in Polide occiderunt.* Facta eſt haec caedes anno 1002. (e) *DITMARVS*, Epiſcopus Merſeburgenſis, vocat percuſſores *Sigefridum* et *Bennonem*, Sigfridi Comitis Northeimenſis filios, eorumque *confratres Henricum et Vdonem.* (f) Obſcurum eſt, vnde auctor incertus Chronici Brunſuicenſis illa decerpſerit. Nolim tamen eum omni fide exuere, praecipue quum plures caedem adprobaſſe et admittere potuerunt. Quae ſequuntur ad Thidericum ſeniorem in tabula genealogica, ex Leznero deſumta ſunt.

§. III.

Thidericus ſenior nomen immortale conſecutus eſt ex bello Saxonico, quod Epiſcopi et proceres Saxoniae aduerſus Henricum IV Imperatorem geſſerunt. Anno 1075 permiſit ſeſe cum ceteris in Thuringia inter Kreuſſen et Kindelbrücken verſipelli Auguſto. Sed in fidem non receptus et exſilio multatus fuit. Libertati et terris mox redditus, grauiſſima oratione (g) denuo proceres Saxoniae in Imperatorem accendit et ad nouum bellum excitauit. Anno 1085. Kal. Februarii in conuentu Gerſtungenſi interemtus eſt. *WALTRAMVS* Numburgenſis: (h) *Fit conuentus in loco, qui dicitur Gerſtungun*, XIII *Kal. Febr. anno ſcilicet* MLXXXV - - *vnde facta diſſenſione inter ipſos etiam aduerſae partis principes, occiſus eſt ibi Thiederichus, Comes, habens in coniugio ſororem Ekberthi Marchionis.* Additur, Thiderichum eius cognatum ſuccurrentem itidem violenta nece concidiſſe et occubuiſſe. De coniugio ne dubites, ſuppetias it *ANNALISTA SAXO*, qui ad annum 1056 haec habet: *Idem Theodericus accepit vxorem Gertrudem, filiam Eckberthi, Marchionis ſenioris, matrem Richenzae Imperatricis, ex qua genuit item Theodericum, qui ſine liberis obiit.* Adde, quod in Ruothardi confirmatione eccleſiae Katlenburgenſis (i) *Comes Theodoricus* iunior *adpelletur, filius Comitis Theodorici et Comitiſſae Gertrudis.* Errat in anno nuptiali *BVNTINGIVS*, quem determinat 1103. (k) Errorem hunc ſecuti ſunt permulti alii. Ex hac ratione omnino coniugium ipſum ſtare non poſſet, ni annus reponeretur alius et vetuſtior. *BOTHO* (l) tradit perperam, defuncto

(a) In Antiquitatibus Katlenburgenſibus 1713. 4.
(b) *Iacobus Fridericus REIMMANNVS* in hiſtoria litterar. geneal. Sect. II. p. 131.
(c) In Daſſelſcher Chronicke p. 103. ſqq.
(d) P. 5. Antiqq. Brunsuic. Helmſtadi 4. 1661.
(e) *LEVCKFELDIVS* in Antiqq. Poldens. c. XVI. §. 3. p. 82.
(f) Annal. L. V. p. 366. To. I. Leibn. *ANNALISTA SAXO* ad a. 1057. p. 490. To. II. *Eccardi, vocat Henricum et Vdonem fratres de Catelenburch.* Probabile igitur eſt, hoſce fratres fuiſſe Theodorici filios.
(g) *CHRONICON* Magdeburgenſe p. 308. To. II. Meibom.
(h) in Apologia pro Imperatore Henrico IV. Lib. II. c. 19.
(i) In *LEVCKFELDII* Antiqq. Katlenburg. c. III. p. 22.
(k) In Chronico Brunsuic. L. I. p. 56. b.
(l) In Chronico picturato p. 331. 332. To. III. Leibn. Idem error eſt obuius penes *ANONYMVM Saxonem* in Hiſtoria Imperatorum p. 104. To. III. Menck.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

functo Henrico Craſſo Comite Northeimenſi, Gertrudem anno 1103 Thiderico Comiti Catelnburgico nupſiſſe et ex eo peperiſſe Thidericum iuniorem. Verum ſimulac coniugium cum Thiderico ſeniori initum praeponis illi, quod Henrico Pingui tribuitur, cetera luce ſua radiant. Haec olim mihi etiam multum negotii faceſſiuerunt, antequam Annaliſtam Saxonem et Waltramum conſuluiſſem. Eodem morbo laborat, quo ego correptus fui, *LEVCKFELDIVS*, (m) licet diploma Ruothardi Archiepiſcopi Moguntini edidiſſet, quod, Thidericum iuniorem ex Thiderico ſeniori et Gertrude Comite procreatum eſſe, refert. Delabitur enim eo, vt cum *REVSNERO*, (n) quem exſcripſit *HVBNERVS*, malit, Gertrudem contraxiſſe ſecundas, defuncto Henrico Northeimenſi Comite, cum Diderico Burggrauio Noribergenſi, quae tamen ipſae euertuntur coniugio, quod Gertrudis cum Marchione Eulenburgenſi pepigit. Sic, vno admiſſo errore, plures propullulant. Fuit quoque Theoderico ſeniori ſoror *Othilhildis*. De ea vetus auctor haec tradit: (o) *Quintus* Tiderici Comitis Wettinenſis *filius Conradus duxit ſororem Tiderici ſenioris de Kathelenburg, quae Othilhildis dicebatur, peperitque ei filiam Berthradam.*

## §. IV.

Thidericus iunior, litteris aliquantum inſtructus, Henrico V Imperatori gratus et virtute quauis eximius fuit. Anno 1102 Henricus Comes Henrico IV rebellauit, quem vt ad frugem bonam fidemque Caeſaris reduceret, Theodoricus Comes fregit expugnato caſtello Lintburgi. (p) Suſpicor, Henricum illum fuiſſe Comitem Northeimenſem. Quum Henricus IV de gradu regni ac imperii deiiceretur, continuo Thidericus partes Henrici V adripuit, et Coloniam, in quam Rex depoſitus confugerat, cum ſociis expugnare eſt molitus. Vt iter eſſet ſecundum, monaſterio S. Iohannis Apoſtoli locum Waltbrechteshuſen duosque miniſteriales donauit. Confirmauit donationem Edelerus, Praepoſitus Northeimenſis. Sed quum Colonienſi adſideret obſidioni, *ibi infirmitate* corporis *preſſus communi fine migrauit, vir vtique nobiliſſima Saxonum ſtirpe progenitus, et tam omnigenae religioni, quam catholicae defenſioni non mediocriter deditus, literis etiam aliquantum inſtructus.* (q) Obitum anno 1107 contigiſſe, conſtat. (r) Vxorem ei fuiſſe Adelam, nemo non intelligit ex litteris bullatis, quibus Rothardus Archiepiſcopus Moguntinus anno 1105, fundatum a Theodorico in Katelenburg, coenobium confirmauit. (s) Numquid vero haec Adela exſtiterit Cunonis, Comitis Beichlingenſis, filia, vti perhibet *LEVCKFELDIVS*, (t) id hucvsque ex ſcriptis veterum oſtendere (u) vix potui. Defecit in Theodorico iuniori ſtirps Comitum Catelnburgenſium, quam ſi quis ex Witikindo, Theoderici filio, Mathildis et Immedi fratre, deriuandam eſſe exiſtimauerit, me non habebit repugnantem, dummodo intra coniecturae cancellos ſubſiſtat, antequam certioribus adiuuamur documentis.

## §. V.

Quum liberis careret Thidericus, monumentum aere perennius et aeternitati aequandum exegit, exſtructo in honorem ſancti Apoſtoli ac Euangeliſtae Iohannis (a) coenobio.

(m) In Antiqq. Catelnburg. c. I. §. 10. p. 8. ſq.
(n) In Opere Genealog. p. 267.
(o) *CHRONICON* Montis ſereni p. 203.
(p) *CHRONOGRAPHVS* Saxo ad a. 1102. p. 279.
(q) Verba *CONRADI* Vrſpergenſis p. 262.
(r) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 281. *CHRONICON* Stederburg. p. 452. To. II. Meibom. et p. 853. To. I. Leibn.
(s) Eas habes apud *REIMANNVM* in Hiſtor. Lit. geneal. Sect. II. p. 71. ſqq. *LEVCKFELDIVM* in Antiqq. Walckenred. P. I. p. 251. et Antiqq. Katelnburg. c. III. §. 3. p. 22. ſqq.
(t) In Antiqq. Catelnburg. c. I. §. 11. p. 9.
(u) Commodum ſuccurrit *ANNALISTA SAXO* ad a. 1103. p. 589. *Cono, filius Ottonis, Ducis quondam Bauariae, frater Henrici Craſſi - - interimitur. Habuit uxorem nomine Cunigundam, filiam Ottonis, Marchionis de Orlagemunde - - Genuit poſthaec* Cunigunda *ex Conone Comite quatuor filias: - - tertiam, quae Adela dicebatur*, accepit *Thidericus, Comes de Katelenburch: ſed illo defuncto Hilpericus de Plozeke duxit eam, peperitque illi Conradum et Bernhardum.* *IDEM* p. 481. *Hilpericus, filiam* accepit *Theodorici, Comitis de Katalenburch, nomine Adelam, quae ei genuit duos filios, Bernhardum Comitem et Bernhardum Marchionem.* Idem patet ex diplomate Ruothardi, Archiepiſcopi Moguntini, a. 1105. 3 Id. Nouembr. coenobio Catlenburgenſi datum.
(a) Tribuitur ei etiam origo et exaedificatio eccleſiae S. Alexandri, quae exſtat Embecae. *COMPILATIO CHRO-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nobio. Sedem aedi ſacrae delegit in caſtro ſuo. Origo inſtituti in annum 1103 vel 1104 cadit. Coenobium confirmauit Ruothardus, Archiepiſcopus Moguntinus, et altare initiauit anno 1105. Totam votiuam aedem dedicauit Archiepiſcopus Adelbertus I anno 1112. Inter haec in patrimonium eccleſiae Hermannus quidam Marchio, cuius frater adpellatur *Comes Henricus de Aſſeburg*, ius quaeſitum ac vim intenderat. Cuius quum poſtulatis ſatisfeciſſet Adelbertus II, primi ſucceſſor, anno 1139 bona ac iura eccleſiae Catelnburgenſis denuo communiuit. In ea vitam tolerabant ſex Canonici, quorum primus erat *Praepoſitus*, et virgines fere totidem, quibus Prioriſſa praeſidebat. Poterant ita mares imbelli ſexui ſolatia et opem ferre. Fraternitas in hoc loco olim egregie effloruit, in cuius ſocietatem non ſolum Principes Comitesque, ſed Archiepiſcopus Moguntinus quoque, Epiſcopus Paderbornenſis, coenobia Walckenredenſe, Embecenſe et Northemenſe, ac in primis *MARGARETA Pleſſiaca*, Abbatiſſa Gandershemenſis, anno 1274 donatis coenobio duobus mancipiis Wolbrechteshuſanis, adſumti ſunt. Aduocatos armatos coenobium fuit expertum *Dominos nobiles Pleſſiacos*, qui anno 1263 et 1265 id ipſum patrocinii ius tradiderunt Ducibus Brunsuicenſibus Alberto ac Iohanni. Albertus idem anno 1266 coenobitis indulſit priuilegium deligendi e clientibus ſuis fiduciariis patronum armatum, quem potiſſimum eis muniis dignum eſſe ſtatuerent. Templa in Gillersheim, Withelemſtad, Leſeberg, S. Mariae prope Oſterodam, Barke, Wachenhauſen olim a coenobitis acceperunt eccleſiae miniſtros. Anno 1269 *Henricus* de *Homburg* decimam Brunteshuſanam, quam *Wernerus de Letgaſt* ab eo lege feudi tenuerat, coenobio Catelnburgenſi donauit. Anno 1283 *Waltherus, Hermannusque de Gandersheim*, ac huius filii *Hermannus et Conradus* decimam Wolbrechtehuſanam, ſubſcribente Abbate Cluſinenſi, eidem coenobio Gandeſiae donarunt. Anno 1297 *Iohannes* eques *de Dalem*, ac filius vterque *Engelbertus et Rudolfus*, nec non *Lippoldus de Hedegershuſen* decimam Dorſtadienſem eidem vendiderunt. Anno 1303 *Otto, Comes Lutterbergenſis*, eidem tres manſos in Wanemanghere dono dedit. Anno 1309 fratres de *Piſcina*, *Philippus* et *Didericus* tres manſos, in Dorſtad ſitos, ei ceſſerunt. Adſtiterunt teſtes *Conradus Comes de Woldenberg*, *Bertholdus* et *Engelhardus de Soſa*, *Hermannus* de *Medem*, *Lippoldus* de *Dalem* eques, *Engelbertus* de *Dalem*, *Heidenricus* de *Medem*. Qui ipſi eodem anno decimam Dorſtadienſem coenobio dederunt, adſtantibus teſtibus *Bertholdo* de *Oltwerdeshuſen*, *Lippoldo* de *Dalem*, equite, *Erneſto de Stocheim*, *Henrico* de *Medem*, *Lippoldo* de *Eluerdeshuſen*, Giſelero Praepoſito in Wibernshuſen. Praepoſitorum nomina memoratu ſunt prorſus indigna, exceptis *Hermanno*, qui Abbas ſimul fuit Northeimenſis anno 1203 et *Bernhardo Wolfio*, cuius aetate *PHILIPPVS* Dux Brunsuicenſis profeſſionem religionis Euangelicae publicam introduxit. *PHILIPPVS iunior*, Dux, qui Claram Abbatiſſam Gandershemenſem duxit vxorem, anno 1558 Catelnburgi ſedem domicilii delegit et coenobium mutauit in praefecturam. Poſtrema Prioriſſa fuit Eliſabetha de Minnigerode, Pontificia. Qua defuncta, coenobium fiſco addictum. Decimam *Hildeſſenſem*, villam cenſiticam in *Barke* et alia, olim dotationi Catelnburgicae innexa, Dux Brunsuicenſis ſacris vſibus voluit omnino reſeruata, ideoque ea adiunxit Paſtoribus eccleſiae. Verum *patroni* earum eccleſiarum, nuper inſciente ſummo Epiſcopo, praediis ſuis ea adiecerunt bona, ac, ne quis conquereretur, ſtupidiſſimos denominarunt Paſtores, quibus alacritas, doctrina et ſacra experientia deeſt. Haec abuſibus reformationi iniuſtis ſunt adnumeranda, quorum ampliſſimus texi poſſet catalogus. *Erneſtus Burmeiſter* primus fuit Lutheranus Katlenburgi eccleſiaſtes. Copioſius haec ſingula exſecutus eſt *LEVCKFELDIVS* in *Antiquitatibus Catelenburgenſibus*.

CAP.

---

*CHRONOLOGICA* Anonymi p. 127. ed. Maderi. A. 1101. *Tidericus de Katelnborch, fundator eccleſiae S. Alexandri in Eimbeke, obiit. ANONYMVS SAXO* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 104. To. III. Menck. *Cum Comes Thydericus* (Henricus) *Craſſus mortuus eſſet, Marchioniſſa Ghertrudis duxit Comitem Thydericum de Katelenborch, qui etiam Enbeke fundauit, de quo iuuenem Comitem Thydericum genuit, qui de vrbe ſua Katelenborch ad honorem Dei clauſtrum inſtaurauit.* Erraſſe Autor videtur circa tria, nam 1) Catelenburgum non fuit oppidum, 2) nuptiae Gertrudis cum Thiderico initae praeceſſerunt nuptias cum Henrico Craſſo, 3) Gertrudis de Bruneswic, Marchioniſſa, non fuit ſoror Lotharii, vti p. 103. perhibet, ſed ſocrus.

# Capvt XI.
# COMITES DE CLETTENBERG.

## Synopſis.

§.1. *Schema genealogicum.*
§.2. *Connexio cum rebus Ganderſemenſibus.*
§.3. *Volcmarus, Ludouicus, fratres.*
§.4. *De Ludouici progenie ad Albertum iuniorem.*
§.5. *Alberti iunioris poſteri ad Chriſtianum vltimum.*
§.6. *Conradi poſteritas ad Henricum Abbatem Ilſeneburgenſem. Sigilla et inſignia Clettenbergenſia.*

## §. I.

Quantum tabulae genealogicae ad hiſtoriam conferant, dici ſane ſatis non poteſt. Ergo e re viſum, inſtituto noſtro in praeſens etiam ſatisfieri. En tabulam, cui initia fabuloſa, a Leznero excogitata, praecidimus:

N.

Volcmarus 1121. 1127. Vxor Adelheidis Com. de Lora. — Ludeuicus. Vxor Cunigunda de Baldenrode.

Volcmarus: Ludouicus.

Ludeuicus: Conradus I 1134. — Albertus I. 1134.

Conradus I: Albertus II. 1170. 1190.

Albertus II: Albertus III. medius. Vx. Adelheidis Com. de Beichlingen 1204. 1230. — Conradus II. 1209. 1214. — Bertholdus Sub-Prior et Abbas Walkenrid. † 1237.

Albertus III: Albertus IV iunior. 1240. 1255. Vx. Mathildis. — Fridericus. 1240. — Adelheid Canon. Quedlinb. 1230. † 1233. — Conradus III. 1230. 1253.

Albertus IV: Fridericus 1279. — Conradus † 1275. — Bertoldus 1263. 1271. 1283. 1274. 1289. Canon. Halberſtad. — Eliſabetha Canoniſſa Gandersh. 1261. † 1273.

Conradus: Chriſtianus Comes vltimus.

Conradus III: Fridericus. 1253. — Conradus IV. 1253. — Henricus I. 1253. — Volradus 1253.

Henricus I: Henricus Abbas Ilſinburgenſis 1309 ad 1316. † 3 Id. Aug.

## §. II.

*Albertus* II reſignauit anno 1232 feuda Ganderſemenſia, quae tenuit in Erich, villa Thuringica. *Eliſabetha*, ex hac ſtirpe nata, Gandersheimenſi in Parthenone fuit *Canonica*. Inſigne Comitum horum, *ceruus incedens* videlicet, conſpicitur in inſignibus Ducum Sereniſſimorum Brunſuicenſium. Quid igitur eſt ab operis praeſentis rationibus minus alienum, quam recenſio ac ſuccincta Comitum Clettenbergenſium delineatio? Moleſte enim quum ſimus ſeduli in familiis Romae veteris pernoſcendis, indignum foret gente noſtra, nos in hiſtoria patriae minorem adhibere induſtriam. Nemo certe Saxonibus tam erit infeſtus, quin proceres eius, ſtemmate et factis illuſtres, praedicandos et exteris repraeſentandos exiſtimet.

## §. III.

Circa Northuſam et Oſterodam olim Comites pro arbitrio Imperatorum conſtituebantur. Henricus IV ad compeſcendos Saxones ad iugum Hercinici montis exſtruxit munitiſſima caſtella Sachſenburg, Sachſenſtein, Scarzfels, Hartesburg et alia. Sub Henrico V et Lothario, Regibus, Comites illi coeperunt eſſe hereditarii, eique, ne potentioribus eſſent ludibrio, poſſeſſiones ſuas beneficia eſſe malebant Ducum Saxoniae et Brunſuicenſium. Initio ſaeculi XII floruerunt ex ignota ſtirpe fratres, Volcmarus et Ludeuicus, qui

ſeſe tuebantur caſtello Clettenberg et circumiecta tenebant. Ludeuicus, Comes de Lora, Adelheidam filiam nuptui dedit Ludevico, quae genuit Ludovicum iuniorem. (a) Volcmarus pater fraternitati Huisbergenſi, regimine in fratrem refuſo, ſeſe addicebat eique donabat Immenrodam, Schwaveresdorf et villam veterem Walckenred. Redimebat haec bona Adelheidis vxor ac anno 1127 in Walckenredo fundabat coenobium ordinis Ciſtercienſis. (b) In hoc ipſa vitam degit cum filio, ſepulturam ibi nacta ampliſſimasque pro anima deprecationes anniuerſarias. Ludewicus frater egit aliquamdiu in Elrich eiusque eccleſiae donauit calicem deauratum. Non infitiamur, nos heic filium *LEVCKFELDII* (c) Ariadneum eſſe ſecutos.

## §. IV.

*LVDOVICVS SENIOR* reliquit filios duos Conradum I et Albertum I. Alberto I fuerunt filii Albertus II, Conradus II et Bertoldus. Albertus duxit Adelheidem, ex Comite Friderico III Beichlingenſi ac Lorenſi natam. Stetit a partibus Philippi Sueui aduerſus Ottonem IV, et anno 1204, inuito Hermanno Landgrauio Thuringiae, obſedit et vna cum aliis expugnauit. Anno 1209 cruce ſeſe iuſſit ſignari et peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit, peccata ſua expiaturus. Reſarſit ſimul damna, Walckenredenſi coenobio inlata, donatione eccleſiae (†) Vodenrodenſis. Anno 1214 diremit controverſiam, de terminis Walckenredenſibus ortam. Anno 1215 Fridericum II Imperatorem Wirciburgi inuiſit. Anno 1229 amiſit vxorem, quae Elricae defuncta et in ſepulcrum hereditarium Walckenredenſe fuit translata. Inde vixit in coenobio Walckenredenſi vt frater Laicus ab anno 1230, ac ſacrarium S. Iohannis inſtituit, additis VII manſis, in Mackenrode et Libenrode ſitis. In eodem ſacrario tandem eſt humatus. Conradus II ſociata manu capesſiuit regimen Comitatus ac improlis exſpirauit. Minus coenobio Walckenredenſi extitit benignus. quare hoc Hermanni Landgrauii Thuringiae opem praeſidiumque implorauit. Bertholdus Walckenredenſis fuit Monachus, et anno 1216 Sub-Prior, ſucceſſor Henrico III Abbati datus anno 1225. Honorius III Papa bullatus ad eum dedit litteras, iubens, vt controuerſias in coenobio Ilſenburgenſi ortas componeret. De decimis Immedehuſanis, quas ab eccleſia Gandershemenſi huc vsque tenuerant nobiles Domini ab Oſterode dicti, commemorandum eſt, eas coenobio Walckenredenſi nunc ceſſiſſe ſub lege annui pendendi cenſus. Bertholdus ea de cauſſa a. 1226. Capitulo Gandershemenſi indulſit fraternitatem Walckenredenſem. Diploma ſupra adtulimus in medium. Ipſe obiit anno 1237. Albertus III genuit Albertum IV iuniorem, Fridericum et Conradum, duasque filias, quae Gandershemii fuerunt Canonicae. *ADELHEIDIS* (*) anno 1230 fuit Canonica Quedlinburgenſis, anno 1233 defuncta.

## §. V.

Albertus IV anno 1241 teſtem ſeſe praebuit Ottonis Ducis Brunsuicenſis litteris, queis confirmatur Comitum Lutterbergenſium contractus, cum coenobio Polithe de aduocatia initus. Anno 1255 donauit Walckenredenſibus eccleſiam Hadebranderodenſem. Obiit eodem circiter tempore, relictis Friderico, Conrado, et Bertholdo filiis, et Eliſabeta, Canonica Gandershemenſi. Fridericus militatum abiit. Conradus ex filia Comitis Kirchbergenſis Friderici genuit Chriſtianum, qui patrem, anno 1275 defunctum, nondum ex ephebis egreſſus, nulla ſtirpe maſcula relicta, in morte illico ſecutus eſt. Comitatus vacuefactus acceſſit Comitibus Hohenſteinenſibus. Bartholdus iam ad annum 1242 eſt obuius. (**)

## §. VI.

Conradus III abundauit liberis, quos pacatum vitae genus ſilentio inuoluit. Henrici I filius praefuit ab anno 1309 coenobio Ilſeneburgenſi. *CHRONOLOGIA* Abbatum

(a) *MEIBOMII Chronicon Riddagshus.* p. 346. To. III.
(b) *LEVCKFELDII Antiqq. Walckenred.* P. I. p. 27. 321. 303. P. II. p. 4. ſqq.
(c) In *Antiqq. Poldenſ.* c. XIX. §. 1. ſq. p. 115. ſq. Paucula quoque ſuppeditauit *Beniamin LEVBER* in *Catalogo Comitum Saxoniae* n. VII. p. 1905. ſq. To. III. Menck.
(†) Donationis diploma adfert *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Walckenred.* P. I. c. XI. §. 8. p. 148. ſq.
(*) *KETTNERVS* in *Quedlinburg. Kirchen-Hiſtorie* p. 76.
(**) *CHRONICON Marienthal.* p. 261. To. III. *Meibom.*

tum Ilſeneburgenſium haec habet: (d) *Henricus* III *Abbas* XXIII *filius Henrici Comitis de Klettenberge, electus eſt in Abbatem anno* 1309. *Eodem anno Fratres monaſterio amoti fuerunt vsque ad quartum annum per Comitem Albertum de Wernigerode. Hic Abbas elapſis VII annis reſignauit. Sepultus eſt in capella B. Mariae Virginis in Bonckenrode in die Clus, bey Heckſtedt. Eius anniuerſaria celebrantur* III *Idus Auguſti.* Succeſſit ei Albertus de Borchdorf, cuius proſapia in hunc diem floret et in dies eniteſcit. Sigilla et inſignia Comitum Clettenbergenſium fuerunt huiusmodi:




Anno 1593. 8 Iulii obiit Erneſtus, vltimus e Comitibus Hohnſteinenſibus, Dominus Lorae et Clettenbergae, ac adminiſtrator coenobii Walckenredenſis. E veſtigio Henricus Iulius Dux Brunsuicenſis dominia, Loram et Clettenbergam, armata manu occupauit, quibus parens ipſius Iulius a Capitulo Halberſtadenſi fuerat infeudatus. Reclamarunt Comites Stolbergenſes et Schwarzburgenſes. Sed fruſtra. Inſignia Lorenſia ac Clettenbergenſia ex eo tempore ceteris Brunsuicenſibus inſerenda curauit Dux Henricus Iulius. En figuram:



(d) To. III, Leibn, p. 687.



Intermoriebatur ſtirps Iulii in Friderico Vlrico. Varii poſthaec motus fuerunt de ditione Hohnſteinenſi ac Clettenbergenſi, donec lis ipſa componeretur pacis Weſtfalicae interuentu. Ferdinandus II Imperator in poſſeſſionem Comitatus Clettenbergici introduxit decreto imperiali Comites Schwarzburgicos et Stolbergicos, ornatos Dominorum Clettenbergenſium titulo. *LEVBERI* tabula vel recenſio ſic habet:

*Bertholdus* 1039.
*
*Volcmarus* 1088.
*
*Bertholdus* 1127.

Hoierus 1163. | Wernerus 1163. 1181.

Theodoricus. 1196. 1212. 1216. | Ludovicus. 1196. | Albertus 1196. 1212. 1220. 1239. vltimus familiae. | Conradus 1196. 1212.

Hoierus 1220.

## Capvt XII.
## COMITES DE CVCBERG.

Filii *Friderici*, Comitis de Cucburg, *Wernerus* et *Fridericus*, ab eccleſia Gandershemenſi tenuerunt bona beneficiaria prope *Langenſten*, quae permutauit Abbatiſſa Margareta prima cum Volrado, Epiſcopo Halberſtadenſi a. 1265. 24 Iun. Vide ſupra To. I. p. 781. Caſtrum Cucburg quaerendum eſt in cautibus ſaxisque Hercinicae ſiluae prope Blankenburgum.

# DANNENBERG

*DANNENBERG*, Comitatus in Ducatu Luneburgico, cognominatus a vico, poſtea oppido, cognomini, haud procul albi ſito.

*HENRICVS* I 1169

*CONRADVS* † 1196. Arnold. Lubec. L.V. c. 17. — * *Wolradus* 1164. Rehtmeier in Braunſchw. Luneb. Hiſtorie p. 328.

*HENRICVS* II. 1227. 1237. — *BERNHARDVS* I. 1237. 1245. — *ADOLPHVS* 1245. 1264. — * *Volradus* 1224.

*HENRICVS.* — *ADOLPHVS.* — *BERNHARDꝰ* II. 1287. — *NICOLAꝰ.* 1303. 1311. — *Guncelinus*, a quo nobiles de Danenberg.

Children of *HENRICVS*: *Alvericus* Can. et Presb. Bardevic. † 1318. — *HENRICVS* 1375. 1350.

Children of *ADOLPHVS*: *IOHANNES*, fundator coenobii Dambeck in Marchia veteri. — *Conradus.*

Children of *HENRICVS* 1375: *Otto.* 1377. Praep. Luchov. — *Segebandus.* 1377. — *HENRICVS* 1350. 1397.

Children of *IOHANNES*: *Oda* vx. Henrici de Schulemburg. poſtea Abb. in Dambeck † 1267. — *Adelheida.* Abb. in Dambeck. — *Cunigunda* Abb. in Dambeck.

*GEBHARDVS* — *OTTO.* — *PARIDAMVS* — *SEGEBANDVS.*

*HENRICVS.* — *Segebandus.*

*BERNHARDVS.*

*HENRICVS* 1560. — *Eliſabetha* 1521-1552. Prioriſſa Ebsdorff.

*Bernhardus* Praep. Ratzeburg. † 1594. — *Laurentius* dominus in Breſelenz et Luchow Vx. Sophia de Wittorf. 1585. — Henricus Senior S. Mich. Luneb. 1551.

Plura vide in I. Fr. *PFEFFINGERI* P. II. *Hiſtor.* Brunsvico-Luneb. p. 375. ſqq.











## CAPUT XIII.
# COMITES DE DASSEL.

*DASSEL*, vrbs exigua eſt eaque antiquiſſima prope ſiluam Sollinganum, et quondam ſedem praebuit Comitibus inde dictis, qui *Rugrafen* et *Raugrafen* vocabantur. Alii vocem hanc ex *rauh*, *aſpero*, deducunt, ſiquidem Comites praefuerunt regioni montoſae et aſperrimae: Alii malunt originationem ex *rügen* i. e. *cenſendo* et *accuſando*. Prius malim. Comites tenuerunt pleraque ſiluae Sollinganae, Daſſelam, Hundsruck, vbi nunc eſt praefecturae domicilium, Eimbecam quoque pignoris loco vsque ad annum 1272, partem Holzmindae, et pagi *Erigawi*. Exſtat de hiſce Comitibus *Ioannis Letzneri* liber ſingularis, nunc rariſſimus, ſed (a) vitiis et naeuis ita coinquinatus, vt ei vix confidere liceat. Maiores enim noſtri carebant inſpectione *Diplomatum*, et arbitrabantur, neminem naeuos in poſterum eſſe detecturum. Ex Letznero ſua deſumſit *FRIDERICVS LVCAS*. (b) Tabula noſtra genealogica, quam ſupra exhibuimus, (c) ex eodem Letznero eſt hauſta. Non auſim ſingula defendere. Illico enim adparet, omiſſum eſſe *Ludolfum* fratrem Reinaldi Cancellarii et Archiepiſcopi Colonienſis. *Sigillum* Daſſilienſium Comitum exhibui ſupra. *Inſigne* fuit cornu ceruinum argenteum cranio adnexum in area coerulea. Dabo, quae inter legendum mihi occurrerunt, et certis nituntur auctoribus. Simulac enim *MEIBOMII* (d) tabulam genealogicam confero cum Letzneriana, quod *COTZEBUVIVS* (e) fecit, incipio ſtupere, et, tantam vtrimque adparere diverſitatem, exiſtimo, vt nil videatur conſultius, quam nihil proferre, niſi cui auctoritas et ratio ſubſit manifeſta.

Anno 920 *Comites de Daſſel* Corbeienſi coenobio amplas dederunt eleemoſynas pro Miſſa perpetua. (f)

A. 1032. *SABINA* C. de Daſſel Corbeiae inſtituit memoriam ſacram anniuerſariam. *Annales Corbeienſes* ad e. a. p. 303.

A. 1070 *ADOLFVS* commemoratur, cui C. B. *BEHRENS* in *Catalogo Praepoſitorum Hildeshemenſium* p. 13. fratres tribuit Annonem Archiepiſcopum Colonienſem et Weſſilonem, qui a. 1064. Archiepiſcopatum Magdeburgicum obtinuerit.

A. 1070 *ADOLFVS* et *IANVS* Comites Daſſilienſes Corbeienſibus benefecerunt. *Annales Corbei.* ad e. a. p. 305.

A. 1147. circiter floruit *BORCHARDVS*, qui in vxorem duxerat *Salomen*, filiam Goswi-

(a) Titulus: *Daſſelſche und Einbeckiſche Chronica* a. 1596. Erfurt. fol.
(b) Im *Grafenſaale* p. 901-915.
(c) Pag. 715.
(d) *TO.* III. *rer. Germ.* p. 254.
(e) In *Chronico montis Francorum* p. 18. ſq.
(f) *ANNALES Corbeienſes* ad e. a. p. 299.

Goswini Comitis de Heinsberge. Salomes frater fuit *Philippus*, Archiepiſcopus Colonienſis, et ſummus Henrici Leonis hoſtis. Borchardi filia vocatur *Alheidis*, quae Adolfo IV Comiti Schaumburgico nupſiſſe traditur. Sic *MEIBOMIVS* in *Chron. Marienthal.* p. 254.

A. 1153. *LVDOLFVS* ſubſcripſit diplomati. Apud *Schatenium Annal. Paderborn.* P. I. p. 795.

*REINHOLDI* Praepoſiti Hildeſienſis et poſtea Archiepiſcopi Colonienſis vitam habes in *Catalogo Praepoſitorum Hildesh.* Behrenſii p. 13. ſq.

*LVDOLFVS* C. de Daſſel a. 1157. in Diplomate Friderici Barbaroſſae dicitur frater Cancellarii Reinaldi. *Maderi Antiqq. Brunsuic.* p. 120.

Circa a. 1155 *Anna*, Comes Eberſtenenſis, nupſit *DITERICO* Comiti de Daſſel. Sic *Cotzebuvius* in *MStis.*

*LVDOLFVS* teſtis adfuit a. 1158. Diploma dat *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* p. 321.

*LVDOLFVS* et *ADOLFVS fratres* diplomati ſubiecti ſunt inter teſtes a. 1180. *Schatenius* l. c. p. 853.

Anno 1181 *COMES de DASSEL*, indubie Ludolfus, iuuit Henricum Leonem in expeditione Weſtfalica victrice. Sed quum lis ob captiuos oriretur, Adolfus Comes Schaumburgicus et Comes Daſſelenſis ab Henrico defecerunt. *Arnoldus Lubec.* c. 30. p. 648.

*ATHOLFVM* ad annum 1188 memorant *Annales Corbeienſes* p. 988. Tribuitur ei filia *Ermentrudis*, vxor Conradi Comitis Eberſteinenſis. Ipſe obuius eſt inter teſtes in Diplomate Philippi Romanorum Regis. Vide *Priuilegia eccleſiae Hamburgenſis* apud Lindenbrogium p. 195. et Iohannis Rhodii *Chronicon Brem.* p. 271. T. II. Leibn.

*ADOLFVS* recurrit ad annum 1221 inter teſtes apud *Schatenium* l. c. p. 988.

*LVDOLFVS* a. 1226 legauit aliquid Monachis Marienthalenſibus. *MEIBOMII Chronicon Marienthal.* p. 263.

*MARIA C. de Daſſel* a. 1231 coenobio Corbeienſi ſitos in Hundsrucka tres manſos donat. *Annales Corbeiens.* p. 310.

*ADOLFVS* a. 1232 occurrit in diplomate Ottonis Pueri, To. II. *Leibn.* p. 380.

*LVDOLFVS* et *ADOLFVS* a. 1237. ſunt teſtes in Diplomate.

*Ludolfus* et *Adolfus* fratres a. 1241. et 1256. coniunguntur.

*ADOLFVS* a. 1246 eſt teſtis in Diplomate, apud *Cotzebuvium* in *Chronico montis Francorum* p. 17. Agnatus Adolfus dicitur habitaſſe in Nienober.

Anno circiter 1250 Henricus Epiſcopus Hildeſienſis dimidium caſtri Homburg, quod nobiles fratres Ludolfus et Adolfus, fratres de Dasle, ab eccleſia Hildeſienſi tenuerant, 300 libris redemit et eccleſiae ſuae donauit. Sic *CHRONICON Hildesh.* p. 753.

*BERNHARDVS* Comes vexauit oneribus, exſoluendisque penſis grauioribus fatigauit vrbem Embecam, ideo ad Duces Brunsuicenſes deficientem a. 1272. *Annales Corbei. ad e. annum.* Dominatum vrbis indubie Dux Henricus Magnanimus per vxorem, Lotharii filiam, impetrauerat, quae illud ius ex matre, exſtinctis Comitibus Catelnburgicis, in ſeſe transtulit. Henricus Leo partem reſiduam obtinuit ex hereditate Vdonis Comitis.

*SIMON* Comes a. 1287. vnum manſum et ſex iugera, ſita in villa Hamersleve, transfert in Henricum Comitem Regenſteinenſem, vt ea coenobio Mariaevallenſi donarentur. *MEIBOM. Chron. Marienthal.* p. 267. To. III. rer. Germ. Huic Simoni Meibomius tribuit fratres Georgium et Conradum. Vxor ipſius vocatur *Sophia* in Diplomate Ottonis Epiſcopi Hildeſienſis ad annum 1329, quo ipſa obiiſſe perhibetur, Capitularibus maioris templi reditus octo marcarum puri argenti ſunt adſignati per triennium ad celebrandam Sophiae memoriam.

Anno 1310 Sigfridus Epiſcopus a Simone emit caſtrum Hundesrugge et oppidum *Dasle*. Henricus, ſucceſſor Sigfridi, infeudatus eſt eo nomine ab Henrico VII Luxemburgico. *Chronicon Hildesh.* p. 757. *Diploma* habes ſupra p. 799. ſq.

Anno 1329 Simon Comes de Dasle adſtitit teſtis Ottoni Duci Brunsuicenſi, iura coenobii S. Blaſii Northeimenſis confirmanti. Vide ſupra p. 707. In iudicio annuo publicoque, quod Comites Daſſilienſes celebrarunt, Abbatiſſa Ganderſemenſis tenuit ius adſeſſorem conſtituendi, quod vocabant olim *Stuhlamt.*

Anno 1523 Henricus Iunior et Ericus, Duces Brunsuicenſes, praefecturam Hundesrück occuparunt, *Stiftiſche Fehde* p. 257. reſtitutam denique Epiſcopo Hildeſienſi anno elapſo trigeſimo ſexto ſupra ſexcenteſimum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## CAP. XIV. DEHN. *

*Conradus Detlevus* de *Dehn* triplex feudum tenet ab eccleſia Gandershemenſi, Salderenſe, Probſtianum, et Pincernatum hereditarium :

En genus ipſius :

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *NICOLAVS* de *DEHN*, Dominus in Bekau, ſatrapa Eislebienſis | Eliſabet de Liht | Detlev de Huden, vx. Anna de Hude. | Henricus de Sprengel, Vx. Eliſabeth de Heldorf. | Franciſcus de Spörken, vx. Anna de Wenſe | Woldemar de Wohnsflet, Margareta de Pogwiſch ex Mansleben. | Wulf de Wiſch ex Freſenhagen, Dorothea de Wiſch. | Detlev de Rumohr. Anna de Breyden. | Gregorius de Ahlefeld in Segarden, Grauenſt. et Stolteland. | Mette de Blumen ex domo Sedorf. |
| *PETRVS de DEHN*, Dominus in Leſſen | | Anna de Huden ex domo Leſſen | Henricus Auguſtus de Sprengel in Greſſe, Badekau, Niendorf, Steder et Betendorf. | Anna Salome de Spörken ex domo Moltzen | Iobſt de Wohnsflet in Kriſeburg et Nordburg. | Margareta de Wiſch ex ſtirpe Freſenhagen. | Schack de Rumor in Oelpenitz et Ohrſeld | Anna de Ahlefeld ex domo Segarden et Grafenſtein. | |
| *NICOLAVS de DEHN*, Dominus in Blücher, tribunus militum ſecundus legionis Wattevillicae in Belgio. | | | *Eliſabeta Salome* de Sprengel ex domo Greſſe et Badelau. | | Sigfridus de Wohnsfleht Dominus hereditarius Kriſeburgi. | | Anna de Rumohr ex ſtirpe Oelpenitz | | |
| | | *GEORGIVS AVGVSTVS* de Dehn, tribunus militum Regis Dan. | | | | *Eibe de Wohnsfleht* ex ſtirpe Kriſeburg. | | | |
| | | | | *CONRADVS DETLEVVS* Comes de Dehn, eques ordinis Danebrogici, conſiliarius intimus Regis Daniae, Decanus S. Blaſii Brunsuic. Pincerna hereditarius eccleſiae liberae et exemtae Gandershemenſis, Dominus de Wendhauſen et Riddagshuſen, | | | | | |

Liceat ſubdere explicationem inſignium :

Scutum medium notat inſignia gentilitia Dominorum generoſiſſimorum de Dehn. Aquila coronata in ſcuto primo notat fauorem Imperatoris ſingularem. Equus ſaliens deſignat gratiam Ducis Brunsuicenſis et munia ei praeſtita. Vrſus in ſcuto tertio eſt deſumtus ex genere materno Dominorum de Wohnsfleht. Lilia in area rubra notant inſignia Dominorum de Cramme, e quibus Comitiſſa fuit progenita. Leo, in ſcuto quarto conſpicuus, ſignificat praedium equeſtre Wendhuſen. Poculum pincernatus hereditarii ad munia Gandershemenſia, feudo obtenta, pertinet. Corona Comitibus propria tegit ſcutum armorum vniuerſum. Aquila in galea media notat aquilam imperialem. Tres ſtellae notant recentem ſplendorem. Columna in galea dextra eſt deſumta ex inſignibus Crammianis. Leo et poculum congruunt ſcuto quarto. Circa haec omnia cernitur catena, ordini Danebrogico propria, et a Rege Daniae Comiti tradita, vna cum cruce. Leopardi ſunt loco telamonum a Caeſare additi.

## CAPUT XV.

## COMITES DIEPHOLTANI.

Paucula de eis in promtu ſunt. Seriem generis et hiſtoriae ab aliis dari plenam malim, quam e curta ſupellectile mea. Per ſeſe non cohaerent hi Comites per vllum nexum cum eccleſia Gandershemenſi. Quare ad aliorum Comitum hiſtoriam pleniorem hinc reddendam et illuſtrandam, carptim ea proferam, quae hinc inde conlegi.

legi. Comitatus continet oppida Deipholtum et Lewenfordum, ſitus inter Epiſcopatum Osnabrugenſem, Comitatusque Vechtenſem, Hoienſem et Delmenhorſtanum. *WILHELMVS* obuius eſt in ficto haſtiludio Magdeburgenſi a. 939. *LVPOLDVS* fertur initia ſaeculi vndecimi adtigiſſe viuendo. *OTTO* dicitur interfuiſſe haſtiludio equeſtri, Italis ad Salam inſtitutis in Saxonia. *GEORGIVS* eodem fine a. 1119 Gottingae adfuiſſe dicitur.

Fratrem eius *GODESCALCVM* perhibent exſtitiſſe Epiſcopum Osnabrugenſem. Ex Georgio deducunt *IOHANNEM*, et *GODESCALCVM* Canonicum Bremenſem ac Colonienſem. Ex Iohanne repetit porro Hamelmannus *IOHANNEM*, Canonicum Osnabrugenſem, et *CONRADVM*, cui fuit coniux *de Horſtmar*. Ex ea ſuſcepti *CONRADVS*, Epiſcopus Mindenſis, qui Comitibus Teclenburgicis arcem Reinenborch ademit, ac *RVDOLFVS*, cui nupſit Comitiſſa Hoienſis.

Iohannes Canonicus Bremenſis, Wilhelmus Canonicus Mindenſis, Cono Canonicus Halberſtadenſis, *CONO*, *RODOLFVS* et *GODESCALCVS de Dheſholte* a. 1219 in Hatheleria coenobium Midelheim pro virginibus votiuis conſtruxerant, aediculamque adiectam Archiepiſcopo Bremenſi ſubiecere. Diploma edidit *LINDENBROGIVS* inter *priuilegia Archiecclesiae Hammaburgenſis* p. 196.

*CONRADVS*, Epiſcopus Mindenſis XXIX, qui obiit anno 1236, huc eſt referendus. Lerbeccius in *Chronico Ep. Mind.* p. 182. To. II. Leibn.

Ex Rudolfo et Comitiſſa Hoienſi exſtiterunt *RVDOLFVS*, *Cunegunda* altera coniux Comitis Oldenburgici Conradi, *CONRADVS* Praepoſitus Mindenſis, ac *IOHANNES* Epiſcopus Mindenſis, qui, vnius duntaxat interuentu, patruo ſucceſſit, ac *HILBOLDVS*, vir militaris ac in rebus bellicis exercitatiſſimus.

*CONO* Epiſcopus Mindenſis XXXIII, a nonnullis habetur pro Comite Diepholtano. *Lerbeccius* l. c. p. 187.

Ex Rudolfo porro filio eiusque vxore *Iutta*, Iohannis Comitis Oldenburgenſis filia, nati ſunt *CONRADVS*, *Rudolfus* praemature defunctus, *GODESCALCVS* Canonicus Colonienſis, *Heilwiga* vltimi Comitis Sternbergici vxor.

*RVDOLFVS*, filius Conradi Comitis, circa annum 1407 expetitus fuit a plerisque Canonicis Mindenſibus in Epiſcopum ſuum. At impedimenta oppoſuerunt oppidani. Lerbeccius l. c. p. 201. Fuit circa id tempus *RVDOLFVS*, *domicellus de Depholte*, Archidiaconus Modeſtorpenſis. Kultzing de *monaſterio Hilgenthal* p. 386. 394. To. II. Leibn.

*RVDOLFVS*, Epiſcopus Traiectenſis, a Nicolao V Papa deſignatus eſt Epiſcopus Osnabrugenſis, defunctus, antequam poſſeſſionem adprehenderet, a. 1455. Lerbeccius vel eius continuator l. c. p. 210. Succeſſorem ei dedit Capitulum *CONRADVM*, Comitem aeque Diepholtinum, Praepoſitum hucvsque eccleſiae Traiectenſis. *Lerbeccius* l. c. Heroëm ſuae aetatis eum praedicant hiſtorici. Pater ipſius erat *IOHANNES*, qui ex filia Ottonis Comitis Hoienſis genuit *IOHANNEM*, poſthaec Epiſcopum Osnabrugenſem, et ex altera coniuge *MARGARETA*, filia Conradi Comitis Oldenburgici procreauit hunc Conradum, *OTTONEM*, ac *ANNAM*, Iulio Comiti Wunſtorpienſi nuptam. *OTTO* ex *HEDEWIGA*, Comite Brunckhorſtana, ſuſcepit *ELISABETHAM*, vxorem Iohannis Comitis Hoienſis, viri perquam ſtrenui, ac aliam, quae Comiti Spigelbergico elocata fuit. *CONRADUS* ſub auſpiciis ſuae gubernationis in Lowenroda obiit. *RVDOLFI* vxor dicitur fuiſſe *ELISABETHA*, nata ex Bernhardo, Comite Lippienſi peperitque Conradum et Iohannem, Canonicos Colonienſes, et Fridericum, nec non *Adelheidam*, nuptam Domino Schenckio de Teutenburg, filiam Ioanni Rasfeldio Domino Noiſtendorfi nuptam, et *Armegardam*. Haec exſtitit Praepoſita Eſſendienſis ac Abbatiſſa. Soror ei adiungenda *ANNA*, Abbatiſſa in Vrekenhorſt.

*FRIDERICVS* Comes a. 1519 cum Iohanne, Comite Schaumburgico, debellauit Franciſcum Epiſcopum Mindenſem et Ducibus Epiſcopatum Hildeſienſem, occupaturis, iuit cum aliis obuiam. *Stiftiſche Fehde* p. 255. To. III. Leibn. Vxor ipſius ex Comitibus Regenſteinenſibus nata, *EVA* fuit in cauſſa, vt reformata per Lutherum religio per Comitatum inualeſceret, inde ab anno 1528, miniſterio potiſſimum Patroculi Romelingi Suſatenſis, paullo ante eam ob cauſſam Osnabrugae periclitantis. Reliquit Fridericus moriens *RVDOLFVM* puerum, cuius tutelam ſuſcepere *IOHANNES* et *CONRADVS* patrui, evangelio minus aduerſantes. Morbus enim Anglici ſudoris non ſolum Fredericum anno 1529 ſed quamplurimos quoque alios Comites, abſumſit. Vxor eius,

Oo oo oo oo o filia,

filia Vlrici, ipſum ſepeliendum curauit Aſſendiae, vbi obierat. *RVDOLFVS* duxit *MARGARETAM*, filiam Iodoci Comitis Hoyenſis, genuitque ex ea *FREDERICVM* ſucceſſorem ac *Annam* caelibem. Fridericus iunxit matrimonium cum *ANASTASIA*, Ioannis Comitis Waldeccenſis filia, et ex ea vidit ſuſceptam puellam, et puerum, baptiſmati ſuſcepto immortuum. Calviniana dogmata, quae ab Hardenbergio huc propagata, eradicata heic ſunt a. 1571. 17 Aug. *Hamelmannus* in *Opp. geneal. hiſtor.* p. 378. 789. ſq.

*FRIDERICVS*, Comes vltimus, anno 1585. 21 Sept. obiit, ac Wilhelmus iunior, Dux Brunsuicenſis, iure dominii directi, Comitatum occupauit.

## Caput XVI.

# NOBILES DOMINI DE DORSTADT.

Summa. §. 1. *Cognomen, ſigilla, bona.*
§. 2. *Progenies.*
§. 3. *Nexus cum eccleſiae Gandersheimenſis rebus.*

§. I.

Dorſtad vel Dorſtede, nunc Doſte, locus eſt iuxta Heiningen ad ſiniſtram (a) fluvii Obacrae prope Guelferbitum. Adelogus, Epiſcopus Hildeſienſis, fuit Comes Dorſtadienſis. Frater eius *Arnoldus* in Dorſtadio (b) fundauit coenobium, quod in hunc vsque diem Pontificiis virginibus votiuis inſeruit. Dominae nonnullae ex hac progenie nomen dederunt vitae Canonicae in Parthenone Gandershemenſi. Quis ignorat *Eliſabetam* Abbatiſſam Heriſienſem et Praepoſitam Gandershemenſem, defunctam a. 1480 in die S. Martini? Sigillum Comitum exhibuimus
Bona per Ducatum Brunsnicenſem et Epiſcopatum Hildeshemenſem ſparſim fuerunt olim obvia.

§. II. Progeniem ipſam exprimemus (*) tabula genealogica:

N.

*ADELHOGVS* Ep. Hild. † 1190. — *Arnoldus* 1144. (**) 1154. fundator coenobii Dorſtadienſis.

*

*BERNHARDVS*, conſiliarius Ottonis IV et Ottonis Pueri a. 1203. (c) 1209 (d) 1243.

*Sifridus* (e) 1234. — *Berwardus*, (f) ſeu Bernhardus 1243. — *Conradus*, Alberti Ducis Brunsv. a conſiliis 1241.-1266. (g)

*Bernhardus* Can. et Scholaſt. Hildesh. 1274. 1279. 1308. (h) — *Fridericus* 1272. 1274. 1291. (i) 1311. (k) — *Arnoldus* Can. Magdeb. 1274. — *Conradus* Can. Halberſtad. 1274. — *Waltherus* 1272. 1282. (l) 1292.

*Fridericus* 1311. (m) — *Burchardus* 1346.

*Conradus* 1346. — *Burchardus* 1346. — *Waltherus* 1346.

*Waltherus* 1362. 1380. 1393. — *Ludouicus* 1362.

*Bernhardus* 1393.

*Arnoldus* † 1464.

*Eliſabet* † 1484.

§. III.

(a) *SCHNEIDERI Saxonia vetus et magna in parvo* p. 186.
(b) *BEHRENS* in Catalogo *Hildesheimenſium Scholaſticorum* p. 74.
(*) Suppleuimus tabulam *BEHRENSII* adlatam l. c.
(**) In *diplomate Henrici Leonis*, ſupra p. 707.
(c) Apud *REHTMEIERVM* in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* p. 425.
(d) *LEVCKFELDII Antiqq. Walkenred.* p. 361. 364. in Diplomatibus infra ſubiectis. *MEIBOMIVS* in *Chronico Riddagshus.* p. 356. Bernardi de Dorſtad fit quoque mentio inter teſtes ad annum 1237, in diplomate Ottonis Ducis Brunsuicenſis. Supra p. 707. (a)
(e) Apud Ven. *REHTMEIERVM* P. III. c. 26. p. 472. 480. l. c.
(f) Apud *REHTMEIERVM* l. c. p. 480. *Berwardus* et *Conradus de Dorſtad* teſtes ſunt in Diplomate Ottonis Pueri, Ducis Brunsuicenſis, apud I. Fr. Pfeffingerum iuniorem P. I. Hiſt. Brunsv. p. 110.
(g) Apud *REHTMEIERVM* l. c. (h) Acta eius deſcribit *BEHRENSIVS* l. c. p. 75.
(i) *HEINECCIVS* in *Antiqq. Goslar.* p. 311.
(k) Vide *Diploma* ſupra adlatum p. 801. Anno 1263 Walterus et Ludovicus, nobiles Domini de Dorſtad, monaſterio Mariaevallenſi loco quaedam vendiderunt, Offendorpii in agro Luneburgenſi ſita. *MEIBOMIVS* in *Chronico Marienthal.* p. 264. *To.* III. *rer. Germ.*
(l) *HEINECCIVS* l. c. *Fridericus* et *Waltherus* decimam Hötenslebienſem ab Epiſcopo Halberſtadenſi tenuerunt, quam a. 1282 ab eis emit Abbas Riddagshuſanus. *MEIBOMIVS* in *Chronico Riddagshus.* p. 359. Confer eiusdem *Chronicon Marienthalenſe* ad a. 1263. p. 270. (m) *Diploma* ſupra adlatum p. 801.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. III.

Nobiles Domini, praeter feuda nonnulla prope Aſſeburgum ſita, ad tempus tenuerunt curiam *Ludolviſſen* prope Cluſam, de quo controuerſiam aluerunt et compoſuerunt cum Abbate Cluſinenſi Bertoldo a. 1311.

## Charta Alheidae Dorſtadienſis.

We *ALHEYDIS van DORSTAT Proueſtynne*, Margareta van Wylnauwe, Dekynne, ffruwen, vnd Heren des frygen wertliken Stichtes to Ganderſem bekennen openbar myt crafft duſſes breues vor vns vnd vnſe nakomen, dat we rechtes vnd redelikes kopes vorcofft hebben vnde vorkopen in duſſem breue, vor drittech gude vulwichtige Rynſche gulden, de vns to guder ghenoghe van Hern *Iohan Bilke vnſern medecanoniken* eynem gehandelaget vnde forder in vnſes Stichtes nut vnde fromen gekart ſynt, *drey punt peninges Ganderſemiſcher weringe* vnde dar ghenge vnde geue to dem Altare, den de genompte Iohann in vnſem Stichte vorgerort fundert hefft, alle iar vppe Michahelis geuende vnde vt vnſes Stichtes gemeynen Prouene ane ienigleige inſage to betalende, dem edder den ſolk Altar to ſteyt, vnd eyn beſitter is, vnde vns de macht beholden hebben alle Iar vppe Michahelis ſodanne dre punt pennige vor drittich gude Rynſche gulden wedder afkopen, efft we deme edder den de des Altares to ſchickende hebben, vppe ſinte Iohannis Baptiſte dach to myddeſommer eynen ſodanen wedderkop to vorn vorkundigen, vnd witlik don. Vnd denne darna vpp Michahelis neiſt volgende, ſodane vorgerorde drittech gulden myt allem bedagedem tynſe to dem gñt Altare betalen vnd vtgeuen. Duſſes to merer wyſſenheit vnd bekantniſſe hebben we ffruwen vnd Heren vorgñt vor vns vnd vnſe nakomen duſſen vnſen breff gegeuen vorſegilt myt vnſes Capitels lutteken Ingeſegel feſtliken hir angehenget. Anno domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo ipſo die natiuitatis virginis Marie.

## Eiusdem charta, Anno 1449. ineunte data.

Wy *ALHEID van DORSTAD* Proueſtinne. *SOPHIA van Brunſwig Cuſterinne.* Mar-“
gareta van Wylnauwe Dekenyne vnd de domiunch vruwen ghemeynliken des“
wertliken Stichts to Ganderſſem bekennen vnd betughen openbar in duſſem breve“
vor vns vnd vnſe nakomeden. vmme ſodanne vnſe hus vnde hoff ghelegen vp dem“
*froenhove* beneden Ludolveſe Neringes huſe. vnd *teghen vnſen Spiker*, (*) dat vnſer“
gñten domiunchfruwen alle hord vnd Ilſen Heyden Wernern Werneken vnſes Stich-“
tes ledematen eliken husfrowen to oreme live vorſcreuen was. welk or liff ſe vor vns“
ghentziken verlaten vnd mit vnſem willen Heren *Hinrike Gosler vnſen MedeCanoniken*“
verkofft hefft, dat ſulve liff wy in des gñten Hern Hinriks liff gewandelt hebben. Nademe nu dat ſulve vnſe hus buvellich is, ſo hebben wy vmme beteringe vnde ok vmme deinſts willen, den vns de vorbenompte Her Hinrik ghedan hefft vnd noch don mach. noch twey liff dar anne verkofft, alſe nemptliken Greten Schrivers, deſſuluen Hern Hinriks *maghet*. vnd Iohan *ſinem ſcholer*, der gñten Greten ſone vor ſeſs mark Ganderſemſcher were. de wy vul vnd al vpgehaven. vnd forder in vnſes Stichtes nut vnd vromen ghekart vnd ghewant hebben. In ſo daner wyſe dat de vorgñte Grete vnd Iohannes or ſone, des ſulven unſes hoves vnd ſtede mit dem keller vnd vnſem ſpykere na Hern Hinriks dode vorbenompt. ghebruken vnd dar ynne wonen moghen, de wile ſe beyde leven, vnd orer eyn na des andern dode, vnd vns alle iarliks vppe wynachten. darvan einen halven ferding ganderſemſcher were to tynſe gheven vnd dat ſulve vnſe hus in betteringe holden. vnden vnd oven. wor des not is. Geſcheghe ok dat de vorgñte Grete Hern Hinriks erbenomptes doet leuede. So enſcholde ſe in dat ſulue vnſe hus nemande nomen *papen* efte *leygen*, mit deme ſe edder de mit ör in vordachte zete, wente eyns ſo dans wy innene wyſe van or lyden wolden. Sunder wolde ſe wene to ſyk in nomen. ſcholde ſe vnvordachte vrome lude innomen, de vns vnd vnſern Stichte bequeme weren. Duſſes to orkunde vnde merer wiſſenheid dat ſolk kop veſtliken gheholden werde, gheve wy duſſen breff verſegheld mit vnſer Proueſtie ingheſeghele veſtliken hir an ghehanghen. Vnd wy vruwen vnde



(*) *Spiker* eſt granarium, horreum.

hern dat gantze Capitel vorbenompt bekennen in diſſem ſuluen breue, dat ſolk kop mit vnſem wetende vnd fulborde gheſcheyn is. vnd gheuen des duſſen ſulven breff verſegheld mit vnſes Stichts ingheſegele veſtliken by vnſer Proueſtin vorgeſcr Ingeſegel angehangen. Datum anno domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo nono. dominica die infra octauas Epyphanie Domini.“

## Charta Eliſabethae Dorſtadienſis.

Wy *ELIZABETH* von *DORSTADT Proueſtynne*, Bartoldus Helwici *Senior* vnd gantze Capitel des frigen wertliken Stichtes to Ganderſem bekennen openbar in duſſeme breue vor uns, unſe nakomen vnd alseweme, dat von vmme mennigerley doget fromen vnd gaue als Her *Hinrik Coci* zeliger vnſer kerken *Canonick* an eynen egen leben to ſunderende an memorien feſten vnde anderen almoſen merliken in vnſer vorgeſcreven kerken in de ere godes vnd den perſonen to fromen beſtediget vnde gegeuen heft, wor vmme von gudes willen nut vnd frommen hebben vnde iegenwordighen anſehn demeſuluen Hern Henricke Coci Zeliger vnde ſynen Teſtamentarien wedder to willen *eynen vnſen Hoff* belegen *vppe unſer frigheit*, *dar men geit von dem markede na dem fruwen houe vnd wendet tor lochten an der ecke*, da nu Her Henrick wonet de Iungeſſche to ſo danen lehne vnd vicarie, alſe de ſulve Her Henrick Coci in dem Paradiſe derſuluen vnſer kerken gefundert vnd becrefftichet heft ewichliken leggen vnde darto befredigen vn to bliuende eyn beſittere des ſuluen lehnes to nudt vnd fromen, vppe duſſe wys, dat eyn iowelck beſitter de nyge to ſodanen lehne kumpt in welker mathe von vorlaringe effte dodes weghen ſo vaken vnde dicke dat Lehn vorleddiget wert, ſchal van vns vnd vnſem Capittele ſodanen hoff vor ſes marck Ganderſemſcher weringe vnde nicht duret loſen. Vor ſodane woldat vnde bekenninge aller doget hebbet de Teſtamentarien des ſuluen Hern Henrick Coci vns vnde vnſer kerken to fromen ingelaten vertich gude rinſche gulden an der ſchult, de wy deme ergñt Hern Henricke Coci ſchuldich woren vnde darvan ſe vns vnde vnſe Capittel leddich vnd los gequitert hebben. Das to bekantniſſe vnde merer wiſſenheit hebben wy vnſes Capittels Ingeſegel witliken gehenget laten an duſſem breff, gegeuen na godes gebort verteynhundert Iar, darna in deme vere vnde ſeuentigeſten Iare an donnersdage na den hilgen dage in pingeſten.

## Caput XVII.

# COMITATVS DVDERSTET et GEVELDEHVSEN, ac LINDAV.

Otto II a. 974 donauit Mechtildi Abbatiſſae Quedlinburgenſi *Duderſtadium*, tum in Comitatu *BERNHARDI Comitis* ſitum. A Quedlinburgenſibus peruenit locus ad Duces (a) Brunſuicenſes, qui illum oppignorarunt, nominatim Otto Tarentinus vna cum fratribus, Archiepiſcopo Moguntino. Portis inciſa ſunt inſignia Brunſuicenſia, quae hodie quoque exſtant. Geueldehuſum tenuit medio ſaeculo XIII Comes *BISO*, ac, itinere Romam cum Berta vxore facto caſtellum *Geueldehuſen* cum ſexaginta manſis donauit eccleſiae Gandershemenſi. Vide diploma p. 779. Floruerunt quoque ſaeculo XIII *Comites de Lindowe*. *GVNTHERVS* de *Lindowe* ad a. 1274 occurrit in diplomate, quod inter Swerinenſia primum infra occupat locum. Dabo hoc loco, quum plura in praeſens haud ſuppetant, diploma quoddam Duderſtadenſe, licet id momenti ſit non adeo magni.

„We Henrich Hemeringh, *Albrecht Vicedom*, *Henrich von Halle*, Iohans Carpenwitz,
„ Iohans Eckebrechtes, Eckebrecht Mencke, Warnher Concuen, *Henrich van Büſhuſen*, Dechant van deme Dwinge, Henrich van Berthen, Warnher Banſtslege vnd Henrich van Ghweſingerode, Ratmanne thu Duderſtat, bekennen an duſſem iegenwerdigen breve, dat die Vromen wiſen Manne Her *Ian van Lindowe* eyn Prouiſor *der Erbarn Vrowen der Ebdeſchen van Ganderſem*, vnd Iohans die Pernere thu Gheveldehuſen,

(a) Nominatim ad Ottonem Puerum. Diploma habes in Kettneri *Antiqq. Quedlinburg.* p. 355.

ſen, in vnſer iegenwordicheit weren, vnde Her Ian van Lindowe hefft gedan Henrike Heyſen vnſem borger von der vorgenanten *vnſer Vrowen* weghen van Ganderſem view huven landes vnd eyne wiſchen, eynen hoff vnd eyne Schuneſtede thu *Ruleuesbuſen*, dat lant vnd wiſche liet thu *Wendoluesbuſen*, dit lant vnd wiſche, hoff vnd ſchuneſtede ſchal Henrich Heyen hebben negen Iar an einander, alſus beſchedentliken, Henrich Heyſen Beata ſin elike Vrowe vnde ere rechten erven ſchulden, geuen alle Iar thu ſunte Mertyns dage vefftehalven verding lodiges ſilvers vnſer Vrowen van Ganderſem. Na diſſen neyſten negen Iaren - - - 1343 thu unſer Vrowen dage lechtmiſſen.“ Prolongauit illum terminum temporis *IVTTA* Abbatiſſa a. 1354. in die B. Georgii Martyris.

Sigillum ciuitatis Duderſtadii habes in *Tab.* XXV.

## Caput XVIII.
## DE
## COMITIBVS EBERSTEINENSIBVS AD VISVRGIM.

*Summa.* §. 1. Tabula genealogica prima.
§. 2. Tabula genealogica ſecunda.
§. 3. Tabula genealogica tertia.
§. 4. Nomen, origo familiae, ſedes, dominia, ſigilla.
§. 5. *Otto I, Conradus I, Ludouicus I, Otto II.*
§. 6. *Ottonis II* filii *Albertus I* et *Wilbertus, filiae Eliſabeta et Anna.*
§. 7. Alberti I progenies *Wilhelmus, Mauritius, Albertus II, Bodo.*
§. 8. Bodonis liberi *Mathilda, Conradus II, Ludouicus* ſenior II.
§. 9. Ludouici II filii *Conradus IV, Henricus, Engelbertus, Ludouicus V.*
§. 10. Ludouici V progenies, *Auguſta, Albertus V, Otto VII, Ludovicus VI.*
§. 11. Ludouici VI liberi *Adelheidis, Philippus, Iohannes, Ludouicus VIII, Otto VIII, Hermannus II.*
§. 12. Nunc ad tabulam II. Mauritii filius *Albertus III.*
§. 13. Alberti III liberi *Otto III, Ludouicus III, Hermannus I, Conradus III, Ditericus, Albertus IV, Fridericus, Chriſtianeta, Iohannes.*
§. 14. Filii Ludovici III.
§. 15. Filii Hermanni I.
§. 16. Filii Conradi III.
§. 17. Filii Diterici.
§. 18. Conradi V filii *Fridericus* et *Henricus.*
§. 19. Henrici filii *Albertus VI, Wedekindus, Ludouicus VII, Hermannus III, Agneſa, Iutta.*
§. 20. Hermanni III ſuboles *Fridericus, Hermannus IV, Bernhardus.*
§. 21. Ad tabulam III. *OTTONIS III* progenies, *Waltherus, Conradus VI, Albertus VII, Otto IX, Mechtildis.*
§. 22. Ottonis IX filii *Hermannus* V et *Otto* X.
§. 23. Hermanni V filii *Hermannus* VI et *Eberhardus.*
§. 24. Hermanni VI ſuboles *Fridericus, Otto XI, Hermannus* VIII eiusque filia *Eliſabeta.*
§. 25. Friderici liberi *Anna,* et *Hermannus,* huiusque filius *Otto* XII.
§. 26. *DIPLOMA Margaretae Pleſſenſis, Abbatiſſae Gandershemenſis ad a.* 1281, in quo fit mentio de Mechtilde Canonica Gandershemenſi, Comite Eberſteinenſi.

## §. I.

# Tabula I. genealogica.

* *Bruno* a. 903.
* *Ludouicus* a. 933.
* *Sigfridus* a. 1003. *Mauritius* 1093.

*
OTTO I.

CONRADVS I. 1100. 1106. 1107. 1116. — LVDOVICVS I 1107. — OTTO II. 1107. 1128. 1141. † 1146.

*Eliſabeta* nupta Simoni II Comiti Lippienſi. — *Anna* nupta Diterico Comiti Daſſelenſi, qui † — *ALBERTVS* I 1155. † 1178. Vxor N.N. de Arzen. — *WILBERTVS* 1148. 1157. 1209.

*WILHELMVS.* — *MAVRITIVS* † 1197. Vx. *Bertha* de Fedden. — *ALBERTVS* II. 1180-1190. — *BODO* Vx. N.N. ex Comitibus Wunſtorpianis.

*ALBERTVS* III. Tab. II. — *Mathilda.* — *CONRADVS* II. a. 1244. — Ludouicus II. Vx. N. de Bewren.

*CONRADVS* III. 1283. — *HENRICVS.* 1267. — *ENGELBERTVS* 1282. — *LVDOVICVS* V. *iunior.*

*Auguſta.* — *ALBERTVS* V. — *OTTO* VII. 1309. — Ludouicus VI † 1311.

*Adelheidis*, vx. Gerhardi C. de Hallermund 1309. Sic *Leznerus.* — *PHILIPPVS.* — *IOHANNES.* — *LVDOVICVS* VIII. Ep. Camin. — *OTTO* VIII. † 1373. — *HERMANNVS* II. 1355.

## §. II.

# Tabula II. genealogica.

*ALBERTVS* III 1194 - - 1215.

*OTTO* III. tab. 3. — *LVDOVICVS* III. 1217 - - 1313. — *HERMANN9* I. 1250 - 1257. — *CONRADVS* III. 1213 - 1257. vx. *Ermentrudis*, filia Adolfi Comitis Daſſelenſis. — *DITERIC9* † 1256. vx. filia Erneſti III. C. de Gleichen. — *Albertus* IV. 1224 - 1257. — *Fridericus* 1234. 1257. — *Chriſtianetta* nupta Iohanni Domino de Pleſſe. — *IOHANNES* captus in praelio a. 1262. 1263.

*Gerhardus* 1275 Suſpicor eum fuiſſe Archiepiſcopum Mogunt. — *Ludouicus* IV. 1276 1328. — *Iohannes.* (of Ludovicus III)

*Ludouicus* IX. (of Ludouicus IV)

*Henricus* 1223. 1225. — *Otto* Can. Hild. 1259. 1266. (of Hermann9 I)

*CONRADVS* V. 1265-1295. — N.N. 2. — *OTTO* IV 1224. (of Conradus III)

*OTTO* VI. 1163. 1278. — *Wislaus.* Can. Camin. — *Mauritius.* Can. Camin. — *Bernhardus* Can. Camin. (of Ditericus)

*FRIDERICVS* 1313. — *HENRICVS* 1295. 1308. (of Conradus V)

Filia N. N. nupta Simoni C. de Lippe. (of Fridericus) — *ALBERTVS* VI. — *Widekindus* Praep. Hamel. 1292. 1321. — *LVDOVICVS* VII. 1305 - 1318. — *HERMANN9* III. 1321. — *Agnes* nupta 1308 Erneſto Duci Brunsu. — *Iutta* nupta Ottoni C. de Lutterberge. (of Henricus)

*Fridericus.* — *Hermannus* IV Can. Hild. 1365. 1376. — *Bernhardus* 1377. (of Hermann9 III)

§. III.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

§. III.

# Tabula III. genealogica.

*OTTO* III.
1221 - 1265.

*Waltherus*, Præp. S. Bonifacii Hamel. 1245. | *Conradus* VI Can. Traiect. 1245. | *ALBERTVS* VII, 1245. | *OTTO* IX 1280-1313. vx. Lutgardis filia Meinhardi C. de Sladem. | *Mechtildis* Canonica Gandersh. 1281.

*HERMANNVS* V 1313-1336. | *Adelheidis*, vxor Gerhardi de Halremunt. | *OTTO* X a. 1308. Can. Hildesh. 1313-1336. Præp. Hamel. et Scholaſticus Hildesh. 1361.

*HERMANNVS* VI. 1379-1393. | *EBERHARDVS* 1379.

*Fridericus.* | *OTTO* XI. 1390. 1421. | *HERMANNVS* VIII. 1394. † 1423. Vx. *Ermengardis* filia Simonis C. de Lippe.

*Anna* nupta Simoni C. de Lippe. | *HERMANNVS* VII 1390 † 1402. Vx. *Iutta* filia Gerhardi C. de Hoia. | *Eliſabeta* a. 1418. nupta Ottoni Duci Brunsuic.

*OTTO* XII natus 1392. exſul 1409.

§. IV.

Comites ab *Eberſtenio* traxerunt cognomen, originem fortasſis ex Comitibus Eberſteinenſibus in Sueuia. Noui habitatores noua nomina locis imponere conſueuerant. *Eberſten* dicitur *Apri petra* (a) ex *Eber* ſeu *Ever*, apro. Suſpicatur *LEIBNITIVS*, (b) cognomen eſſe ex quodam *Eberhardo*. Sed ratio certa coniecturae eius non ſubeſt. Arx *Eberſtein* ſeu *Euerſtein* ſita eſt prope coenobium Amelunxbornenſe, haud procul a *Forſt*, et ſaltu Sollingano ac Vslaria. Mons, cui inaedificata, dicitur *Burgberg*. Munimenta praebuerunt arci foſſae copioſae et profundisſimae, numerus pontium et montis praerupta altitudo. Praedonum aliquando fuit ſedes oſtenditurque ibi locus *Beuteplatz*, partiendae praede olim deſtinatus. Quos vt infeſtarent Huxarienſes et Eimbeccenſes, obſidione eam, licet euentu irrito, cinxerunt. Iam anno 1364 Duces Brunsuicenſes loco pignoris dimidiam partem Eberſteini Dominis, de *Homburg* dictis, ceſſerunt. Vnde colligi poteſt, caſtrum illud tunc extitiſſe quodammodo ditionis Ducum Brunsuicenſium. In bello, quod a. 1420. Bernhardus et Wilhelmus Duces Brunsuicenſes contra Epiſcopum Hildeshemenſem geſſerunt, caſtrum *Everſten* ab Hildeshemenſibus igne deletum eſt. (c) Poſthaec illud inſtauratum et a nobilibus *de Ruſchenplaten* poſſeſſum. Quos inde, caſtro capto, a. 1434 Wilhelmus Dux excluſit et arcuit. (d) Comites Eberſteinenſes Saxonici cum Sueuicis confundendi non ſunt. Hoc ab auctoribus non ſemper obſeruatum eſſe, animaduertit *MEIBOMIVS*. (e) Ex Comitibus Eberſteinenſibus Saxonicis originem duxerunt *nobiles* quidam, *de Eberſtein* dicti, qui arcem *Bewra*, haud procul Hamela, incoluerunt. Progenies eorum quaedam quoque videtur genus peculiare conſtituiſſe, ab *Holtesminne* ſeu *Holtzmünda* dictum, vnde *Canonicae* quaedam noſtrae quondam adpellatae. Ad Comitatum Eberſteinenſem relata ſunt oppida *Brakel*, *Holtzminda*, *Polle*, *Ottenſtein*, aduocatia *Hamelii*, *Lüde*, caſtra et praefecturae *Forſt*, *Fürſtenberg*, *Ottenſtein*, *Ohſen*, *Grone*, *Arzen*, *Hindenburg*, *Alderſen*, (f) dimidiumque *Bodenwerderae*. Inſignia Comitum Eberſteinenſium fuerunt quondam *Leo argenteus in caerulea area*, *cui limbus purpureus eſt circumtextus.* Limbum omittit et capiti leonis auream coronam imponit vnus et alter ſcriptorum. Sigilla Eberſteinenſia adtuli in *tabula* XVII eiusque *figura prima.* Nunc inſignia Eberſteinenſia reliquis Ducum Brunsuico Lunaeburgenſium inſignibus con-

(a) *SCHANNATVS* in *Collect. I. Vindem. litterar.* p. 151.
(b) In *Introd. ad Scriptor. Brunsuic.* To. II. p. 47.
(c) *CHRONICON Luneburg.* p. 198. To. III. Leibn.
(d) *Hermannus CORNERVS* in *Chronico* To. II. Eccardi Corp. hiſtor. medii aevi p. 1341.
(e) In *Notis ad Chronicon Hermanni Lerbeccii Schaumburgicum* p. 536. To. I.
(f) *HAMELMANNVS* in *Genealogiis Comitum* p. 378. ſqq. et in *antiqua Weſtphalia* Opp. a. 1711 Lemgoviae edit. et L. II. de *familiis emortuis* p. 722.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coniuncta ſunt. Peculiare eſt ſigillum Conradi Eberſteinenſis, quod ex *HOFFMANNI Ehrenkleinod* Ven. Rehtmeierus et *Polycarpus LEYSERVS* (†) adferunt. Illud a nobis denuo datum in *tab.* XVII. *fig.* 2. Numos Eberſteinenſes nondum inueni apud alios, nec ipſe in eos incidi. Eſt tamen probabiliſſimun, Comites iura monetae adhibuiſſe.

§. V.

*Nobiles de Bevern* dicuntur a. 903 cum *Brunone* Comite Eberſteinenſi in terras Brunsuicenſes veniſſe. (a) Anno 928 *Comes quidam de Euerſtein* pias dedit eleemoſynas coenobio Corbeienſi in honorem S. Viti. (b) *HENRICVS BODO Cononem*, Ottonis Comitis Northeimenſis filium, reputat pro primo Comite Eberſteinenſi. (c) Beichlingenſis Comes is certe fuit. *LEIBNITIVS* (d) exiſtimat, a. 712. iam floruiſſe *Eberhardum* ſatorem Comitum Eberſteinenſium. Prouocat ea de cauſſa ad *Iohannem de Polda.* Sed hic duntaxat commemorat, (e) Bonifacium ſacro fonte tinxiſſe Everardum et Odegundinam, Comites, ex Widekindo Duce bellico Weſtvaliae natos, eosque vocaſſe *Bernhardum* et *Chriſtinam.* Sed addit, eos fuiſſe dictos *de Oſten*, et habitaſſe in loco, quo eccleſia Hamelenſis fuerit conſtructa ab eisdem improlibus. Ruit igitur ſua ſponte coniectura Leibnitiana. Anno 1106 ſacerdos *Wiscelinus*, oriundus ex oppido *Quernhameln*, divertit in caſtellum *Everſtene*, vbi nobilis Domina mater *Conradi Comitis* iuuenem illum aliquamdiu detinuit. (f) Matris illius maritum vulgo vocant *OTTONEM.* Filii ipſi tribuuntur *Conradus* I, *Ludouicus* I et *Otto* II. *CONRADVS* I anno 1100. Subſcripſit teſtis in coenobio Reinhuſano diplomati Adelberti Archiepiſcopi Moguntini, quod integrum edidit *Polycarpus LEYSERVS*, (g) a *LEIBNITIO* (h) truncatum. Ioannes Letznerus tradit, ipſum a. 1107 cum fratribus Ludouico et Ottone, ac Dominis de Arzen et nobilibus de Bevern in foro Hamelae tempore quadrageſimali elegantem ludum equeſtrem celebraſſe. Ipſe a. 1116 cum matre ſua in fraternitatem S. Viti Corbeienſem receptus, (i) obiit, ſi Letznero fides, nulla relicta prole. Fit eius adhuc mentio ad annum 1128 inter teſtes. (*)

§. VI.

*OTTO* II a. 1130 ab *ADOLFO* Comite Daſſelenſi, conſenſu Domini directi Wicboldi Abbatis Corbeienſis, emit caſtrum et praefecturam *Fürſtenberg* ſeu *Forſtenberg* et partem ſaltus *Sollingani* feudique loco ab Abbate memorato tenuit. (k) Obiiſſe fertur a. 1146, liberis relictis *Eliſabetha*, *Anna*, *Alberto* et *Wilberto.* Inuenio eum ad annum 1128 inter teſtes. *Eliſabetam*, perhibent, nupſiſſe Simoni II Comiti Lippienſi. *Annam* adiungunt marito Diterico Comiti Daſſelenſi, defuncto a. 1187. *Albertus* I ſubſcripſit diplomatibus anno 1155, (l) 1163, (m) 1170, (n) 1173. (o) Anno 1156 adfuit, quum Imperator *FRIDERICVS* in arce *Bommenburg* coenobio Hilwardeshuſano, dicto nunc *Hilbrechtshauſen*, inſignia conferret priuilegia, et priſtina a Conrado III impertita confirmaret. Multis annis *Albertus* ſeu *Adelbertus* terram *Weſtere* poſſedit, iure pignoris ab Eccleſia Fuldenſi adquiſitam, donec anno 1170 in ipſis Francofurtanis comitiis *Burchardus* Abbas Fuldenſis eam redimeret. Diploma edidit *Polycarpus LEYSERVS* (p) et Abbatis et Friderici I Imperatoris, redemtionem confirmantis. In priori Diplomate occurrunt

(†) In *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium in Saxonia* p. 94.
(a) *LETZNERVS* in der *Corbeyiſchen Chronica* fol. 87. repetito col. a. ed. 1693. fol. Leipzig (Hildesheim)
(b) *ANNALES Corbeienſes* ad c. a. p. 300. To. II. Leibn.
(c) To. III. Leibn. p. 721.
(d) In *Introduct. ad Collect. Scriptor. Brunsuic.* p. 47. To. II.
(e) In *Chronico Hamelenſi* p. 509. To. II. Leibn.
(f) *LERBECCII Chronicon Comitum Schawenburg.* p. 498. To. I. Meibom.
(g) In *hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 17. ſqq.
(h) To. I. *Script. Brunsuic.* p. 705.
(i) *ANNALES Corbeienſes* ad c. a. p. 306. To. II. Leibn.
(*) *SCHATENIVS* P. I. *Annal. Paderborn.* p. 719.
(k) *IO. LETZNERVS* in *Chronico Daſſelenſi* L. I. c. 7. fol. 7. et c. 9. ſqq. L. VII. c. 5. ſqq. et in *Chronico Corbeienſi* fol. 87. a.
(l) *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 184.
(m) *SCHATENII Annales Paderborn.* P. I. L. IX. p. 821.
(n) In Diplomate *FRIDERICI* I Caeſaris apud *LEYSERVM* l. c. p. 24. ſq.
(o) *SCHATENIVS* l. c. p. 838. Subcripſit iam a. 1152. Diplomati Henrici Leonis, quem in Weſtvaliam ſecutus erat, ſi fides *STANGEFOLIO Annal. Weſtphal.* L. III. p. 105.
(p) Loco ſaepius laudato p. 22. ſqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

currunt quoque miniſteriales *Wilhardus* et *Heroldus* frater eius (*) *de Ebirſtein.* Adelbertus matrimonium contraxit cum vnica filia et herede nobilium Dominorum de Arzen, et ita dominium Arzen cum Comitatu ſuo coniunxit. Tenuit ab eccleſia Ganderſemenſi aduocatiam in *Helen.* Obiit a. 1278, ſepultus in choro templi Amelunxbornenſis, vbi paullo poſt vxor latus ipſius clauſit. Genuit vterque *Wilhelmum*, *Mauritium*, *Bodonem* et *Albertum* II.

## §. VII.

*Wilhelmus* deceſſiſſe fertur ſine prole. *Mauritius* ab Henrico Leone caſtrum *Ottenſtein* in feudum ſuſcepit. Vxore gauiſus eſt *Bertheidem de Fedden*, quae obiit a. 1197. Quo anno et ipſe fato conceſſit, ſepultus cum vxore in coenobio Amelunxbornenſi. Filium habuit *Albertum* III. *ALBERTVS* II comitem ſeſe a. 1180 praebuit Philippo Archiepiſcopo Colonienſi, bellum Henrico Leoni inferenti et Brunsuicum obſidenti. Qua occaſione teſtimonio ſuo roborauit immunitatem a telonio Nuſſienſi de vino perſoluendo, quam idem Philippus monaſterio Corbeienſi indulſit, ad reſarcienda damna ab exercitu ſuo in bello memorato Corbeienſibus illato. (q) Anno 1184 interfuit diſſidiorum compoſitioni, quae inter Abbatiſſam Heriſienſem et ſorores in Gerden viguerant, quaeque a Conrado Archiepiſcopo Moguntino ſedata ſunt. Teſtis etiam ſubſcripſit Diplomati. (r) Eodem anno teſtis adſtitit, quum Conradus nobilis Dominus de Sconenberg in manus Archiepiſcopi eiusdem decimas Dietenrodenſes, in fauorem coenobii Reinhuſani reſignaret. Anno 1185 teſtis ſubſcripſit ceſſioni praedii in Oſſendorp, factae in manus Sifridi Epiſcopi Paderbornenſis et Conradi Abbatis Corbeienſis. (s) Eodem anno litteris Conradi Archiepiſcopi Moguntini teſtis ſubſcripſit. Anno 1186 interfuit transactioni et ſubſcripſit, quam Sigfridus Epiſcopus Paderbornenſis, ob litem coenobio Gerdenſi ab inſolenti quodam ſuae dioeceſeos viro motam, conflauit. (t) Anno 1190 Northunis ſeu Northenii fuit, quum Conradus Archiepiſcopus Moguntinus praedeceſſorum ſuorum Alberti ſenioris iuniorisque, et Henrici donationes, quas coenobio Hildewardeshuſano dederant, confirmaret. Adparet enim inter teſtes. (u) Duxit *Bertam de Freden*, ex qua ſuſcepit Albertum, ſi Letznero fides eſt. *BODO* vxorem ſecum ſociauit Comitis Wunſtorpienſis filiam, ex qua *Matildam*, *Conradum* et *Ludouicum* procreauit, auctore Letznero.

## §. VIII.

De *Mathilda* occurrunt fere nulla, memoratu digna. Videtur ea ad Canonicas noſtras referenda. *Conradus* II vixit adhuc a. 1244. Obiit improlis, ſepultus in coenobio Kemnadenſi. *Ludouicus* II, cognomento *Senior*, vxorem duxit de domo Bewren. Ex eo *Bevera* Comitatui Eberſteinenſi acceſſit. Ipſa peperit *Conradum*, *Henricum*, *Engelbertum* et *Ludouicum*. Maritus ſepultus eſt in coenobio Kemnadenſi.

## §. IX.

*Conradus* IV floruit adhuc a. 1283. Conradus hic anno 1262 cum Comite Swerinenſi eſt captus. (x) *Henricus* vixit adhuc a. 1277. Filia eius fuit *Agneſa*, vxor *ERNESTI* Ducis Brunsuicenſis, ſi Letznero, Büntingio et Ven. Rehtmeiero (y) fidem habemus. Sed infra occurret alia Agneſa vel potius Adelheidis. *Engelbertus* a. 1282 occurrit. (z) Vixit adhuc a. 1288. *Ludouicus* V, *iunior*, liberos reliquit *Auguſtam*, *Albertum* V, *Ottonem* VII et *Ludouicum* VI.

## §. X.

De *Auguſta* nil niſi nomen hucvsque notum. *Albertus* V dicitur egiſſe Praepoſitum eccle-

(*) Horum fortaſſis parens fuit *Henricus*, qui a. 1146. ſibi ſepulcrum parauit apud Corbeienſes. *ANNAL. CORBEIENSES* ad e. a. Wilhardum confundunt nonnulli cum *Wilberto* noſtro, qui a. 1148 teſtis adfertur in diplomate Henrici Archiepiſcopi Moguntini. *Henricum* quemdam Comitem Eberſteinenſem C. B. *BERTHOLDVS* habet ad annum 1166.

(q) *PHILIPPI* diploma in *SCHATENII* Ann. Paderborn. L. IX. P. I. p. 853. Ad annum 1181 occurrit apud *HEINECCIVM Antiqq. Goslar.* §. 11. p. 181.

(r) *SCHATENIVS* l. c. p. 865.

(s) - - - - l. c. p. 873.

(t) *IDEM* l. c.

(u) *LEYSERVS* l. c. p. 77. ſq.

(x) *CHRONICA S. Aegidii* p. 591. To. III. Leibn.

(y) In *Braunſchweig-Luneb. Chronica* p. 544.

(z) *LEYSERVS* l. c. p. 80.

eccleſiae cathedralis Hildeſienſis. *Otto* VII dicitur fratri ſucceſſiſſe in Praepoſitura. Sed ſuſpicor, Ottonem Praepoſitum fuiſſe Comitem Woldenbergenſem. (a) *Ludouicus* VI, Eques, vxorem habuit *de Warmeſtorf*. Dicitur periiſſe a. 1311. Liberos ei tribuit *LETZNERVS Adelheidem*, *Philippum*, *Iohannem*, *Ludouicum*, *Ottonem*, *Hermannum*. At vero adtuli ſupra p. 799. ad annum 1309 diploma Ottonis Comitis Eberſtenenſis, in quo memorat filios *Hermannum* et *Ottonem*, generumque *Gerhardum* Comitem Halremundanum. Vnde conligo, *Adelheidam* Ottonis IX fuiſſe filiam.

§. XI.

*Philippus* obiit admodum iuuenis. *Iohannes* fere ignoratur. *Ludouicus* VIII fertur Epiſcopatui Caminenſi in Pomerania praefuiſſe. *OTTO* VIII a. 1373 die S. Iacobi ad Leveſtam in praelio, inter *MAGNVM Iuniorem* Ducem Brunſuicenſem ac Ottonem Comitem Schauenburgenſem commiſſo, occubuit. (b) *Hermannus* II vixit adhuc anno 1355. Adtribuitur ei a nonnullis filia *Eliſabeta*, quae Ottoni Duci Brunſuicenſi nupſit, Sed haec fuit filia Hermanni VIII.

§. XII.

*ALBERTVS* III, filius Mauritii et Bertae de Vreden, memoratur inter teſtes annis 1194, (c) 1198, (d) 1212. (e) Fuit Aquisgrani a. 1198. 4 Non. Iulii, quo *OTTO* IV Imperator coronabatur, litteriſque ſubſcripſit, quibus *Adolphus* Colonienſis Archiepiſcopus cum Wedekindo Abbate Corbeienſi foedus initum confirmauit. Anno eodem, 9 Aug. teſtium in numero ſubſcripſit litteris Imperatoris Ottonis IV, queis heic Widekindo Abbati memorato ſaltum Solinganum donaſſe traditur. Anno 1212 addictus fuit Ottonis IV miniſterio (f) eumque in expeditionibus bellicis ſecutus eſt. (g) Hac occaſione multum aeris alieni fertur contraxiſſe, quo preſſus arcem *Ottenſtein HENRICO* Comiti Pirmontano oppignorauit, cuius poſteri eam ad annum vsque 1533 retinuerunt, (h) quo eam Henricus Iunior Dux occupatam Hermanno de Malsburg, Platoni de Helveſſen et Adriano de Steinberge legionario huiusque filiis Auguſto et Adriano incolendam dedit. His defunctis, poſſeſſio arcis ad Duces rediit. Eodem tempore Albertus III arcem *Ohſen*, ad Viſurgim ſitam, Friderico Comiti Spigelbergico oppignorauit, cuius poſteri eam vsque ad annum 1538 tenuerunt, quo Ericus Dux Brunſuicenſis illam inuaſit ſuaeque ditioni adiecit. Circa idem tempus vendidit, reſeruato ſibi redemtionis iure, nobilibus *de Aſſeburg* dimidiam partem arcis *Hinnenberg* ſeu *Hindenburg*. (i) Numos hoſce, ex oppignoratis arcibus conlectos, Albertus *OTTONI* IV impendit, qui ſubinde ipſum vana reſtitutionis ſpe lactabat. Quum nil recipere poſſet, animum induit hoſtilem, et Friderici II partes, a quo Conradus Archiepiſcopus Magdeburgicus ſtabat, acriter defendit. A. 1215 Vlmae adfuit commilitonibus et amicis Friderici II, cuius diplomati, quo priuilegia coenobii Lorchenſis confirmata ſunt, teſtimonium accommodauit (k) ad 13 Kalendas Iulii. Anno eodem, 3 Id. Sept. Herbipoli teſtis ſubſcripſit confirmationi priuilegiorum, quam coenobio Walckenredenſi Fridericus idem impertiuit. (l) Mortuo Ottone, *ALBERTVS* III nondum ſatis voluptatum ex vindicta percepta habuit; ſed potius ab Aſſeburgiis adiutus terras Brunſuicenſes vexauit et depraedatus eſt.

§. XIII.

Filii ipſius fuerunt *Theodorus* ſeu *Theodoricus*, *Conradus* III, *Albertus* IV, *Fridericus* et *Hermannus* I, *Otto* III, *Ludouicus* VI, *Iohannes*; filia *Chriſtianeta*. Conradus cum fratribus, neſcio quibus, anno 1129 Bodonem nobilem *de Homborg* occidit. (m) Ludouicum vocat *Ludolfum IOHANNES de POLDA*, Canonicus et ſcriptor eccleſiae Hamelenſis.

(a) Albertum non invenio in *Catalogo Praepoſitorum Hildesheimenſium*. *OTTONEM* Comitibus Woldenbergicis adnumerat Catalogi illius auctor D. *Conradus Bertholdus BEHRENS* p. 26. ſqq.
(b) *CHRONICON LVNEBVRG.* p. 187. To. III. Leibn. *HERMANNVS de LERBECKE* in *Chronico Comitum Schauenburg.* p. 518. To. I. Meibom. et *MEIBOMIVS* in *Notis* ad hunc locum p. 546.
(c) *SCHATENIVS Ann. Paderborn.* P. I. L. IX. p. 901.
(d) - - - - l. c. p. 916.
(e) *IDEM* p. 922.
(f) *CHRONICON Magdeburgenſe* apud Andream Hoppenrodium im Stammbuch p. 32. ed. 1570.
(g) *LEZNERVS* in *hiſtoria MSta Comitatuum in terris Brunsuico-Luneburgenſibus* Lib. IV.
(h) *HAMELMANNVS* in *genealogiis et familiis Comitum* &c. p. 579.
(i) *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* P. III. c. 27. p. 495.
(k) Apud *Martinum CRVSIVM Annal. Sueuic.* Dodecade III. p. 3. ed. Francof. 1596.
(l) Apud *LEVCKFELDIVM* in *Antiqq. Walckenred.* p. 369.
(m) *ENGELHVSIVS* p. 510. To. II. Leibn.

melenſis. (n) *OTTO* III ſubſcripſit diplomati Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis a. 1221. (o) Fuldenſes a. 1224 eidem dederunt aduocatiam pro defenſione bonorum, quibus vtebantur Canonici Hamelenſes. (p) Anno 1235 compoſuit concordiam cum Ducibus Brunsuicenſibus, haud ſecus ac frater Conradus. (q) Anno 1240 emit ab *Aſchwino* et *Henrico* fratribus de *Steinberge* reditus annuos ex ſalinis Hemmendorfenſibus, quos, ab Hermanno Abbate Fuldenſi per nexum feudi poſſeſſos, ipſis antea per ſubinfeudationem conceſſerat. A. 1257 *Otto*, *Ludouicus*, *Hermannus*, *Conradus*, Praepoſitus *Albertus*, Praepoſitus *Fridericus* fratres coenobium Mariengartenſe ab eccleſia Siboldeshuſana liberarunt. (r) Anno 1259 Abbas, Praepoſitus, Decanus ac totum coenobium eccleſiae Fuldenſis (*) vendiderunt dominium, ius, et poſſeſſionem eccleſiae Hamelenſis, ob loci interuallum ſatis disiunctum et nobilium malitiam, Widekindo Comiti Hoyenſi, tum Epiſcopo Mindenſi, 500 marcis examinati argenti. Venditione comprehenſum eſt oppidum quoque Hamelii, foſſa, vallo et diuitiis inſtructiſſimum. Praeterea eidem vendiderunt Epiſcopo iam memorato *aduocatiam*, quam Comites Eberſteinenſes tenebant in eccleſiam Hamelenſem. Vt nequis intercederet contractui, Abbas cum ſuis petiit a Capitulo, ciuibus et aduocatis Hamelii conſenſum in hanc venditionem. Formulam petitionis, ad ciues ſolos directam, produxit *LERBECCIVS*. Conſenſum detrectarunt ciues a Comitibus Eberſteinenſibus impulſi, et Comites ipſi. Hinc bellum ingruit in Hamelenſes. Acceſſit enim armatus Epiſcopus Widekindus. Occurrerunt refractarii prope Munderam haud procul a villa *Zedemunde* (**) ſeu *Dedemunden*, quae inter Hachmühlium et Hamelſpringam ſita in ruinas ſubſedit. Pugnatum ibi vtrimque conlatis ſignis die S. Panthaleonis. Victoriam reportauit Epiſcopus, occiſis hoſtium permultis, pluribus ipſoque Comite Mindam in captiuitatem abductis. Memoriam occiſorum Hamelenſes quotannis eodem die devotis vigiliis Miſſisque celebrarunt. Ita Hamelenſes et ipſi Comites a. 1265. in die S. Dionyſii pacem inuiti pepigerunt cum Epiſcopo Mindenſi, et quidem hiſce legibus, 1) vt vrbi ipſi ſingula (†) priuilegia, quibus fruebatur ſub Abbatibus Fuldenſibus, perſtarent inuiolata: 2) Comites Eberſteinenſes aliique eccleſiae Fuldenſis clientes fiduciarii ab Epiſcopo Mindenſi feuda ſua reciperent eidemque ſacramenta fidelitatis praeſtarent: 3) *Camerlingi* et *Litones* eccleſiae Hamelenſis in poſterum, vt antea, Praepoſito Hamelenſi fidelitatem exhiberent: 4) Comites et Ciues Epiſcopum ſolemni modo reciperent, ac in eius manus omne ius proprietatis dominii, quod Abbatum Fuldenſium fuerit, reſignarent: 5) Ciues non deberent prius ſacramentum, ſubiectionis documentum, praeſtare, quam Archiepiſcopus Colonienſis et Epiſcopus Monaſterienſis definiuerint, vtrum Epiſcopo an Aduocatis potius ſacramentum ſit nuncupandum. Vtri per eorum ſententiam id fuerit decretum, eidem id ſeſe praeſtituros; ſin minus, receptam conſuetudinem retineri, ita tamen, vt Epiſcopus et Vrbs, ſubortis forte periculis, mutuum ſibi praeſtarent auxilium: 6) Vrbs *Hamelii* gauderet eisdem, ac vrbs Mindae, vectigalium immunitatibus: 7) Epiſcopus et eccleſia Mindenſis ciuitatem Hamelii ne venderet Ducibus Brunsuicenſibus: 8) Epiſcopus et eccleſia, Mindenſes, Comites et Ciuitas Hamelii ſibi inuicem, vrgente neceſſitatis telo, ſuccurrerent. In has conditiones vtrimque conſenſum. Compacto interfuerunt: *Conradus* Comes Eberſteinenſis, *Widekindus* nobilis aduocatus de Monte, *Gerhardus* Decanus, *Ludoldus* Scholaſticus, *Ludolfus* Archidiaconus

(n) Pag. 510. To.II. Leibn.

(o) *SCHATENIVS Annal. Paderborn.* P.I. L.X. p. 988.

(p) *IOANNES de POLDA* l. c. et To. III. Menck. p. 523.

(q) Fragmentum diplomatis apud *LETSERVM* l. c. p. 31. Otto III a. 1237. teſtis ſubſcripſit diplomati Hermanni I Abbatis Corbeienſis, quo officium in Houſched contulit hic eccleſiae in Aroldeſſen. *PAVLLINI* in *Notis ad decretum Synodi Moguntinae* p. 523. Syntagm. rer. Germ.

(r) Diploma habet *LETSERVS* l. c. p. 31. 32.

(*) Hamelium Fuldenſibus a Carolo M. fuiſſe donatum, refert *WATENSTEDIVS* in *Chronico Mindenſi* p. 27. ed. Paullini 1698. *DIPLOMA* Caroli Magni ipſum exhibuit *SCHANNATVS Tradit. Fuldens.* n. XLIII. p. 23. Idem donauit Fuldenſibus quoque vicinum Hamelnburgum. *IDEM* l. c. n. LI. p. 27. *ECCARDVS* e contrario putat, diplomata haec eſſe vitioſa, et *Hamelnburgum* Epiſcopo Wirciburgenſi fuiſſe donatum.

(**) *WATENSTEDIVS* l. c. p. 27.

(†) - - - - l. c. p. 28. tradit, Hameliam id tum obtinuiſſe, vt ſemper eſſet ſecunda a cathedrali Mindenſi, ob reverentiam antiquitatis; vt ſine vilius interuentu ſubeſſet Epiſcopo; vt bona eius libera forent ab omni aduocatorum moleſtia et infeſtatione.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conus Ohſenſis, *Ludolfus* Cantor, *Wedego* Praepoſitus S. Martini Mindenſis, *Conradus* Praepoſitus S. Iohannis, *Bruno* de Spenthove, *Iordanus* de Callendorp, Albertus Sprik, Bernhardus ab Hervordia, Arnoldus de Seinna, Florentius dictus Boleman, Arnoldus Reike Canonici et Praelati Mindenſes. Ex militibus et famulis vero Florentius Wigvinus, Conradus et Dietericus ab Vflen, Conradus praetor Hamelenſis, Henricus et Florentinus fratres de Dungerden, Bruno et Meinfridus de Spenthove, Bernhardus Truchſeſs, Henricus de *Lerbecke*, Hermannus ab Haddenſen, Iohannes de Berckhuſen et alii plures. Adfuerunt quoque ciues nonnulli Hamelenſes et Mindenſes. Hanc transactionem litteris mandauit *Chriſtianus Ludovicus Kotzebue*, (s) ex quo poſt *Polycarpum Leyſerum* ipſemet ſaepius profeci. Contractum eiusmodi celebratum eſſe, poſteaquam Dux Albertus *H*amelenſes a Iugo Mindenſium liberauerat, memoriae prodidit *Hermannus de Lerbecke*, rebus Mindenſibus addictiſſimus. Sed ſimulac momenta cauſſae expendimus et verum contractus tempus et ſummam; Lerbeccii narratio, quam ſupra in *ALBERTI Magni*, Ducis Brunsuicenſis, *Vita* ſecutus ſum, redditur improbabilis ac ſuſpecta. Hamelenſes, contractu inito, inducias impetrarunt, Epiſcopo ſperante, ipſos ſponte ſua ſeſe dedituros. Sed ſpei haud reſpondit exitus. Nam Comites et ciuitas Hamelenſis, rati, ſeſe compacto illo nimis praegrauatos, praeſidio *ALBERTI* Ducis Brunsuicenſis et Luneburgenſis ſeſe ſubmiſerunt, vt ab eo defenſionem perpetuam obtinere poſſent. Acceſſit e continenti Albertus cum 600 dextrariis phaleratis, ac cum praeclarae virtutis militibus Mindam, compulitque Epiſcopum et Capitulum ad reddendas litteras, queis venditionis contractus conſignatus erat, quo Fuldenſes oppidum Hamelii ad Mindenſem Epiſcopum transferre ſtuduerant. Quo facto, compoſitio ab integro inita, interuentu Abbatis Loccumenſis, Praepoſiti Mindenſis, et nobilis Advocati de Monte. (t) *OTTO* Comes eccleſiae Hamelenſi donauit aduocatiam in manſum vnum Verſettanum. (u) *LVDOVICVS*, *Ottonis* III frater, vendidit a. 1217 aduocatiam in *Honroder* Hamelenſi Capitulo, reſeruata redemtionis ſibi facultate. (x) A. 1243 conſenſit in fundationem coenobii Mariengartenſis. A. 1250 conſenſit in ceſſionem iuris eccleſiae in *Seboldeshuſen* translati in villam *Welderckeshuſen* ſiue coenobium horti S. Mariae. A. 1257 confirmauit cum fratribus ſuis liberationem coenobii Mariengartenſis et eius eccleſiae ab eccleſia Siboldeshuſana. A. 1276 cum filio ſuo Ludouico vendidit Capitulo Hamelenſi curiae Canonicorum Hamelenſium decimalis aduocatiam. (y) Hac occaſione ciuitas Hamelenſis, quae memoratam Advocatiam ex iure feudi a Ludovico acceperat, eandem a. 1276 ceſſit. (z) Venditionem eam Conradus V confirmauit. Curiae illius decimalis immunitatem et priuilegia expoſuit *Ludouicus* diplomate. (a) Confirmauit eam donationem a. 1281 8 Kal. Apr. *Volquinus*, Epiſcopus Mindenſis. (b) Acta a. 1307 et 1313 ad filium arbitror eſſe referenda. Filii ipſius fuerunt *Ludouicus*, *Gebhardus* et *Iohannes*. *HERMANNVS* I, Ludouici VII frater, conſenſit a. 1250 in ceſſionem iuris eccleſiae Sebeldeshuſanae translati in villam *Welderckeshuſen* ſeu coenobium Mariengartenſe. A. 1256 coepit cum fratribus ſuis exſtructionem coenobii Mariengartenſis. A. 1257 confirmauit vna cum fratribus ſeparationem coenobii Mariengartenſis eiusque eccleſiae ab eccleſia Siboldeshuſana. Idem ſubſcripſit Diplomati Hermanni Corbeienſis a. 1237. (*) Anno 1241 adfuit teſtis prope villam Northeim, quum fideiuſſio fieret de coenobii Polithenſis aduocatia. (**) Interfuit eidem fideiuſſioni quoque eius frater Conradus III.

*CONRADVS* III a. 1213 interemit *Bodonem*, nobilem Dominum de *Homborg* dictum. Praeferendum eſſe annum 1227, quo illa caedes facta, conligo ex formula compoſitionis, quam Conradus Epiſcopus Hildesheimenſis inter Comites Eberſteinenſes et filios occiſi Bodonis conciliauit. Conuenit vtrimque in haſce conditiones: 1) Comites Eberſtei-

(s) In hiſtoria MSta vrbis Quernhamelae.
(t) *IOHANNES de POLDA* l. c.
(u) Ottonis diploma annexum Iohanni de Polda p. 514. To. II. Leibn.
(x) *Iohannes de POLDA* p. 510.
(y) *IDEM* p. 513.
(z) *IDEM* l. c.
(a) *IDEM* p. 514.
(b) *IDEM* l. c.
(*) *Syntagma PAVLLINI* p. 408.
(**) In *LEVCKFELDI Antiqq. Poeld.* p. 51.

ſteinenſes debebant impenſas ſuppeditare, quibus 5000 miſſae totidemque vigiliae pro *anima Bodonis* decantari, et fraternitas mortuo in quinquaginta coenobiis obtineri, poſſint. 2) Eidem Comites debebant intra annum in coenobio Kemnadenſi altare conſtruere et ſacerdoti alendo ſumtus ferre, qui quotidie pro anima Bodonis miſſam decantaret: 3) Eidem debebant vnum militem ſuis impendiis mittere in ſubſidium terrae ſanctae eumque alere per annum: 4) Trecenti milites et armigeri eorumdem debebant ſeſe proſternere ad pedes filiorum *Bodonis* fratrisque *Bodonis* nec non *Theodorici de Hadenois* fratrumque *de Brake* dictorum *Werneri* ac *Bartholdi*: 5) Addebantur quoque ſummae pecuniarum et feuda Homburgenſibus tradenda: 6) Adiutores caedis, Comitibus exceptis, iureiurando ſe obſtringere debebant, eo quod Epiſcopatus Hildeſienſis terras intra annum intrare nollent. Omitto leges adiectas minores. (c) Anno 1222 *CONRADVS* decimas in *Oderikeshuſen* et *Martakeshuſen* Sigfrido Archiepiſcopo Moguntino reſignauit, vt eae coenobio Hildewardeshuſano donarentur. Inter teſtes reſignationis praeter alios occurrunt *Hermannus Comes* de *Waldenberch*, *Volquinus C. de Swalenberg*, *Hermannus de Vslaria*, *Rottencherus de Indagine*. (d) A. 1231 duos manſos, ad Holtesmindam ſitos, ſacello S. Annae Corbeienſi donauit Comes quidam Eberſteinenſis. (e) Conradus a. 1243 cum fratribus ſuis conſenſit in aedificationem coenobii Mariengartenſis. Ipſe cum fratre Hermanno a. 1241 Walkenredenſibus nonnulla confirmauit. (*) A. 1244 adfuit teſtis, quum Eberhardus Abbas Northeimenſis ab *Erneſto Vslarienſi* dimidium decimae Northeimenſis emeret. Anno 1250 quartam partem decimarum, Tiſchenrodenſis et Herſenrodenſis, coenobio donauit Reinhuſano, remunerationis aeternae gratia. Omnia enim tunc erant venalia, coelum, Chriſtus et altaria. Eodem anno ratam habuit *ADOLFI ſenioris* Comitis Daſſelenſis donationem, quae complectebatur duos manſos prope Colenfeldiam. Tum quoque conſenſit, vt ius, quod erat eccleſiae Siboldeshuſanae in villam *Wederekeshuſen*. Conradum noſtrum a. 1256, iuſſu Alberti Magni, Ducis Brunsuicenſium, ſuſpenſum eſſe, referunt auctores variorum Annalium. (f) At vero *LEYSERVS* (g) diploma adtulit ad annum 1257, quo *OTTO*, *Ludouicus*, *Hermannus*, *Conradus*, *Albertus* et *Fridericus* fratres eccleſiam Mariengartenſem ſepararunt ab eccleſia Siboldeshuſana. Licet igitur *MEIBOMIVS* quoque (h) pro Conrado Tidericum eſſe ſubſtituendum neget, reſpectu ſuſpenſionis; non tamen ei accedere poſſumus. Nolim auctori *Chronici rhythmici* denegare, qui accuratisſime omnium hiſtoriam ſuam hoc tempore exſequitur. Suſpicor proinde, Ditericum a. 1256 et Conradum, eiusdem ſocium, a. 1257 vel 1258 ex arbore eſſe ſuſpenſum. Conradi vxor vocatur *Ermentrudis* Adolfi ſenioris, Comitis Daſſelenſis filia, ex qua ipſe quatuor ſuſcepit filios, quorum nonniſi *Conradus* et *Otto* ſunt noti.

*DITERICVS*, *Theodorus*, *Theodoricus*, *Tydericus* Conradi III frater, anno 1256 ex ferocia iuuenili Gerhardum Archiepiſcopum Moguntinum incitauit in Albertum Magnum, Ducem Brunsuicenſem, oppugnando Aſſeburgo intentum, vt Aſſeburgios obſidione liberaret. Cauſſam ſimultatis praebuerant impenſae, a patre Alberto III factae, in gratiam Ottonis IV, quae nondum perſolutae fuerant. Vt igitur debita illa exigeret et Aſſeburgios eriperet, cum Archiepiſcopo, Comite Beichlingenſi, quamplurimisque equitibus et nobilibus prouinciam Gottinganam, quam vocant *ober wald* i. e. *vltra ſiluam*, nulla belli denuntiatione praemiſſa, hoſtili ac nocturna inuaſione depraedatus, incendiis et maleficiis vexauit. *Willikinus* a *Kerſtlingerode*, (†) praeſes ab Alberto Duce datus illi

(c) *Polycarpus LEYSERVS* l. c. p. 52. 53. 54.
(d) *IDEM* l. c. p. 54. ſq.
(e) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1231. p. 310. To. II. Leibn.
(*) *LEVCKFELD. Antiqq. Walkenred.* p. 51.
(f) *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuic.* p. 137. a. To. III. Leibn. *HERMANNVS de LERBECKE* in *Chronico Comitum Schawenburg.* p. 511. To. I. Meibom. *FRAGMENTVM genealogiae Ducum Brunsv.* p. 19. T. II. Leibn. *MEMBRANA S. Blaſiana* p. 61. ibidem.
(g) *LEYSERVS* l. c. p. 22. 23.
(h) In *Notis ad Lerbeccium* p. 536.
(†) *LVBECVS* in *Hiſtoria MSta Northeimenſi* vocat eum *de Bodenhauſen*. Wilkini ſigillum, in cuius epigraphe legitur: S. WILKINI ADVOCATI IN GVTHINGE, et intus imago capitis gallinacei vel accipitrini, quale non conſpicitur in inſignibus Kerſtlingerodanis, adparet, exhibuit *Polycarpus LEYSERVS* l. c. in *Appendice* p. 97. ſq.

illi prouinciae, non valuit aperto Marte cum latronibus congredi. Idcirco colonos proximos per aeris Campani ſonitum conlegit, hoſtesque ſenſim regreſſos ſubſecutus villas Archiepiſcopi in Eichsfelda vsque ad territorium Erfurtenſe vaſtauit. Gerhardus et Ditericus, indignantes, vim vi compenſari, ope Erfurtenſium accita, Brunsuicenſes denuo perſequuntur. De quibus deſtinationibus certior factus *Wilkinus*, et hoſtes prope Ballenſtedium ſeu *Bolleſteden*, praedium quoddam monachorum Volkerodenſium, commorari, compertus, latuit iuxta *Aldenhauſen*, et, fortiſſimis quibusque de exercitu ſuo ſelectis, reliquam partem cum praeda in terram Gottingenſem dimiſit. Quo facto hoſtes nocturnas per inſidias tam feliciter adortus eſt, vt, ſtrage hoſtibus calamitoſiſſima inlata, Archiepiſcopum ipſum et Thidericum Comitem cum aliis bene multis caperet, qui primum quidem Gottingam ducti, poſtea Alberto Duci prope Aſſeburgum vel Brunsvigae tunc agenti, miſſi et traditi. *Thidericum* adminiſtri Ducales habebant pro perfido, et obtrectatore Ducis, et latrone, et ideo ſuaſerunt, vt in patibulo ad Aſſe erecto ſuſpenderetur pedibus conuerſis. Ita quoque factum. Comes in tertium vsque diem per varios cruciatus vitam ſuſtentauit. Poſtea, vt exemplo eſſet facinoroſis, diu pependit, donec Brunsuigae, quia Comes erat, honorifice ſepeliretur. (i) Archiepiſcopus Moguntinus, cuius *patruus* (k) fuit Conradus III, per annum Brunsvigae in cuſtodia fuit detentus, a qua, datis 8000 marcis, ſeſe tandem liberauit, quas a Richardo, fratre Regis Angliae, cupiditate regni Germaniae ducto, acceperat. Diterici vxor erat filia *Erneſti* III, Comitis Glichenſis Thuringi ex prima coniuge, ſoror Hermanni, qui euectus eſt ad Epiſcopatum Caminenſem a. 1254. Theodorici inter filios recenſentur *Otto* VI, *Wislaus*, *Maeritius*, *Bernhardus*, quos, patre miſerrime enecato, avunculus Epiſcopus ſecum recepit. (l) *ALBERTVS* IV, Ditericifilius, Canonicus primo Hildesheimenſis, poſtea Praepoſitus ad S. Bonifacii aedem Hamelenſem, denique Praepoſitus in monte S. Petri Goslariae. Annis 1243 et 1250 fuit quoque Praepoſitus S. Crucis Hildeshemii. Ad annum 1243 in Diplomate Conradi Epiſcopi Hildeſienſis occurrit inter Canonicos templi cathedralis.

*FRIDERICVS* fuit ſenior et theſaurarius eccleſiae cathedralis Hamelenſis, poſthaec in Praepoſitum electus. Electioni interceſſerunt Fuldenſes. Iuri igitur ſuo tum renuntiauit. Quo facto, denuo id officii reportauit a. 1224. (m) Anno 1257 confirmauit cum fratribus ſeparationem coenobii Mariengartenſis ab eccleſia Siboldeshuſana.

CHRISTIANETA nupſit Iohanni Domino de Pleſſe. IOHANNES Alberti III filius, quantum nouimus, natu minimus anno 1263 interfuit haſtiludiis Luneburgi, quae Albertus Dux edebat. Hic quum praeſentes certaminis ſocios rogaret, vt ſecum expeditionem aduerſus Henricum, Marchionem Miſniae, ſuſciperent, qui arces ab Alberto aedificatas deſtruxerat et in vigilia *conuerſionis Pauli* Iſenacum (n) vrbem expugnauerat; ſecuti ſunt *Henricus* Comes Anhaltinus, *Gunzelinus* III Comes Sverinenſis, *Iohannes* noſter et complures alii. Albertus, in Thuringia hoſte non reperto, Epiſcopatus, Numburgenſem et Merſeburgenſem, inuaſit. Henricus, Miſniae Marchio, Rudolfum Schenckium de *Vargel* praefecit exercitui et in Bohemiam ad auxilium Regis ſolicitandum profectus eſt. Ad 28 Oct. praelium decretorium prope vicum *Vicelin* ad Elſteram commiſſum ab hora ſexta matutina ad nonam. Brunsuicenſes fugati. Albertus Dux grauiter vulneratus et captus. Capti ſunt quoque *HENRICVS* Princeps Anhaltinus, *Gunzelinus* Comes Sverinenſis, et *Iohannes* Comes Eberſteinenſis, atque cum his XII Equites. Anno 1271 Comes quidam Eberſteinenſis cum ſuis Abbatem Fuldenſem Bertholdum in oratorio ſuo, Miſſae intentum, trucidauit. (*)

§. XIV.

(i) *CONTINVATOR Lamberti Schafnaburg.* ad a. 1256. p. 432. To. I. Piſtor. *MEMBRANAS, Blaſii* p. 62. To. II. Leibn. *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 366. To III. Leibn. *HERMANNVS de LERBEKE* in *Chronico Comitum Schawenburgenſium* p. 511. To. I. Meibom. *CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsuic.* p. 157. To. III. Leibn. *HAMELMANNVS* in Opere Geneal. et Hiſt. p. 379. *FRAGMENTVM genealogiae* p. 19. To. II. Leibn.

(k) *CONTINVATOR Lamberti* l. c.

(l) *MEIBOMIVS in Notis ad Lerbeccium* p. 535. To. I. rer. Germ.

(m) *IOANNES de POLDA* p. 510. To. II. Leibn.

(n) *HISTORIA de Landgrauiis Thuringiae* c. 61. p. 1331. To. I. Piſtor. ed. Struvii. *GEORGIVS FABRICIVS Orig. Saxon.* L. VI. p. 583. *CONTINVATOR Lamberti* ad a. 1263. p. 432. *PAVLVS LANGIVS* in *Chronico Citicenſi* p. 1180. ſq. To. I. Piſtor. *ALBINI Chronicon Miſenenſe* p. 386. *CHRONICA S. Aegidii in Brunswig.* p. 591. To. III. Leibn.

(*) *HISTORIA Landgrav. Thuring.* c. 67. p. 1333. To. I. Piſtor. ed. Struv.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

§. XIV.

*Gerhardus*, aliis Gebhardus, Ludouici III filius, fuit indubie Archiepiſcopus Moguntinus ille, qui cum patruo Conrado III infelici omine Albertum M. Ducem Brunsuicenſem prouocauit ac ad vlciſcendum laceſſiuit. *Ludouicus* IV a. 1276 cum patre cognomini curiae Canonicorum Hamelenſium decimalis aduocatiam capitulo Hamelenſi vendidit. A. 1310 Ludouicus *nobilis Domicellus, Ludouici filius*, Giſelero Praepoſito ac conuentui Wibbrechteshuſano dominium donauit in manſos duos prope Denckershuſen. Altero die poſt, pater Ludouicus donationem confirmauit. A. 1313 pater Ludouicus poſtridie SS. Philippi et Iacobi contulit tria loca coenobio Wibbrechteshuſano, molendinum et hortum fructiferum ac ius decimarum in Denckershuſen, eaque bona eum in finem cum ceteris Agnatis in manus Petri Archiepiſcopi Moguntini, veluti ſupremi Domini directi reſignauit. Ad Ludouicum IV haec trahenda eſſe, ratio temporis ſuadet. Filius donationem iuſſit eſſe ratam, itidem *Ludouicus*. A. 1328 coenobio Corbeienſi ceſſit ius ſuum in aduocatiam *Elroſſanam*. (o)

§. XV.

Tranſimus hinc ad filios *HERMANNI* I, nempe *Henricum* et *Ottonem*. Henricus a. 1223 Martio menſe apud Ferentinum teſtis ſubſcripſit Diplomati. Friderici II Imperatoris, quo eccleſia S. Crucis Northuſana in Canonicorum collegium conuerſa fuit. (p) Fit eius quoque mentio ad annum 1225. (q) *OTTO* dicitur fuiſſe Canonicus et Subdiaconus Hildesheimenſis. Anno 1259 teſtimonium adiunxit donationi, per quam Iohannes Epiſcopus Hildeshemenſis monaſterio Loccumenſi quatuor manſos et duo loca *Odelemii* donauit. Vitam dicitur adhuc degiſſe a. 1266.

§. XVI.

Inde diuertendum eſt ad filios Conradi III. Horum in numero poni video *Conradum* V, *Ottonem* IV et *duos* alios, quorum nomina nondum ſunt protracta. *Conradus* a. 1265 teſtimonium perhibuit conuentioni, Epiſcopum Mindenſem inter et agnatos Comites Eberſteinenſes oppidumque Hamelii initae. A. 1276 conſenſit in venditionem aduocatiae, quae ſpectabat ad curiam Canonicorum Hamelenſium decimalem, quamque obtinuerat Capitulum Hamelenſe a Ludouico III patre ac filio Ludouico IV. (r) Dedit autem et Conradus ſingulare confirmationis documentum, quod Ioannis Poldenſis Chronico Hamelenſi ſubiectum legitur. (s) *OTTO* IV perhibetur occurrere ad annum 1224.

§. XVII.

Progrediendum quoque ad *Diterici* ſuſpenſi progeniem. *OTTO* VI circa a. 1263 ad avunculum Hermannum, Epiſcopum Caminenſem, ſeceſſit in Pomeraniam, ibique, ſi *SAGITTARIO* fides, (t) Comitatum Neugartenſem adquiſiuit, dono ſibi datum ab illo (u) avunculo,* qui eum emerat. Ottonem noſtrum cum Ottone XII confudit *HAMELMANNVS*. (x) A. 1276 *OTTO* VI Camini ſubſcripſit diplomati, quo comprehenditur venditio, per quam Duces Pomeraniae transtulerunt vrbem et terram Colbergenſem in poteſtatem Hermanni Epiſcopi Caminenſis. (y) Anno 1278. 14 Kal. Iulii *Otto* quidam *domicellus*, *Comes de Euerſtein*, teſtis ſubſcripſit fundationi Parthenonis Colbergenſis. (z) Ottoni fratrem addit *SAGITTARIVS Wislaum*, qui fuerit Canonicus eccleſiae cathedralis Camminenſis. Cuius fide etiam *Mauritius* eodem ibi fuit loco. Idem de *Bernhardo* tenendum. Ceteri autem *THIDERICI*, rebellis ac ſuſpenſi, agnati ſupplices Alberto Magno Duci admouerunt preces, vt ipſis licuerit tuto verſari in patria.

§. XVIII.

---

(o) *ANNALES Corbeienſes* ad e. a. p. 310. T. II. Leibn.
(p) I. G. *LEVCKFELDI Antiqq. Blankenburg.* p. 98. ed. 1708. 4. Francofurt. et Lipſ.
(q) *SCHATENIVS Antiqq. Paderborn.* P. I. L. X. p. 1005.
(r) Vide Diploma ipſum p. 513. To. II. Leibn. ſcriptor. Brunsuic.
(s) Loco laudato.
(t) In *Hiſtoria de Comitibus Glichenſibus* L. I. c. 6. p. 57. ſqq. Conſentit Beniamin *LEVBERVS* in *Catalogo Comitum Sax.* p. 1995. ſqq.
(u) *Dauid CHYTRAEVS* in *Neuer Sachſen Chronica* P. I. L. I. p. 9. edit. Lipſ. fol. a. 1597.
(x) Lib. II. de *familiis emortuis Saxonicis*.
(y) Diploma exhibuit *Martinus RANGO* in *Pomerania diplomatica* p. 167. ed. 1707. Francof. ad Viadrum.
(z) *RANGO* l. c. p. 180.

## §. XVIII.

Quantum ad liberos *CONRADI* V pertinet, *Fridericus* a. 1313. ſubſcripſit teſtis donationi, coenobio Wibbrechtshuſano factae a Ludouico IV et filio. Filiam eius nupſiſſe Simoni, Comiti de Lippe, *KOTZEBVE* docuit, in *hiſtoria*, quam *de variis familiis* adornauerat, hucvsque tantum *manuſcripta*. *HENRICI* ſit ad annos 1295 et 1308 mentio. Nobilitauit eum matrimonium filiae *Adelheidis*, cum Erneſto Duce Brunſuicenſi contractum. (a)

## §. XIX.

Praeter eam Henricus genuit *Albertum* VI, *Wedekindum*, *Ludouicum* VII, *Hermannum* III, et *Iuttam*. Albertus dicitur deceſſiſſe improlis. Wedekindus fuit Praepoſitus S. Bonifacii Hamelenſis. Ludouicus a. 1309 donauit coenobio Mariengartenſi bona in *Wolcharderode*, ab Hermanno de Hardenberch ſibi reſignata. (b) Hermanni nudum exſtat hucvsque nomen. *Agneſa*, quae in ſigillo ſeſe *Adelheidem* vocat, a. 1322 nupſit Erneſto Duci Brunſuicenſi (c) et dotis loco marito partem Comitatus Eberſteinenſis adtulit. *Iutta* dicitur nupſiſſe Ottoni Comiti Lutterbergenſi, niſi confuſa ſit cum Iutta de Roſtorp.

## §. XX.

Hermanni III filii fuiſſe traduntur *Fridericus*, *Hermannus* IV et *Bernhardus*. Hermannus IV fuit Canonicus Hildeſienſis. Anno 1365 litteras ad eum et alios direxit Iohannes Epiſcopus Hildeshemenſis. (d) Bernhardus vixit a. 1376.

## §. XXI.

Ottonis III progeniem repraeſentat *tabula* III. §. 3. *Waltherus* fuit Praepoſitus S. Bonifacii Hamelenſis et a. 1245 conſentit in venditionem aduocatiae Vorſettenſis, Capitulo Hamelenſi a patre Ottone factam. *Conradus* VI fuit Canonicus Traiectenſis et a. 1245 in eamdem venditionem conſensit. *Albertus* VII tum quoque conſenſit. *Otto* IX dicitur in litteris a. 1280 *Comes de Eberſtein et Polla*. A. 1285 ad expianda ſua ſuorumque maiorum peccata donauit coenobio Loccumenſi dominium X manſorum iuxta Herdesrodam vniusque manſi prope Geſtorfium. Eodem anno teſtis ſubſcripſit, quum coenobium S. Godehardi Hildesheimenſe decimam in *Holdenrode* nobilibus de Elvede per feudum concederet. (e) Eodem anno *Otto* noſter, Conradus de Werberge et Conradus de Piſcina fideiuſſerunt, quum Decanus et Capitulum Simonis et Iudae Goslarienſe curiam clauſtralem ruinoſam *Meynero* Comiti Slademenſi eiusque vxori *Adelheidi* ad tempus vitae poſſidendam concederent. (f) Ao. 1397 *Otto* a Wernero Comite Lutterbergenſi tres manſos prope Iberam accepit. A. 1309 Otto donat quartam Dodenbrokae Henrico Comiti Swalenbergenſi eiusque ſorori Sophiae. (g) Inde ſigillum deſumſi Eberſteinenſe. Anno eodem coenobio Hildewardshuſano ius feudi in bona Vngeredenſia tradidit. A. 1313 interfuit donationi Ludevici agnati, qui coenobio Wibbrechtshuſano nonnulla bona impertiret. Vxor ei fuit *Lutgardis*, (h) quam arceſſunt e patre Meinhardo Comite Slademenſi, quod mihi ſit (*) vero abſimile. *Mechtildis*, et *Sophia*, fortaſſis fuerunt ſorores. Vtraque fuit Canonica Gandersheimenſis a. 1271. 1281. 1302.

## §. XXII.

*Hermannus*, *Otto* et *Adelheidis*, Gerhardi Comitis Hallermundenſis vxor, fuerunt liberi Ottonis IX. (i) Hermannus V interfuit a. 1313 donationi, quam Ludouicus IV impertiuit coenobio Wibbrechtshuſano. A. 1315, conſentiente fratre Ottone X, coenobio Corbeienſi tradidit tres manſos cum dimidio in campo Stahl, et ad montem poſitos. (k) Anno 1321 eccleſiae Romanae, ſupplex factus Iohanni XXII, ſacramentum

(a) *BOTHO* p. 376.
(b) Diploma dedit P. *LYSERVS* l. c. p. 59.
(c) *ENGELHVSIVS* p. 21. To. II. Leibn.
(d) *LYSERVS* l. c. p. 60. ſqq.
(e) - - - l. c. p. 45. ſqq.
(f) Diploma habet *LEVCKFELDIVS* ad *Antiqq. Poldens.* p. 303.
(g) Supra p. 799.
(h) Supra l. c.
(*) Quia Meynerus ſeu Meinhardus, Comes ille, filiam huius Ottonis vxorem habuiſſe, tradidit I. M. *HEINECCIVS Ant. Goſl.* L. III. p. 245. Ni alius Otto huc quadret.
(i) Supra p. 799.
(k) *ANNALES Corbei.* p. 313. To. II. Leibn.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum fidelitatis praeſtitit. (l) A. 1324 adfuit Hamelae praeſens, quum Iordanus Abbas Loccumenſis, bona Bodekenenſia cum Edeſtorpienſibus ad coenobium ſuum pertinenere, oſtenderet. A. 1336 ſubſcripſit diplomati, quo *ERNESTVS* Dux Brunsuicenſis aduocatiam Hamelenſem oppignorauit. (m) Otto X a. 1309 feria quinta ante Palmarum fuit cum patre, fratre, et adfine Gerhardo in caſtro Schwalenberg et conſenſit in donationem patris, qui Henrico et Sophiae ſorori, Comitibus Schwalenbergenſibus, quartam partem Dodenbrokae feudali nexu tradebat. (n) A. 1313 interfuit donationi, a Ludouico factae in vſum coenobii Wibbrechteshuſani. A. 1315 conſenſit in donationem, qua frater Hermannus tres manſos in coenobium Corbeienſe transtulit. (o) A. 1323 poſtridie S. Andreae Gerhardus Comes Hallermundenſis dimidium villae in Oldenhagen vendidit *Lutgardi* et filio *Ottoni*, Canonico aedis maioris Hildeshemenſis. A. 1324 cum fratre Hermanno Hamelae Otto fuit praeſens ob cauſſam antea commemoratam. A. 1336. fuit Praepoſitus Hamelenſis et circa Viti ſubſcripſit diplomati, cuius interuentu Erneſtus Dux Brunsuicenſis advocatiam Hamelenſem ciuitati Hamelenſi oppignorauit. (p) Anno 1347 iam fuit Scholaſticus Hildeſienſis eiusque mentio ad a. 1381 occurrit. (q) Suſpicandum, duos Ottones Scholaſticos in vnum fuiſſe transfuſos. A. 1361 pridie S. Viti teſtis fuit, Alberto Duce Brunsuicenſi Hamelenſibus iura et priuilegia confirmante. *Adelheidis* ſoror nupſit Gerhardo ſeniori, Comiti Hallermundano, (r) cuius ſigillum dedimus.

§. XXIII.

Hermannus V filios habuit *Hermannum* VI et *Eberhardum*. Vterque horum a. 1379 pridie S. Lucae iurati promiſerunt Hamelenſibus, ſeſe ciuitatem eorumque bona et colonos tuituros. A. 1386 Comes Eberſteinenſis, in monaſterio Corbeienſi cum aliis Comitibus conlocutus, librum bibliothecae ibidem donauit. (s) A. 1393 paciſcuntur Bodo Abbas Corbeienſis natus Comes Pirmontanus et Hermannus, nequis ſuam in caſtro *Holtzmindae* portionem vendat, oppignoret, aut quouis modo alienet. Hermannus vero mox totam arcem ab Abbate poſſidendam accepit. (t) Eberhardi fit mentio in promiſſione Hamelenſibus a. 1379 facta. Hermanno VI fuerunt filii *Fridericus*, *Otto* XI, *Hermannus* VIII.

§. XXIV.

*Fridericus* dedit Gerhardo de Ganderſem militi bona nexu feudali, ad Hekenbeke ſita, ab eccleſia Gandersheimenſi poſſeſſa. *Anna*, Friderici filia, nupſit Simoni, Comiti Lippienſi. *Otto* XI a. 1390 in caſtro Polla conuentum feudalem inſtituit, in quo Nobilibus de *Gladebeck* decimas Doringanas feudi loco dedit, conſenſitque, vt eaedem coenobio Fredelshemenſi donarentur. Cecidit in praelio prope Grone a. 1421, (u) vel a. 1422. (x) *HERMANNVS* VIII a. 1394, vt reciperetur (y) in fraternitatem coenobii virginum Otbergenſis, 4 dedit iugera in *Weſtorp*. A. 1403 ab Imperatore Ruperto Palatino proſcriptus fuit, eo quod Bernhardo Comiti Lippienſi aduerſus Henricum Ducem Brunsuicenſem auxilia adtulerat. (z) A. 1418 ceſſit terras ſuas genero Ottoni Ducibusque reliquis Brunsuicenſibus. A. 1423 ſine prole maſcula obiit. (a) Anno 1416 Bernhardus et Henricus Duces Brunsuicenſes S. Vito Corbeienſi nuncupaſſe feruntur, quod, ſi caſtrum Everſtein capturi eſſent, Friderico Abbati Corbeienſi tradere velint *Bevern*, *Sulbek*, *Luchtringen* et partem ſiluae Solling, eumque in quieta iurium ſuorum poſſeſſione relinquere. (b) *HERMANNI* VIII vxor fuit *Armgardis*

(l) *KRANZIVS in Metropoli* L. X. c. 5.
(m) Diploma Erneſti p. 516. To. II. Leibn.
(n) Supra p. 799.
(o) *ANNALES Corbei.* ad e. a. p. 313. To. II. Leibn.
(p) To. II. Leibn. p. 516.
(q) *BEHRENS* in *Catalogo Scholaſticorum* p. 75. ſq.
(r) Supra p. 799.
(s) *ANNALES Corbei.* ad e. a. p. 315. To. II. Leibn.
(t) Ibidem ad e. a. p. 316.
(u) *STADTWEGII Chronicon* p. 276. To. II. Leibn. *CHRONICA* S. *Aegidii* ad e. a. p. 595.
(x) *BOTHO* p. 399.
(y) *SWARTIVS* in *Chronico Otbergenſi* p. 227.
(z) *MEIBOMIUS* in *Notis ad Lerbeccium* p. 548. To. I. rer. Germ.
(a) *ENGELHVSIVS* p. 1140. To. II. Leibn. vbi per errorem legitur annus 1213.
(b) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1416. p. 317.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*dis*, (e) filia Simonis Comitis Lippienſis. (d) Ex ea ſuſcepit *Eliſabetham*, quae a. 1418, teſte patre Hermanno, *Ottoni Claudo*, Duci Brunſuicenſi et Luneburgenſi, nupta, marito hereditatem patris adtulit. Ottoni XI fautor B. C. *Behrens* tribuit filium Hermannum, defunctum a. 1398.

§. XXV.

Friderici filius *HERMANNUS* VII diu ſterili coniugio vſus *Iuttae*, quae erat ſoror Erici, et Iohannis Epiſcopi Paderbornenſis, filia Gerhardi Comitis Hoienſis, tandem a. 1390 Dominica Oculi pactum ea conditione iniuit, vt, ſi ſine herede maſculo vterque decederet, Hermannus VIII patruus ad vitae dies teneret caſtrum *Dringenberg*, Comitatus vero Eberſteinenſis Epiſcopatui Paderbornenſi accederet. (e) Verum Otto XII, anno 1392 infeliciſſimis auſpiciis natus, gaudia Epiſcopi Paderbornenſis perturbauit et exſtinxit. Decantatiſſimum Ottonis eſt facinus, quo Henricum Dominum Homburgenſem (f) a. 1409. 25 Nou. in feſto S. Catharinae temploque monaſterii Amelunxbornenſis occidit, ſe ſublevatione converſurum, tinniente campanula, ad adorandum Chriſtum Dominum ſub ſpeciebus panis et vini. Sicam enim in Henrici, ſtantis in oſtio templi, viſcera ita adegit, vt emicans et proſiliens de vulnere ſanguis largiter parietes templi perfuderit. Ipſe Otto ſtatim in fugam ſeſe coniecit. Henricus autem exſanguis conruit, et in ipſo propemodum veſtigio templi vitam amiſit. Paries diu poſthaec cruore refudauit. Sesquiſaeculo elapſo, et vltra, in memoriam caedis tabula, facti index, in templo Amelunxbornenſi ſuſpenſa eſt, cuius auctor melior fuit orator quam hiſtoricus. En inſcriptionem, non vno errore laborantem: *Attendite poſteri! vt exſecremini factum, quo vix atrocius ſol vidit. Henricus cecidit. Herimannus cecidit. Quantus inde ſuperis planctus et averno iubilus! Anno ſiquidem* MCCCCXLV *Henricus nobil. Dom. de Homburg noſter benefactor in hac ſacra aede, a propinquo ſuo Sigfrido de Homburg ad maiorem Dei gloriam in honorem glorioſae ſemper Virginis beatiſſimae Mariae liberaliter conſtructa, in ipſo templo, in facie populi, Dei, omniumque Sanctorum, ob rem leviculam, ab Herimanno Comite de Everſtein nefarie occiſus eſt. Sic Henricus obiit, et cum eo gens Homburgica; ita Herimannus etiam abiit: ille, quod ſperamus et optamus vniuerſi, ad ſuperos; hic, quod auerſamur et execramur ſinguli, ad exteros, profugus nunc et inſtabilis, vti Cain. Portat enim accuſatorem, iudicem, teſtem et tormenta ſecum in pectore. Vtrique tamen precabimur: illi, vt anima eius quieſcat in pace; huic, vt anima eius veniat ad pacem, expiato grandi hoc crimine, quo religioſum hunc locum foedauit et diffamauit turpiter. Orate pro vtroque.* At, quaenam tanto homicidio fuerit cauſſa, quaeris. *LETZNERVS* refert, patrem Henrici necem intuliſſe Comiti cuidam Spigelbergenſi, Eberſteinenſibus proxima affinitate iuncto in caſtro Lauenſtein caſtrumque Spigelberg incendio deleſſe. Addit idem lites continuas de iurisdictione in templum Amelunxbornenſe. Putauerim vero, Letznerum haec ex fama incerta vel coniectura ſua adſecutum eſſe. Alii coniiciunt culpam in liticulas exigui momenti, quas tamen vel ignorant vel perperam tacent. Otto certe confeſtim Comitatu deiectus eſt partemque eius tum adquiſiuit Bernhardus, Dux Brunſuicenſis. (g) Confugit eam ob cauſſam reus in Pomeraniam, vbi dudum Comites Eberſteinenſes tenebant dominium Neogartenſe. (h)

§. XXVI.

P. *LETSERVS*, cuius veſtigia heic veneratus ſum et verba ipſa ſaepius retinui, edidit Diploma, (i) quod, ab Abbatiſſa Gandershemenſi profectum, Canonicam oſtendit *Mechtildem*, ex Comitibus Eberſtenenſibus procreatam. En illud:

„MARGARETHA Dei gracia Ganderſemenſis Eccleſie Abbatiſſa. *Mechtildis* Pre„poſita. *Luckardis* Decana, totusque conuentus eiusdem Eccleſie. omnibus Chriſti fi„delibus hanc literam inſpecturis. ſinceram in Domino caritatem. Preſentis ſcriptite„ſtimo-

(c) *HERMANNI DIPLOMA* in *Beylagen des Faſciculi etlicher in der Hildesheimiſchen Sache abgefaſſeten Schrifften* N. 44. p. 156. ed. Luneburg. 1637.

(d) *LETSERVS* hoc probat ex notatis a Kotzebuvio.

(e) *Alb. KRANTZIVS Metrop.* L. X. c. 50. p. 292.

(f) *ANNALES Corbeienſes* ad e. a. p. 317. To. II. Leibn.

(g) *CHRONICON Luneburg.* p. 196. To. III. Leibn.

(h) Probat hoc ex eo P. *LETSERVS* l. c. p. 42. quod in *Diplomate* ad a. 1354. apud *MARTINVM RANGONEM* in *Pomerania diplomatica* p. 213. ſignificetur, Comites Eberſteinenſes iam tum fuiſſe Dominos Neogartenſes.

(i) In libro laudato p. 47. ſqq.

ſtimonio notum facimus vniuerſis. quod nos communi conſenſu noſtri Capituli Dño"
Heinrico Prepoſito et Conuentui ſororum b. Marie Magdalene in *Vrankeneberch* Goſla-"
rie et eorum eccleſie II manſos in *Kerknowen* nobis vacantes. cum II areis et attinen-"
tiis vniuerſis. uidelicet agris. ſiluis. paſcuis atque pratis. et proprietatem pariter bo-"
norum eorundem. libera voluntate contulimus propter Deum in perpetuum poſ-"
ſidendos. hoc adiecto. quod idem conuentus in Vrankeneberch noſtro collegio pia"
fraternitate impenſa ipſum participem efficiat bonorum omnium. que apud ſe fieri"
ſueuerant. Preterea nos Abbatiſſa conſenſu fauorabili predictorum inſcripſimus. quod"
idem conuentus in Vrankeneberch obitus noſtri diem trigeſimum ſingulos anniuerſa-"
rii noſtri dies in vigiliis et miſſis memoriter agere debeant annuatim. et qui Prepoſi-"
tus ibidem fuerit eiusdem loci Dominabus in anniuerſario noſtro de ſupra dictis bonis"
pro caritate *album fertonem* ſingulis annis dabit. Huius rei teſtes ſunt. *Metza* et *Greta*"
ſorores *de Bilſtein*. *MECHTILDIS de EVERSTEN.* noſtre Canonice. Thidericus"
Plebanus S. Georgii. Henricus de Paderborn. Herbordus de Dune. Iohannes no-"
ſter *Notarius*. Canonici et Bruningus noſter *aduocatus*. Vt autem hec perpetuam"
optineant firmitatem. nos preſentem literam noſtro et Eccleſie noſtre ſigillis fecimus"
roborari. Data *Ganderſem* anno Domini M°. CC°. LXXXI°. in octaua Epiphanie."

Ex ſchedis antiquis patet quoque, Comites Eberſteinenſes tenuiſſe ex beneficio eccleſiae Ganderſemenſis dimidium iuris patronatus et octo manſos in Hekenbeke, qũibus nobiles, de Ganderſem dictos, ſubinfeudauerant. Confer p. 897. ſupra. Sigilla duo adlata vides in *Tab.* XXVII. fig. 1. 2.

## CAPVT XIX.

## EMBIKE, EIMBECA.

Comitatus Embicenſis nomen obtinuit ab vrbe *Embeka*, quae olim caſtellum exſtitit *ad amnem* i. e. *am beke*. Comitatus Embicenſis ſaeculo vndecimo cum Catelnburgico fuit coniunctus. Theodoricus, qui Comitatum Catelnburgenſem tenebat et Iunior vocabatur, ad annum 1106 *Comes de Embike* (a) audit. Quare conferendi ſunt Comites Catelnburgenſes. Pars Embecae iam a Conrado III, ex hereditate *Vdonis Comitis*, Henrico Leoni poſterisque eius fuit adiudicata. Reliquam partem tenebant Comites Daſſelenſes vsque ad annum (b) 1267, quo eam Albertus Magnus, Dux Brunsuicenſis, ſui fecit iuris, ſi Bothoni credimus. Annum 1272 malunt *Annales Corbeienſes*. Theodericum iuniorem exſtitiſſe conditorem Eimbecae, vulgo referunt, (c) quod fortaſſis de monaſterio eſt exponendum. Tenuerunt Comites nonnulla praedia ab eccleſia Gandershemenſi in Odagſen, Drubere et circa *Salinas Inferni* i. e. Salz der Helden. Anno 1108 coenobium virginum Catelnburgenſe ac monaſterium S. Alexandri, quod Eimbecae originem ſuppeditauit, ad vmbilicum fuerunt perducta, opus ſuadente *Geſa* Comitis Alberti Catelnburgici vidua, Theoderici ſenioris matre, et inchoante eodem Theoderico cum Gertrude vxore ſua, Egberti ſecundi Brunsuicenſis filia, perficiente vero Theoderico iuniori, ex vtroque in lucem ſuſcepto. Henricus, Dux Grubenhagenſis proſapiae anno 1289 Canonicis Embecenſibus noua fierī fecit ſubſellia. Vt organon pneumaticum pararetur nouum, Wolfgangus Dux a. 1591 eis inſignem argenti ſummam contribuit. Collegium Canonicorum B. Mariae Virginis ante vrbem Embecam a Richenza, Lotharii Imperatoris vxore, circa annum 1140 inchoatum ac a. 1280 ab Henrico Mirabili eiusque coniuge Agneſa Thuringica perfectum traditur. Henricus in aede S. Alexandri ſepultus fuit a. 1323. *Gerhardus de Raſchenplaten* a. 1422 oppignorauit aedi B. Mariae quatuor manſos, iuxta Giluershuſen ſitos. Ipſe Gandershemii habitauit. Praepoſituram geſſit a. 1359 Ludolfus de Oldershuſen, filius Bertoldi ex Anna de Medem obiitque 1362. Exorta tum fuit controuerſia Vicarios inter et Canonicos S. Alexandri, dum hi illorum reditus ſenſim imminuerent. Vicarii petierunt igitur, vt *album* proferretur, ac tabula acceptorum corpusque

et

(a) In *Annal. Hildeshem.* ad a. 1106. p. 737. To. I. Leibn.
(b) *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 367. To. III. Leibn.
(c) *ANONYMVS SAXO* de *Hiſtoria Imperatorum* p. 104. To. III. Menck.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et maſſa annuorum prouentuum, perhibentes, ſeſe iuraſſe de conſeruanda et tuenda eccleſiae dote, quam ipſis tamen celent Canonici. Progreſſa eo malorum fuit liticula, vt arbitri conſtituerentur Iohannes Meinen Praepoſitus S. Crucis Hildeshemii, Hermannus Friſius Abbas S. Michaëlis ibidem, Henricus Abbas Mariaeſteinenſis. Hi pronuntiarunt pro Vicariis, Canonicisque imperarunt, vt Vicariis patefacerent ſeriem bonorum eccleſiae ac ſingulorum redituum, ſiquidem ad eam ſeruandam Vicarii non minus quam Canonici ſint obſtricti: Canonicos dedecere, in aliena inuolare: ſuum cuique non ſolum eſſe tribuendum, ſed etiam omnem fraudis ſuſpicionem ſolide amoliendam. Prouocarunt Canonici ad tribunal ſuum eccleſiaſticum. Sed denuo ceciderunt lite, ac Praepoſito nouo, Iohanni Duci Brunſuicenſi, ſumtus et mulctam ſatis grauem pendere iuſſi ſunt. Memoratu enim dignum eſt Praepoſitos fauiſſe Vicariis, vt faſtum Canonicorum compeſcerent. Iohannis epitaphium, in aede S. Alexandri poſitum, olim fuit huiusmodi:

> IOHANNES DVX ET DOMINVS BRVNSVICENSIS. FILIVS ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI HENRICI DVCIS BRVNSVICENSIS. PRAEPOSITVS HVIVS ECCLESIAE S. ALEXANDRI. OBIIT ANNO M CCC LXVII. X. Kal. IVN. CVIVS ANIMAM HABEAT DOMINVS.

Anno 1551 Praepoſitus huius collegii ab Archiepiſcopo Moguntino ad concilium Tridentinum fuit euocatus. En chartam:

„Venerabili Domino - - collegiatae eccleſiae S. Alexandri in Einbek Praepoſito, „ nobis in Chriſto dilecto, in eius abſentia Domino Decano aut Seniori Canonico „vel Vicario ibidem. *SEBASTIANVS* dei gratia ſedis ſanctae Moguntinae Archiepi„ſcopus, ſacri Romani per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector

„ſalutem in Domino ſempiternam.

„Cum apoſtolica ſanctitas, Dominus noſter clementiſſimus, ſolicitante caſarea maie„ſtate, Domino itidem noſtro gratioſiſſimo, nuper inchoatum Tridenti concilium, re„ducendum, continuandum ac proſequendum pro ſua clementia diſpoſuerit, et ob id „Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos et Abbates, praeterea omnes alios et ſingu„los, qui de iure vel conſuetudine vel priuilegio conciliis generalibus intereſſe debent, „hortatus ſit et requiſitus, vt prima Maji proxime futura in eadem Tridentina ciuita„te comparere aut ad predicti concilii continuationem et proſecutionem celebran„dam, inde ante abſolutionem non diſceſſuri, cum peculiari ad hoc Brevi apoſtolico „eosdem Patriarchas et Archiepiſcopos monuerit, vt eam continuationem et proſecu„tionem dicti concilii ſuis ſuffraganeis, Abbatibus, et minoribus Praelatis intimandam „curent, quemadmodum quoque Bulla, praeterea Breue Apoſtolicum, ea de cauſa „per fide digna exemplaria publicata et inſinuata ſunt. Nos igitur noſtri officii partes „executuri copias illorum noſtro ſigillo ſignatas et a publico Notario ſubſcriptas cum „praeſentibus mittimus, volentes, quum Apoſtolicae ſanctitatis mandato ſit cum ple„na ſubiectione parendum, continuationem et proſecutionem ſaepe dicti concilii, „proxime prima Maji, vt ſupra memoratum eſt, inſtituendam, per hoc ipſum legiti„me ſignificatam atque ſolenniter intimatam, quo modis omnibus paratior et inſtru„ctior ad debitam muneris tui in hac parte praeſtationem praeuia noſtra gratioſa mo„nitione efficiaris."

„Datum vltima Ianuarii A. C. 1551."

Annonae caritas a. 1433 Embecam adflixit, in qua maldrum ſiliginis conſtitit duobus talentis Embecenſis pretii, id eſt, nouem groſſis Miſcinis, demtis duobus penningis. Sigillum Embecae dedi in *Tab.* XXV.

## CAPVT XX.

## EMNE ſeu EMPNEGAWI.

*EMPNE* fuit olim locus haud procul a ſede, in qua Gronoviam condidit poſtea Epiſcopus Hildeshemenſis. Inſeruit is caſtello Comitis Palatini. Tractus adiacens dice-

dicebatur *Empnegawi.* Henricus III Rex eum Abbatiae Ganderſemenſi donauit. Ex eo tempore Abbatiſſa locum et poteſtatem *Gograuiatus* contulit familiae generoſae, quae inde denominationem traxit. *Thidericus Comes de Emne* occurrit in Diplomate Adelhogi, Epiſcopi Hildeshemenſis, ad annum 1173, inter teſtes. Surrexit ſaeculo XII *Empne* ſeu *Emne* in oppiduli formam, eique adhaeſit Gograuiatus per Bruggem, Emeſen, Wettenſen, Bantenem, Eſcherde, Dotzen, Eberholteshuſen &c. Defunctis Dominis Comitibusque de Emne, Mathildis prima dimidium Empnae in feudum dedit Comitibus Woldenbergicis; et alteram partem familiae cuidam, e qua Conradus Praepoſitus montis S. Mauritii ad Hildeshemium medio ſaeculo XIII ſolus ſuperfuit. Gograuiatum Abbatiſſa contulit Comitibus Lutterbergicis, quorum vltimus *Bartholdus* Comes, Abbatiſſa inuita et repugnante, Gograuiatum Epiſcopo Hildeſienſi vendidit. Dimidium Empnae Hermannus Comes Woldenbergicus Henrico Epiſcopo Hildeshemenſi marcis 65 et quinque ſolidis vendidit. Alteram partem Conradus Praepoſitus itidem tradidit eidem Epiſcopo. Abbatiſſa hiſce facinoribus minime adſenſit, coacta cedere potentiae maiori et quidem eo ſaeculo, quum Imperator Germaniae imperaret nullus ac ius omne in lacertis armisque eſſet poſitum. Empna poſthaec ſolo aequata eſt, vti alibi oſtenſum: et loco eius propinqua exſtructa eſt *Gronauia.* *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 752. To. I. *Leibn.* in vita Conradi: *Emnam ciuitatem obſidens cepit et captam deſtruxit.* Idem Chronicon de Henrico Epiſcopo p. 753. *Medietatem proprietatis in Empna a Domino Conrado, quondam Praepoſito Montis, vero herede, obtinuit, miniſterialibus eccleſiae infeodari; qui poſtmodum de conſenſu dicti Praepoſiti idem feodum pro mille libris noſtrae eccleſiae obligarunt; reſiduam vero medietatem ſaepe dictus Epiſcopus a Comite Hermanno de Waldenberge pro 65 marcis et quinque ſolidis nomine eccleſiae impignoratam recepit et eccleſiae pro pignore pecuniae reliquit. Item etiam Comeciam, ſitam iuxta Leinam, ab illis de Lutterberge, per mortem Bertholdi Aduocati ipſis vacantem, eccleſiae comparauit et a relicta eiusdem aduocati et filia ſua obtinuit ſibi et ſuis ſucceſſoribus.* Ita diſſipata ſunt bona eccleſiae Ganderſemenſis.

## CAPVT XXI.
## COMITES DE GANDERSHEIM.

Ludolfum harum terrarum fuiſſe Comitem a Ludouico ſeniore, Rege Germaniae, conſtitutum, eſt in aprico. Comitatum continuauit Bruno, deinde Otto, Henricus Auceps, et Otto Magnus. Hic Wigmanni ſenioris filium creauit Comitem. Ad annum 1018 fit mentio Rainwarii, Advocati Ganderſemenſis, qui ſimul Comitatum adminiſtrauit, a. 1014 Abbatiſſae ab Henrico II Imperatore donatum. Is deinde translatus eſt ab Abbatiſſa in Chriſtianum, Comitem Seburgenſem. Floruerunt poſtea nobiles, a Gandersheim dicti, in proximo, qui tamen haud dicti ſunt Comites, ſiquidem dignitas ipſa reſidebat in Abbatiſſis. Comitatum et aduocatiam nobilem nobilibus a Gittelde oppignoratam, Iutta Abbatiſſa conſentiente, impetrarunt ſaeculo XIV medio Duces Sereniſſimi Brunsuicenſes in caſtrum, praefecturam et partem vrbis, Gandersheim. Saeculo XV medio reliqua pars oppidi tranſiit ad eorumdem ditionem. Sigillum nobilium aduocatorum, nec non conſulum, Gandersheimenſium in lucem prolatum ſiſtitur in *tabula* XXV.

## CAPVT XXII.
## NOBILES DOMINI DE GARSENBVTLE.

Widekindus, quo antiquiorem Meibomius expiſcari nequiit, Ottonem IV Caeſarem, itineri Romano ſeſe accingentem, comitatus eſt anno 1209, et a conſiliis fuit Ottonis Romae, diadema conſequentis Imperatorium, ſed e veſtigio in odium Papale incidentis.

Ludgerus et Widekindus, Widekindi fuerunt filii.

Ludgerus, vulgo Senior, occurrit in litteris Conradi Epiſcopi Hildeſienſis a. 1234. Coenobio Riddageshuſano dedit bona quaedam, et quidem ad annum 1255, adhuc a Razzone ab Vtzem iure feudali poſſeſſa.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Witekindus ad annum 1234 aeque eſt obuius. Eiusdem meminit Iohannes Epiſcopus Hildeſienſis ad annum 1260.

A Ludgero perinde deſcenderunt poſteri ac a Widekindo.

Ludgerus procreauit Ioannem, Ludgerum et Iuttam.

Ioannis fit mentio ad a. 1255. Dicitur *famulus* ad a. 1272.

Ioannis filii exſtiterunt Ludgerus, Ioannes, Georgius, et Sophia.

Ludgerus miles eſt obuius ad annum 1317.

Ioannes, cuius aeque ad a. 1317 fit mentio, ſuſcepit ex vxore Ioannem et Conradum.

Georgius autem genuit Ioannem, Bartoldum et Georgium.

Widekindus III reliquit filios, Rudolfum militem et Widekindum, quorum vterque coenobio Riddageshuſano a. 1317 bona, ad Marquarderodam ſita, donauit.

Widekindi fit mentio ad annum 1326.

Filios habuit is Widekindum militem, Ludgerum Dapiferum Ducis Brunsuicenſis et Rudolfum, qui vxore Iutta vſus fratri in Dapiferatu ſucceſſit, ac Ottonem, ad a. 1328 obuium.

*Ecbertus de Stockem a. 1337 tradit bona ſua in Rickelshuſen Capitulo Gandersheimenſi ad tempus pro remedio animae ſuae.*

Ego *Ecbertus de Stockem famulus* vniuerſis per preſentes publice recognoſco, quod pro triginta et octo marcis puri argenti, quas dominus *WEDEKINDVS de GARSLEBVTLE miles* bone memorie contulit pro remedio anime ſue Capitulo Eccleſie Ganderſemeñ videlicet *dominabus et dominis*, preſentaui eidem Capitulo bona mea in *Rikolveshuſen* ſita, que Iohannes Vriling colit, cum omnibus et ſingulis eorum vtilitatibus et pertinentiis tam in villa quam extra villam, que tamdiu in poſſeſſione ſua habere debebit, quousque de ipſis annuatim tollat pecuniam ſupradictam, poſtmodum vero prenotata bona integraliter in vſus meos et heredum meorum, omni contradictione et impedimento poſtpoſitis, libere reuertentur. fructus quidem et prouentus dictorum bonorum eſtimari debent, prout vulgariter annis ſuccedentibus ſoluerint inter feſta natiuitatis beate Marie et ſancti Michahelis, que eſtimatio fieri debet per conſules opidi Ganderſemenſis. hec premiſſa fide data promiſi et preſentibus ſub appenſione ſigilli mei promitto ſupraſcripto Capitulo firmiter obſeruare. datum anno domini M°, CCC°, XXX° ſeptimo, in die ſanctorum decem milium martirum.

## CAPUT XXIII.

# GLEICHEN.

Gleicha alia eſt ad Gottingam et quidem gemina; alia ad Erfurtum. Ad priorem referendi ſunt Comites Gleichenſes ac Reinehuſenſes, de quibus ſupra dictum eſt Diſſ. II. §. V. p. 143. 147. Quantum ad Beatricem et Adelheidam, Abbatiſſas, adtinet, Vitae Abbatiſſarum ſunt conſulendae. *Beatrix*, Olgeri vidua, fuit omnino Gandeſienſis Abbatiſſa, ſed in coenobio S. Mariae. De Adelheide III manet id certum, quod Adelheidae II p. 143. reſpectu generis tributum vides. Sigilla horum Comitum vidi nulla. Comites Gleichenſes ad Erfurtum exorti ſunt, Egberto II ab Henrico Imperatore ex Thuringia deturbato, et Gleicha in manus clientis noui delapſa. De hiſce exſtat peculiaris Commentatio Caſparis Sagittarii, (a) quam D. *SALOMO ERNESTVS CYPRIANVS* (b) proxime ad ſe editum iri promiſit. Adtuli (c) Diploma, vnde patet, ipſos tenuiſſe aliquando bona ex beneficio eccleſiae Gandersheimenſis, et quidem Tenſtadienſia. Sigillum eorum praefert *leonem erectum*, vti adparet ex *tab.* XVII. *fig.* III. Plura diplomata nuper edidit Conſiliarius *IOANNES BVRCHARDVS MENKENIVS* (d) ex collectione Sagittariana, quae in manus *POLYCARPI LEYSERI* et inde ad Menkenium peruenerat. Leyſerus in ea eſt ſententia, Comites Gleichenſes Thuringicos a Saxonicis eſſe deriuandos. Ipſe etiam edidit (e) diploma Adelberti Archiepiſcopi Moguntini ad annum

(a) *Gelehrte Zeitungen* 1731. N. 96. p. 848.
(b) Liber editus eſt a. 1732. 4 ſub Titulo: *Hiſtoria der Graffſchafft Gleichen* Francof. ad Moen.
(c) Ad annum 1333, ſupra p. 823.
(d) In Scriptoribus rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum.
(e) In *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 17. ſqq.

annum 1100, quod Leibnitius truncatum emiſerat. (f) Ex eo patet, *Hermannum patriae Comitem*, id eſt, Landgrauium, conſenſu heredum ſuorum, *Vdonis* Epiſcopi Hildesheimenſis et fratris eiusdem *Conradi Comitis* coenobium monaſticae profeſſionis in *Reinehuſen*, patrimonio ſuo, exſtruxiſſe, dedicatum Adelberti indultu a Reinhardo Epiſcopo Halberſtadenſi. Addiderunt donationes coenobio *Beatrix* Comitiſſa, *Vlricus* Comes filius eius, *Eilika* Abbatiſſa Ringelemenſis, fratresque eius *Meinhardus* et *Piligrinus* Comites. *Beatrix* dicitur filia Conradi et Comitiſſa de Wardbike. Comites Gleichenſes Thuringicos ab hiſce deſcendiſſe, vulgo referunt. Sed deſideramus adhuc argumenta, quibus nexus iſte extra omnem ponatur controuerſiam. Dabimus tabulam duntaxat in praeſens genealogicam, ſufficere rati, ſi monuerimus, Comites Gleichenſes recentiores tenuiſſe ab eccleſia Gandersheimenſi aliquando aduocatiam in *Tenſtad*, et feuda Spigelbergica, quum ipſi in Comitatum Spigelbergenſem ſucceſſiſſent.

# TABVLA I.




TA-

(f) To. I. ſcript. Brunsuic. p. 705.
(a) Ipſe memoratur ad annum 1263. in diplomate fratrum de Huſen, p. 685. To. I. Menck.
(b) Hic cum fratre Erneſto a. 1223 memoratur in diplomate apud Leuckfeldium in *Antiqq. Walkenred.* p. 370.
(c) Carolus IV Imperator a. 1375. exercitum duxit contra Comitem Gleichenſem. Vide To. I. Piſtor, p. 1353.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# TABVLA II.
## ſiſtit lineam Blankenhainenſem.

*HENRICVS* VI.

*ERNESTVS* VIII 1398 offert in feudum Archiepiſcopo Moguntino caſtrum Gleichen. Vx. 1) N.N. 2) Eliſabetha C. de Waldeck.
*HENRICVS* VII † 1415. Dominus Hoimburg. Vx. Baroneſſa de Blankenhein.
*HANS* I. 1385.
*Anna* C. de Schwarzburg.
*Catharina* C. de Orlamunda.

*Erwinus* VI. 1437.
*Fridericus* † 1426.
*Adolfus* I. † 1456.
*Anna* C. de Mansfeld.
*ERNESTVS* X † 1458. Vx. 1) N. N. C. de Mansfeld. 2) Eliſabetha de Vitztum.
*LVDOVICVS* I † 1467. Vx. 1) Vrſula de Schwarzburg 2) Catharina de Waldenburg † 1494.
*HENRICVS* VIII 1436-1457.

*ERWINVS* VII † 1497. Vx. Catharina de Reuſſen.
*ERNESTVS* XII † 1492. Vx. Baroneſſa de Riſenberg.
*GEORGIVS* I. † 1481.
N.N. filia.
*CAROLVS* I † 1495. Vx. Felicitas C. de Beichlingen.

*ERNESTVS* XIV † 1504 Vx. Margareta Schenckia de Tautenberg.
*Hector* I. † 1548.
*ADOLFVS* II 1523.
*Chriſtoph* I.
*Adolf.* III.
*Wolf.* I. † 1551. vx. Magdalena Burggr. de Donyn.
*Sigmund* III. † 1519.
*Carl* II. † 1500.
*LVDOVICVS* II vx. Magdalena de Reuſſe. *Catharina* Abb. de Vreden. *Margareta* C. de Mansfeld.

*Ioachimus Iacob* Vx. Amalia de Mansfeld.

*HANS* II † 1514. vx. 1) Hedewig de Reuſſen. 2) Anna C. de Gleichen.
*Eliſabetha* Domina in Wildenfels.
*Erneſtus* XVI. 1549.
*Hector* II. vx. Sabina Burggravia de Kirchberg.
*Gebhardus* I. Vx. 1) N.N. C. de Mansfeld 2) Barbara de Kitliz † 1565.
*Adolfus* IV † 1563.
*Anna*, maritus C. de Hoia.
N.N. filia vxor C. de Mansfeld.

*Ludouicus Sigismundus.*

*CHRISTOPH* II † 1515.
*LVDOVICus* III † 1586. Vx. Anna Burggr. de Kirchberg.
*Wolf Sigmund* † 1554.
*CAROLVS* III † 1599. Vx. 1) Walpurgis de Henneberg † 1570. 2) Felicitas C. de Hoheul.

*Gebhardus* II. † 1575.

*Margareta*, vxor Dom. de Pleſſe
*Anna.*
*HANS* IV † 1567. vx. Domina de Pleſſe.
*Magdalena* Vx. Schenckia de Tautenberg.

*Wilhelmus.*
*Wolrab* † 1627. Vx. Dorothea C. de Hanau.
*Catharina* † 1601. vx. C. de Mansfeld.
*Magdalena* D. de Heydeck.
*Anaſtaſia* Canonica Gandersheim.

*Georg Rudolf* † 1596.
*Eliſabeth.*
*Vrſula*, Vx. 1) C. de Iſenburg 2) Comitis de Solms.
*Anna* C. de Iſenburg.

*Fridericus VVilhelmus* † 1599.
*Anna Eliſabetha.*
*Dorothea Suſanna* Maritus C. de Moers.

*Ludouicus Fridericus* C. de Moers.
*Sophia Dorothea* Comitis de Schwarzburg maritus.

# TABVLA III.

## ſiſtit lineam Tonnenſem.

*ERNERSTVS* VII

| | | | |
|---|---|---|---|
| *HERMANNVS* V 1391. | *Conſtantia* 1396. ſacra virgo in Ilmen. | *Margareta* 1421 nonna in Tulſtet. | *ERNESTVS* IX † 1426. Vx. 1) Anna, C. de Schwarzburg 2) Margareta C. de Henneberg. |

| | | |
|---|---|---|
| * *Conradus*, Abbas Werdin. et Helmſtad. † 1577. | *SIGISMVNDVS* I † 1494. Vx. 1) Agneſa C. de Querfurt † 1461. 2) Catharina de Schwarzburg † 1484. | *Anna* nupta C. de Querfurt. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Margareta 1480-1515 nupta Comiti de Honſtein. | *ERNESTVS* XIII. | *WILHELMVS* | *SIGISMVNDVS* II † 1525 Vx. Eliſabetha C. de Iſenburg. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *PHILIPPVS* natus 1480. Vx. Margareta de Schönburg. | *ERNESTVS* XV natus 1486. † 1565. | *SIGISMVNDVS* IV natus 1488 † 1556 | *HANS* III natus 1500 † 1542. | *Agneſa* nupta D. de Ryneck. | *Anna* nupta 1) Schenckio in Tautenberg. 2) C. de Gleichen Hanſo II. | *Dorothea* Pflugio nupta de Rabenſtein. | *Catharina* nupta C. de Schlick. | *Margareta* † 1572. nonna in Tulſted. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *CHRISTOPH* III † 1548. | *Catharina* nupta C. de Schlick. | *Margareta* nupta Domino de Putliz † 1574. | *GEORGIVS* II † 1570. vx. 1) Eliſabeta de Pleſſe † 1556. 2) Walpurgis C. de Spigelberg et Pyrmont. | *Dorothea* † 1575. | *Maria.* 1553. | *Martha* 1579. | *Elſe* | *Agnes* |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *VVOLF* II. | *SIGISMVNDVS* VI n. 1553 † 1578. | *Eliſabetha* nupta C. de Iſenburg. † 1616. | *Margaretæ* n. 1556. nupta 1) C. de Waldeck. 2) Burggr. de Kirchberg. | *PHILIPPVS ERNESTVS* † 1619. Vx. Anna Agneſa C. de Hohenlohe. | *HANS LVDOVICVS* † 1631. Vx. Erdmuth Iuliana † 1633. | *GEORGIVS* III. n. 1556. † 1599. |

## Caput XXIV.
# COMITES DE HADMARSLEVE ET EGELN.

Summa. §.1. *Tabula genealogica.*
§.2. *Generalis delineatio poſſeſſionum et progeniei et ſigilli.*
§.3. *Bernhardus fundat coenobium Hadmersleve.*
§.4. *Fundatio coenobii Auguſtiniani Hadmerslebienſis.*
§.5. *Comites ad medium ſaeculum* XIII.
§.6. *Saeculum XIV.*
§.7. *Nominatim Ottonis progenies ad finem.*
§.8. *Comites de Egeln.*
§.9. *Eorumque interitus.*
§.10. *Translatio Comitatus eiusque titulus.*

§. I.

*

*Bernhardus* Ep. Halb. † 968. 3 Febr. — Frater

*Thietburgis* fundatrix 1112. (under Bernhardus, *)

*Mathilda*, 1112. — *Witikindus*, 1112

*Gundrada*, Abbatiſſa Hamersleb. (under Frater)

*

*Gardolfus* a. 1155. Heineccius in Antiqq. Goslar. p. 154.

*

*Gardolfus* a. 1202. 1218.

*

*Gardewinus* a. 1253. *Ludolfus* a. 1254.

*

*Otto* 1250. 1265. Vx. *Iutta*, filia Sigfridi Comitis Blankenburg.

Wernerus 1284. 1303. Vx. filia Henrici Pr. Anhalt. † 1267.
— *Alheidis*, Praepoſita Quedlinburg. 1290.

*Gardewinus* ſeu *Gardolfus* 1278. 1287. 1292. 1308. Vx. *Agneſa* filia Iohannis Ducis Brunsv. ex Luitgarda Holſatica.
*
*Conradus* ſeu *Curtius* de *Egeln* a. 1411 † 1417.

*Otto* 1287
— Otto
— — Albertus 1339.
— — — Wernerus 1341.
— — — Otto 1341. 1357.
— — — — Otto iunior 1375.
— — — — — Conradus 1411.
— Hans 1339.
— — *Hans.* † 1367.
— — *Sophia* Can. Quedl. 1348.

§. II.

Comites, de Hadamarsleve dicti, vetuſtiſſimae ſunt originis, et poſſederunt quondam *Hadamarsleve*, *Heimersleve*, *Marienſtuhl*, *Gersdorf*, *Eglen*, *Harbeke*, *Groningam*, *Ochtersleben* et alia praedia per Epiſcopatus, tum Halberſtadenſem, tum Magdeburgicum. Abierunt ipſi in duos ſtipites, quorum diſtincta adhuc deeſt notitia. Alter dicitur ab *Egla*, loco ad Magdeburgum. Prior progenies, ab *Hadmersleve* cognominata, intercidit anno 1367; poſterior, ab *Egla* dicta, exſtincta eſt a. 1417. Sigillum ipſorum repraeſentauit tres ceruos nigros in area rubra. (a) Illos geſſiſſe Wanzlebiae curam, pro nonnullis praediis adiectis ab eccleſia Gandershemenſi, litterarum monumentis conſignatum reperi.

§. III.

Vetuſtiſſimum Comitem deprehendo in patre Bernhardi, Epiſcopi VII Halberſtadenſis, qui obiit a. 968. 3 Febr. (b) et condidit antehac coenobium virginum Benedictinarum in *Hadmersleve*. Cui donauit decimas in *Hattmerslebe*, *Hetteborn*, et *Dahldorf*.

(a) HEINECCIVS in *Syntagm. de Sigillis veterum tab.* XII. n. VII.
(b) DITMARVS *Annal.* L. II. p. 334.

*dorſ.* Otto Caeſar fundationem eique innexam donationem confirmauit a. 961. (c) Abbatiſſam primam fuiſſe Bernhardi ex fratre neptem *Gundradam*, accepimus.

§. IV.

*Thietburgis*, ex eadem gente procreata, fundauit deinde a. 1112 coenobium S. Pancratii Auguſtinianorum Hamerslebienſe. Litterae fundationis (d) memorant filiam ipſius *Mechtildam*, filiumque (e) *Witichindum.* Mechtildam Friderico I Comiti Palatino Sommerſeburgenſi nupſiſſe, auctor eſt Meibomius. (f)

§. V.

*GARDOLFVS Comes* ad annum 1155 in diplomate quodam (g) eſt obuius. Alius indubie eſt *Gardolfus* ille, qui commemoratur in litteris Conradi Epiſcopi, ad Monachos Hamerslebienſes datis anno 1202. *OTTO* IV Caeſar a. 1218 cauit ſuo teſtamento ſanxitque, vt *GARDOLFO de Hathmerslebe* redderetur *caſtrum Varsfelde*, cui nunc nomen foret ex vico *Vosfelde*: vel, ni hoc fieret, heredes ipſius Ottonis pro eo ſoluerent *Gardolfo* centum marcas. *Comes LVDOLFVS* a. 1254 coenobio Quedlinburgenſi, quod dicitur *mons Sion*, reſignauit aduocatiam XXII manſorum in Mulendorpe ſitorum. (h)

§. VI.

*OTTO Comes* bella geſſit (*) cum Alberto Magno, Duce Brunsuicenſi, quae ſummatim in *Vita ALBERTI* ad annos 1258 et 1267 indicauimus. Latrocinantibus nomen ſuum dedit et amorem *Otto* is, de quo mentionem facimus. Anno 1250 ipſe coenobium Mariaevallenſe vaſtauit. (i) Vxore gauiſus eſt *Juttâ*, quam ex Sigfrido Comite Blankenburgenſi fuiſſe natam, nemini facile eſt incognitum. Vterque horum coniugum coenobium, virginum votiuarum Ciſtercienſium ſedem, in *Marienſtuhl* fundauit, quod Volradus Epiſcopus Halberſtadenſis a. 1259 confirmauit. Ipſa in eodem coenobio tumulata eſt, et tumulo epitaphium inciſum, adiecta imagine eximium, qua mulier infantulum tenens ſignificatur. (k) Supereſt Ottonis diploma quoddam, a. 1265 exaratum, (l) quod ſic habet:

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris preſentem literam intuentibus. OTTO dictus de Hadmersleve preſens ſcriptum in perpetuum. Ne ea, que fiunt ab hominibus ſub tempore, proceſſu temporis euaneſcant, poni ſolent in lingua teſtium et ſcripture teſtimonio perhennari. Notum itaque eſſe uolumus uniuerſis. omnibus et ſingulis. preſentem paginam inſpecturis. et tenore preſentium proteſtamur, quod ego OTTO dictus de Hadmersleue et omnes filii mei. et de communi conſenſu omnium heredum meorum in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti nec non et pie matris eius glorioſe virginis Marie pro remedio anime IVTTE *contectalis* noſtre b. m. nec non ob ſucceſſorum noſtrorum noſtramque ſalutem *proprietatem eccleſie noſtre in Groningen*, cum omnibus reditibus a noſtris proauis et genitoribus ad ipſam eccleſiam deuolutis, libere contulimus ſanctimonialibus ordinis S. Benedicti in *Marcket-Egeln* Domino noſtro Ieſu Chriſto - - ibidem iugiter famulantibus, vt ipſius *diem anniuerſarium* et noſtri memoriam ex hoc habeant perhenniter - Datum a. 1265. Idus Iulii.“

§. VII.

*Wernerus* et *Garduinus* a. 1284 interfuerunt iudicio Volradi Epiſcopi Halberſtadenſis et aliorum Comitum Quedlinburgi. (m) Ipſe *Otto ſenior* teſtatur, Gertrudem Abbatiſſam Quedlinburgenſem omnibus iura dici iuſſiſſe, qui eccleſiam ipſius in comitiis Principum Saxoniae accuſauerint. (n) Ottonis filii tres Wernerus, Gardewinus et Otto li-

tes

(c) *LEVCKFELDII Antiqq. Halberſtad.* p. 644. ſq. *HENRICVS MEIBOMIVS* in *Notis ad Witichindum* p. 702.
(d) Eas exhibet I. G. *LEVCKFELDIVS Antiqq. Halberſtad.* p. 700. ſqq. Easdem adtulimus ſupra p. 179. ſq.
(e) Hic factus eſt Monachus in coenobio illo nouo et Abbas.
(f) *CHRONICON MARIENTHALENSE* Meibomii p. 248. To. III. rer. Germ.
(g) Apud *HEINECCIVM* in *Antiqq. Goslar.* L. II. p. 154.
(h) *KETTNERVS* in *Antiqq. Quedlinburg.* p. 283.
(*) *CHRONICON rhythmicum* c. 72. 142. To. III. Leibn.
(i) *MEIBOMII Chronicon Marienthal.* p. 263. To. III. rer. Germ.
(k) *LEVCKFELDII Antiqq. Blankenburg.* §. 39. p. 71.
(l) *LEVCKFELD* l. c.
(m) *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 347.
(n) Ibidem p. 354.

tes miſcuerunt cum Capitulo Simonis et Iudae Goſlarienſi de bonis in WeſterEgeln et Ochtersleben, (o) quas Henricus, Comes Blankenburgicus, iuſſu Rudolfi Habspurgici compoſuit. Conqueritur quoque de eorum violentia Gandershemenſis Abbatiſſa penes Regem Rudolfum, hortatu Abbatis Michaëlſteinenſis. Vt ipſi reſarcirent damnum, a patre ſuo coenobitis Mariaevallenſibus inlatum, eisdem donarunt duos manſos, iuxta *Wegeleben* ſitos. (p) Vxor Werneri, filia Henrici Principis Anhaltini, ſepulta fuit Ballenſtadii anno 1267. (q) *Garduinus* anno 1287 vna cum Erico Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ac Ottone Comite Aſcanienſi, Principe Anhaltino, litteris publicis, quas produxit *LEVCKFELDIVS*, (r) teſtatum facit, Decanum et Capitulum eccleſiae Simonis ac Iudae Goſlarienſis XVIII manſos cum dimidio totidemque pratis ac duobus ſalictis ac vna curia, ſitis per campos villae *Edekersleve* ex gratia conceſſiſſe *Sophiae*, viduae *Iohannis* militis *de Egelen* ac *Geuehardo* filio eius ad tempus vitae ipſorum. Ipſi etiam anno 1292 eccleſiae eidem donarunt manſi dimidium, ſitum in campis villae *Ammendorf*. Garduinus anno 1303 reparauit caſtellum Gersdorf prope Quedlinburgum (s) et a. 1315 circiter factus eſt ciuis Magdeburgicus. (t) Wernerus ad annum 1305 infeudatus eſt ab Ottone, Principe Anhaltino, agris nonnullis, prope Radmersdorfium poſitis. Ipſe etiam, praebente fratre Garduino, anno 1323 a Bernhardo III, Principe Anhaltino, in beneficium fiduciarium ſuſcepit Croppenſtadium pagosque Wolmersdorficos. (u) Wernerus et Otto donabant a. 1350 manſum vnum altari S. Georgii, in *monte Sion* ſito.

## §. VIII.

Anno 1339 *Otto* et *Hans*, fratres, ac Ottonis filius *Albrecht*, nobiles de Hadmersleven Domini, donarunt coenobio virginum votiuarum Marienbornenſium decimam Boddenſtettenſem. Teſtes ſubſcripſerunt *Fridericus Leo* eques de *Hackeborn*, Ludouicus de Sonnenſcheide, Arnoldus eques de Ierxen et Iordanus de Alsleben. Anno 1367 *Hans*, heres vltimus interfuit praelio ad Dinckler ſeu Vormerſen, quo Gerhardus Epiſcopus Hildesheimenſis deuicit hoſtes Magnum Ducem Brunsuicenſem, Didericum Epiſcopum Magdeburgicum, et Epiſcopum Halberſtadenſem. (x) Soror ipſius, *Sophia*, inde ab anno 1348 fuit Canonica Quedlinburgenſis (y) obiitque a. 1350. (z) Hanſo exſtincto conſanguinei de Egeln dicti ſuccedere contendebant. At, ab amore ſpei ſuae per Epiſcopum Magdeburgicum repulſi, ſatis habuerunt, ſi ſua hucvsque poſſeſſa retinere poſſent. De cetero nobiles Domini Hadmerslebici nunquam non adſiduam nauauerunt operam, vt ſeſe exſoluerent a nexu feudali Magdeburgico. Quem in finem Wernerus anno 1278 partes Alberti Ducis Brunsuicenſis ac Vlrici Comitis Regenſteinenſis, Ottonis et Iohannis Marchionum Brandeburgicorum, ſecutus eſt contra Gunterum, Epiſcopum Magdeburgicum. (aa) Hanſi ad Abbatiſſam Gandershemenſem exſtant litterae, quibus ei conſilia ſuppeditat aduerſus Archiepiſcopum Magdeburgicum, qui bonis Wanzlebienſibus tunc imminebant.

## §. IX.

Comites Dominique, ab *Egeln* dicti, anno 1405 bellis ſeſe nobilitarunt. (bb) *Cort de Egeln* a. 1411 nobiles, de *Schwigelde* dictos, qui tum Harzburgum tenebant et villas nonnullas Magdeburgicas expilabant, inſecutus, praedam abactam recuperauit. (cc) Anno 1417 progenies Eglenſis quoque intercidit, eiusque bona, ad Comites Barbienſes deuoluta, emit Epiſcopus Magdeburgicus groſſis bis mille ſexagenis, (dd) indubie titulo hy-

(o) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. III. p. 307. ſq.
(p) *MEIBOMIVS* in *Chronico Marienthal.* To. III. rer. Germ. p. 265.
(q) *SAGITTARIVS* in *Hiſtoria Principum Anhaltinorum* §. 23. p. 21.
(r) In *Antiqq. Groning.* c. XXVII. §. 6. p. 238. ſq.
(s) *SAGITTARIVS* l. c. p. 32.
(t) *CHRONICON Magdeburg.* p. 338. To. II. Meibom.
(u) *SAGITTARIVS* l. c. p. 49. *Vindiciae Anhaltinae* p. 61.
(x) *CHRONICON Hildesh.* p. 761. *BOTHO* in *Chronico* p. 384.
(y) *KETTNERI Hiſt. eccl. Quedlinb.* p. 82.
(z) Ibidem p. 63.
(aa) *BOTHO* in *Chronico picturato Brunsuicenſi* p. 369.
(bb) - - p. 395.
(cc) *IDEM* p. 396.
(dd) *IDEM* p. 397. *Beniamin LEVBERVS* in *Catalogo Comitum Saxoniae* n. 53. p. 1946. ſq. To. III. Menck.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hypothecae, ita tamen, vt, defunctis forte Comitibus Barbienſibus, ius redimendi eſſet penes Electores Saxoniae. Litterae datae ſunt ad 25 Februarii.

§. X.

Nam Adelheida, Abbatiſſa Gernrodenſis, a. 1357. Kalendis Maji cum Rudolfo, Electore Saxoniae, eiusque fratribus, Wenceslao et Alberto Saxoniae Ducibus permutauit quaedam iura et loca. Hiſce ceſſit *proprietatem* ſeu dominium directum in *Neuen-Gatters-leben*, cum adnexis, tunc Abbatiſſae apertis, in quorum numero erat ius inueſtiturae oppidi et caſtri *Egeln*, tunc ab Ottone Hadmerslebico poſſeſſi; recepit viciſſim Abbatiſſa decimas et penſiones in pagis vicisque *Froſt* et *Mauerſtedt*. Anno 1375 Otto Comes ille, fratre defuncto, ab Electore Wenceslao infeudatus perhibetur toparchatu, caſtro, oppidoque *Egeln*, ac ab Electoris fratre Alberto, ſimulque ab eisdem eodem dominio infeudatus eſt Guntherus, Comes Barbienſis, cuius quoque filius Burchardus familiae Comitum Eglenſium ſucceſſit. Anno 1540 Iohannes Fridericus, Elector Saxoniae, denuo Wolfgangum, Comitem Barbienſem inueſtiuit. Anno 1430 Agneſa, Abbatiſſa Gernrodenſis, caſtrum Egeln dicitur tradidiſſe Gunthero Archiepiſcopo Magdeburgico. Archiepiſcopi id certe ab anno 1417 retinuerunt. Lis poſtea exarſit de dominio directo inter Epiſcopum et Electorem Saxoniae. Guſtavus Adolfus, Rex Sueciae, occupatum a. 1631 caſtrum *Egeln* donauit Iohanni Bannierio, tribuno militum ſupremo.

## CAPUT XXV.
## NOBILES DOMINI DE HAKEBORN et HELFTE.

Hiſce quondam ſedes fuit in Epiſcopatu Magdeburgico. Sigillum adtuli in *Tab.* XXXVI. *fig.* IV.

Inter legendum nonnulli mihi occurrerunt; reliquos collegit *KETTNERVS*. En potiores:

*SWICHIERVS* a. 1118 in diplomate Reinhardi Epiſcopi Halberſtadenſis. Apud *LEVCKFELDIVM* in *Antiqq. Halberſtad.* p. 707.
*BRVNO* ad 1130 inter teſtes in diplomate Lotharii Regis quodam exſtat.
*FRIDERICVS* I 1196 in diplomate Ottonis II Marchionis Brandeburgici P. II. Hiſtor. Brunsv. Luneb. Pfeffing. iun. p. 362.

*

*ALBERTVS* I. 1230. — *Mechtildis* virgo votiua in Helfte, ſcripſit librum de gratia ſpirituali et reuelationibus. — N. N. Dominus.

*ALBERTVS* II 1246. Vx. 1) Iungard 2) Agnes. — *LVDOVICVS* 1270. Vx. filia Alberti ſen. Princ. Anhalt. — *Gertrudis* Abb. in Helfte † 1291. — *Albertus* 1258. — *Ludolfus* 1258.

*ALBERTVS* III. 1290. Vx. Sophia. — *Albertus* IV 1291. — *Sigfridus* — *Sophia* vx. Gebhardi de Querfurt.

*ALBERTVS* V. 1320. — *Ludouicus Otto* 1305.

*Albertus* VI. — *FRIDERICVS* II. — *Iohannes.* — *Ludouicus.*

*FRIDERICVS* III 1370.

Hi Comites titulo *Dei gratia* vſi ſunt, vti adparet ex *Reliquiis MStorum omnis aeui Diplomatum* I. P. de *LVDEWIG* To. V. p. 264. Tenuerunt hi Domini ad tempus in bona Wanzlebica aduocatiam.

## CAPUT XXVI.
## COMITES DE HALDENSLEVE.

De eis conferantur, quae diſſeruimus ad hiſtoriam Comitum, de *Bodenburg* dictorum.

*Thidericus* Comes de Haldesleve ad annum 1173 obuius eſt in Diplomate Adelhogi, Epiſcopi Hildeshemenſis. De antiquioribus Comitibus Haldenslebienſibus vide infra Comitum Seburgenſium tabulam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## CAPUT XXVII.

# COMITES DE HALLERMVNT.

§. 1. *Nomen et bona.*
§. 2. *Stemmatographia genealogica.*
§. 3. *Res geſtae potiores.*

§. I.

*Hallermunda*, ſedes olim Comitum inde dictorum, traxit nomen ab oſtio Hallerae, Leinam influentis. Ad fontes amnis illius fuit *Hallerſpringa* et haud procul *Hallerlerburgum.* Subfuit Comitibus oppidulum Eldagſen et tractus circumiectus. Genealogiam dedit *MEIBOMIVS.* (a) Sigilla et inſignia praeferunt roſas quinque foliorum tres. Tab. XXVII. fig. 4.

§. II.

Stemma ipſum ita delineandum ſuadent diplomata et documenta rerum geſtarum vetuſta :

N. N.

| | |
|---|---|
| *WILBRANDVS* I *ſenior*, ſeu *VOLRADVS.* Vxor, filia Friderici C. Luccenſis, quacum fundauit monaſterium Luccenſe 1163 in quo ſepulti. | Soror, vxor dynaſtae Gemenſis. — Lambertus |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Burchardus* laeſus in certamine equeſtri obiit. | *LVDOLFVS* 1180 † 1187. Antiochiae. | *WVLBRAND9* † 1187. redux ex Palaeſtina | *ADELHEIDIS.* | *Beatrix*, nupta C. Oldenburgico. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *LVDOLFVS.* 1248. | *Burchardus* 1201. | *Burchardus*, 1201 † 1234. cæſus a Stedingis cum fratre. | *Henricus*, † 1234. | *Engelmarus* Praep. coenobii Luccenſis. | *Wulbrandus* Ep. Paderborn. et poſtea Traiect. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *LVDOLFVS.* 1235. 1245. † 1277. Iutta vxor. | *Albertus* Archiep. Magdeb. ſedis Romanae legatus † 1232. | *Wilbrandus* Archiep. Magdeb. 1236. † 1252. | *Ludolfus* Can. Magdeb. 1220. 1235. | *Adelheidis*, vxor 1) Bernhardi C. de Razeburg penultimi. 2) Adolfi C. de Daſſel. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *GERHARDVS ſenior* 1304. 1309. 1311. 1319. Vx. Adelheidis et Gerburgis. | *Wernerus.* | *Ludolfus* Can. Hildeshem. 1291. | *WILBRANDVS* IV. 1274. | *Eliſabetha* Can. Gandersh. | *Adelheid.* | *Gertrud.* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Gerhardus iunior 1336. in Dipl. Henrici Ep. Hild. | *LVDOLFVS* 1316. | *OTTO* I. | *Iutta*, | *Cunegundis.* |

N. N. *WILBRANDVS* V.

| | |
|---|---|
| *Agnes*, vxor Henrici de Walmede, equitis aurati, fundatoris monaſterii S. Pauli Hildeshem. | *WILBRANDVS* VI. |

| | | |
|---|---|---|
| *Wilbrandus* VII. Abb. Corbeienſis 1398. Ep. Mind. 1406. † 1437. 24 Dec. | N. N. vxor Philippi Comitis Spigelberg. | *OTTO* † 1424. vxor C. de Spigelberge. |

§. III.

§. III.

Comitum antiquiſſimi notitiam meam effugerunt. Nec vidi vllos, qui in eis enarrandis vltra ſaeculum XII adſcenderint. Comites, neſcio cuius nominis, anno 1147 fundarunt in *Schinna* coenobium Benedictinum in honorem S. Viti. (b) *WILBRANDVS* Senior partem Comitatus Luccenſis per vxorem, Friderici Comitis de Lucca filiam, obtinuit, et cum ceteris heredibus conſilium iniit de coenobio ibi ſtatuendo. *Fundatio* incidit in annum 1163, (c) quo Wilbrandus, ſeu Volradus, Abbatiae Corbeienſi quoque benefecit. (d) *Acta fundationis* ediderunt Ioannes Leznerus, Henricus Meibomius et G. G. Leibnitius, ſuccincta, et rei geſtae aeuo non aequalia. *BVRCHARDVS*, filiorum natu maximus, ad Nienburgum in haſtiludio grauiter, vno crure rupto, laeſus eſt veniensque in locum *Benethem* ad materteram periit. *Lambertus de Gemen* ipſum panno ceraeque bullienti inuoluit et ita trunco incluſum Luccam miſit ad patriam ſepulturam in inſula ſeu in Lucca antiqua. Vnde poſtea corpus eius in Luccam nouam tranſlatum fuit. *LVDOLFVS* et *WVLBRANDVS* ſteterunt a partibus Henrici Leonis, fundentis hoſtes ſuos in Weſtvalia. (e) Sed vterque mox Fridericum Caeſarem reſpexit, eumque in expeditione ſacra comitatus eſt. Vt ipſi ſumtus itineris ferrent, ab Adelhogo Epiſcopo Hildeshemenſi ſexaginta marcas argenti mutuati ſunt, eique caſtrum Hallermunt, quod ab eccleſia Hildeſienſi in beneficio tenebant, oppignorarunt. (f) Praeterea tenuerunt ab Henrico Leone, et poſthaec ab Epiſcopo Hildeſienſi, decimam in *Mander*. (g) Obiit vterque (h) ad Antiochiam anno 1189: vel, ſi *Lerbeccium* (i) praeferimus, Wulbrandus, e Palaeſtina reuerſus, illico obiit et cum fratre Burchardo ſepultus eſt Luccae. Ita Bernoni Epiſcopo Hildesheimenſi vacauit feudum, (k) quod in *Alheidis* filium Ludolfum ipſe tranſtulit. Id patet ex hiſce verbis Chronici Luccenſis: *Ludolfus Comes in Halremunt, pater Ludolfi adhuc* (*) *ſuperſtitis Comitis, in eodem caſtro ſuo defunctus, a praedicto filio ſuo in Luccam deductus eſt, et in ſepulcro matris ſuae ALHEIDIS honorifice ſepultus anno Domini* 1277 *Calend. Decembris.* Letznerus legit: *Anno* 1255. 17 *Kal. Dec. BEATRICIS* filii quatuor vltra nomen non ſunt admodum noti, ſi Wulbrandum exceperis. Burchardus et Henricus a Stedingis, anno 1233 prior, et a. 1234 poſterior, occiſi periere. (l) Suſpicor, Beatricem nupſiſſe Iohanni IV Comiti Oldenburgico, ex linea Wildeshuſana procreato. Burchardo enim heres exſtitit *Henricus*, cognomento (m) *Bogenarius*. Meibomius Burchardo tribuit filium non vnum, ſed natos quatuor, quos ex Ludolfo deduxi, inductus teſtimonio Chronici Luccenſis. *BVRCHARDVS* anno 1201 prophetam egit in Dalmatia et ſolitudines ſecutus eſt. Ex Diplomatibus, a Meibomio adductis, (n) patet, *LVDOLFVM*, *ALBERTVM*, *WIBRANDVM* et *LVDOLFVM* fuiſſe fratres, *ADELHEIDEM* ſororem. Ludolfus ſubſcripſit a. 1246 donatii Comitum Woldenbergenſium Hermanni et Henrici, ac Conradi Epiſcopi Hildeſienſis, qui decimam Novenii minoris coenobio Francobergico reſignauerunt. (o) Comes quidam Hallermundanus a. 1232 bibliothecae Corbeienſi amplificandae adiunxit pecuniam. (p) *GERHARDI ſenioris* fit mentio in diplomate, quod ad annum 1309 ſupra To. I. p. 799. adtuli, et in quo tertia eius vxor vocatur *Gerburgis*. *Eliſabetha*, Gerhardi ſoror, fuit Cano-

nica

(b) *Incerti auctoris CHRONICON Mindenſe* p. 562. To. I. Meibom.
(c) *CHRONICON Luccenſe* p. 691. To. III. *Leibn. CHRONICON Mindenſe* l. c. *MEIBOMIVS* ad Lerbeccii Chronicon Comitum Schawenburg. p. 528. To. I. rer. Germ.
(d) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1163. p. 308.
(e) *ARNOLDVS Lubec.* L. II. c. 27. p. 645.
(f) *CHRONICON Hildesh.* p. 748.
(g) - - - - *Stederburg.* p. 862.
(h) *STADTWEGIVS* in *Chron.* p. 272. *BOTHO* p. 352. *ANONYMVS SAXO* p. 114.
(i) In *Chronico Mindenſi* p. 177. ed. Leibn.
(k) *CHRONICON* Hildesh. p. 749.
(*) Anno 1248 teſtes ſunt in Diplomate Ottonis Pueri Ducis Brunsuicenſis, *Ludolphus, Comes de Halremunt et Ludolphus filius*, apud *PFEFFINGERVM* iuniorem P. I. der *Hiſtorie des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes* p. 79.
(l) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1233. 1234. *MEIBOMIVS* To. III. rer. Germ. p. 354.
(m) *ALBERTVS* l. c. ad a. 1233. p. 209. a.
(n) In *Notis* ad *NORTHOVIVM* p. 415.
(o) *COTZEBVE* in *Chronico montis Francorum* p. 17. Teſtis quoque Ludolfus Comes fuit anno 1251 in diplomate Ottonis, Ep. Verdenſis.
(p) *ANNALES Corbeienſes* ad c. a. p. 319.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nica S. Mariae et deinde maioris eccleſiae Gandershemenſis. (*) *OTTO* ad annum 1370 rebelle Luneburgum cum Magno Duce Brunſuicenſi ad officium redire iuſſit, (q) Ducemque ab inclementia dehortatus eſt. *WVLBRANDVS* Canonicus Hildeſienſis et Archidiaconus Aulicenſis a. 1375 eſt obuius. Vide eius diploma p. 855. Wulbrandus, neſcio an idem, euaſit anno 1398 Abbas Corbeienſis (r) et, iuuante Henrico Duce Luneburgico a. 1406 Epiſcopatum obtinuit Mindenſem, quem geſſit ad annum usque 1437, quo ad 24 Dec. in caſtro *Petershagen* deceſſit. (s) *OTTO* tenuit in *Bervelte* nonnullos manſos ex beneficio eccleſiae Gandershemenſis. Quo defuncto, Comes Spigelbergicus ſucceſſionem inuolauit. Sed anno 1430 repulit ipſum ex Comitatu vacuefacto Wilhelmus ſenior Dux Brunſuicenſis eamque terram ſuae addidit ditioni. (t) Arcem *Hallermund* ciues Hannoverani, Munderenſes, Pattenſenſes, Eldagſenſes, et coenobium Wulſingshuſanum volente Wilhelmo, a. 1435 diruerunt,

## CAPVT XXVIII.
## COMITES DE HARTISBVRG.

Summa. §. 1. *Hiſtoria Hartisburgi* ad ſaeculum XIV.
§. 2. *Inde ad aevum praeſens.*
§. 3. *Comites inde dicti.*
§. 4. *Fata metalli fodinarum Hercinicarum.*

### §. I.

Quum Henricus IV Imperator meditaretur exſtirpationem legum et immunitatum Saxonicarum, ſuaſu Adelberti Archiepiſcopi Bremenſis in praeruptiſſimis naturaque munitis montium altiſſimorum rupibus caſtella vel conſtruxit vel inſtaurauit. (a) In eorum numero *Hartisburgum* omnino numerandum, vbi quondam *Crodo*, idolum Saxonicum, conſtitiſſe fertur. (b) Hartisburgi fata ſcripſerunt *Chriſtianus Ludouicus Kotzebue* (c) et Hartisburgicus Superintendens *Andreas Iacobus Krieg*. (d) Inſtauratum et munimentis firmioribus inſtructum fuiſſe ab Henrico IV Hartisburgum, facile auctores nobis perſuadent; ſed, id olim non fuiſſe Saxonum caſtellum, contendere non auſim. (e) Caſtrum id Imperator non munimentis ſolum, ſed regalibus quoque intus aedificiis, coenobio nempe ſplendido et templo (f) collegiato auguſto, adornauit. Saxones nullius penſi habuerunt munitionem nouam. Sed quum praeſidiarii inde circumquaque inulti terras depraedarentur et vaſtarent, alia coepit animo Saxonum ſedere ſententia. Ipſi ea propter petierunt ab Imperatore, vt Adelbertum machinationis in Saxones agitatae auctorem, ex aula eiiceret. (g) Id vero poſtulatum Caeſari fuit moleſtum; et ipſi, repulſam reportatam ſuccenſentes, exercitum Goſlariae, vbi tum Im-

(*) *OTTO de Halremunt*, Canonicus eccleſiae maioris Hildeſienſis, ad a. 1328. in Diplomate Ottonis Epiſcopi commemoratur.

(q) *CHRONICON Luneburg.* p. 181. To. III. Leibn.

(r) *ANNALES Corbei.* p. 316.

(s) *LERBECCIVS* in *Chronico Mindenſi* p. 201. ſqq. To. II. Leibn.

(t) *BOTHO* p. 403.

(a) *HELMOLDVS* in *Chronico Slav.* L. I. c. 27. p. 561.

(b) *HEINECCIVS* in Diſſ. de Crodone Harzburgico.
*CHRONICON* Goslar. p. 535. To. II. Leibn. *Hic*, Conradus I, *in anno regni ſui quinto fundauit eccleſiam Canonicorum in Hartesborch* - - Conradus II *dotauit eamdem eccleſiam in Hartesborch cum praedio trans Salam, quod dicitur Balberghe et ſuis appendiciis et cum praedio Weurlinghe apud Sommerſchenburch.* Transtulit id Henricus III Goslariam et Simoni ac Iudae dicauit.

(c) Addiderat is praefationem *Chronico coenobii montis Francorum Goslariae*, a ſe conſcripto, de Hartisburgo ad Henricum Georgium Engelbrechtium Superintendentem Harzburgenſem. Ea quum non adpareret Chronico illi praefixa, eam loco praefationis Prof. Polycarpus Leyſer praemiſit Hiſtoriae Comitum Eberſteinenſium.

(d) Confer ſupra Hiſtoriam Magni, Ducis Saxoniae.

(e) Conradus enim primus iam dicitur in honorem S. Valerii fundaſſe collegium canonicorum ſaecularium in Hartesborch, in *Chronico breui* p. 426. To. III. Leibn. vbi additur donatio, quam Conradus II ei eccleſiae adiunxerit.

(f) *BRVNO* in *Hiſtoria belli Saxonici* p. 105. Huc Henricus IV Imperator Magnum, Ducem Saxoniae, in carcerem ire iuſſit a. 1073. *LAMBERTVS* ad e. a. p. 745. ſq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Imperator agebat, (h) admouerunt. Henricus, male ſibi metuens, clandeſtina fuga ſe in caſtrum Hartesburgi recepit, et ex ea, Saxonibus ſimulata pace deceptis, porro in Franconiam euolauit. Inde terris hiſce incubuit bellum Saxonicum, quod ſuo iam loco recenſuimus. Saxones fremebant de munimento Hartisburgi. Nec tamen id obſidere audebant. Fecerunt inter haec periculum, praeſidiarios coërcendi et a rapinis cohibendi. Monte enim proximo occupato, mille et ducentis militibus excurſiones hoſtium retardarunt. (i) Hac tandem lege vinculum pacis renouatum, vt arcis commemoratae munitiones, turres, ac moenia deiicerentur. Coloni, e vicinia ad arcem demoliendam euocati, reuocata ſibi in memoriam iniuria priſtina, tanto furore obuia quaeque funditus deſtruxerunt, vt nec templo nec coenobio nec tumulis regii pueri vtriusque parcerent. (k) Sepultus enim ibi fuerat *Conradus*, ex Henrico III Imperatore et Agneſa natus a. 1052, ad annum 1056. Henricus IV, frater Cunradi, ibidem filium a. 1071 Moguntiae natum, et poſt baptiſmum illico defunctum, ſepeliendum curauerat. Aegerrime tantum facinus tulit Henricus IV, quo oſſa filii ſui ſparſa erant et proiecta: cui multo Saxonum parentandum eſſe ſanguine, cenſuit. Dedit in primis Imperator id negotii vicario ſuo, per Saxoniam conſtituto, Ottoni, Duci quondam Bavariae, in gratiam nuper recepto, vt a. 1176 Hartisburgum inſtauraret. (l) Suaſerunt Saxones Ottoni, populari quippe ſuo, nequid Saxonico nomine indignum moliretur, neu machinam in ruinam ſui fabricari ſtuderet. Argumentis et perſuaſionibus hiſce locum reliquit Otto, et, excuſatione ad Caeſarem perſcripta, a coepto opere deſtitit. (m) Fridericus I Barbaroſſa, in Henricum Leonem Acheronta moturus, a. 1180 arcem refecit. (n) Otto IV Imperator, Henrici Leonis filius, turrim nouam addidit munitiſſimam, et continuo huc confugit, quoties ab aemulo, Philippo Sueuo, premeretur. (o) Condidit quoque ibi idem teſtamentum, quo iuſſit, vt arx imperio redderetur. Paullo poſt ibidem exſpirauit. (p) Caſtrum fuisſe imperio redditum, conſtabit infra ex §. 3. Henricus, Comes Woldenbergenſis, adſtitit Ottoni IV, in caſtro Hartisburg a. 1218 morienti. *Comites de Hartisburg* obuii ſunt inter teſtes in diplomate Philippi Romanorum Regis ad annum 1199, quo Hartwico II Archiepiſcopo Bremenſi caſtrum et Comitatus Stadii adiudicata ſunt Hildeshemii. Vide diploma inter *priuilegia Archiecclesiae Hammaburgenſis* apud *LINDENBROGIVM* p. 195. *LIPPOLDI*, Comitis Hertesbergenſis, ad annum 1181 (q) fit mentio inter hoſtes Henrici Leonis domeſticos. Eo ipſo anno Imperator Hartisburgum expugnauit, et in animum induxit triplici illud muro circumdare. Nomen *Hertesberg* poſtea conuerſum eſſe in *Sporke*, contendit *PFEFFINGERVS* iunior P. I. *Hiſt. Brunſvico-Luneb.* p. 287. ſqq. Ad annum 1224 obuius eſt *HERMANNVS*, Comes Hartisburgi, cum fratre *Henrico*, Comite de Werder, apud *LEVCKFELDIVM* in *Antiqq. Poldens.* p. 45. 72. *ENGELHVSIVS* in Chronico ad tempora Imperatoris Sigismundi haec habet p. 1139. To. II. Leibn. *Caſtrum Hartesborch ab Epiſcopis Magdeburgenſi et Halberſtadenſi et Duce Brunſwick et ciuibus Goslariae capitur. Verum non diu retinuerunt, ſed amicabiliter reſtituerunt illis de Swichelte.* *STADTWEGIVS* ad a. 1393. p. 276. To. III. Leibn. *In duſſem*

(h) *LAMBERTVS* l. c.

(i) - - - - l. c. *BERTHOLDVS Conſtantienſis* ad a. 1074. p. 345.

(k) Erphurdienſis antiquitatum *VARILOQVVS* ad a. 1073. p. 474. To. II. Menck. *Saxones Hartesburg deſtruunt, vbi ſepulchrum filii Regis violant oſſaque diſpergunt.* *CHRONICON* Halberſtadenſe p. 127. To. II. Leibn. *Saxones caſtella, quae Rex dudum aedificauerat, funditus euertunt, inter quae praecipuum illud caſtrum, quod Hartesburg dicitur, diruunt, monaſterium et clauſtrum Canonicorum, quod ibi erat, multa furentes audacia, ſolo tenus deiiciunt, et innocentis cuiusdam filii Regis ibidem ſepulti oſſa in contumeliam patris abiiciunt.* *HELMOLDVS* in *Chronico* Slavorum L. I. c. 27. p. 561. *ENGELHVSIVS* in Chronico p. 1088. To. II. Leibn. *BRVNO* p. 111. *LAMBERTVS Schafnaburg.* ad a. 1074. p. 761.

(l) Vide ſupra Vitam Ottonis inter Aduocatos armatos.

(m) Ibidem.

(n) *ARNOLDVS Lubecenſis* c. 31 (36) L. I. p. 648. To. II. Leibn.

(o) *COTZEBVVIVS* in praefatione memorata.

(p) *CHRONICON vetus Ducum Brunsuicenſium* p. 17. To. II. Leibn. *STADTWEGII Chronicon* p. 272. To. III. Leibn. *CHRONICON breue* p. 429. To. III. Leibn. *CHRONICON Luneburgicum* p. 174. To. III. Leibn.

(q) *ARNOLDVS Lubecenſis* l. c. Comes de Hartispurc teſtis eſt in diplomate Philippi ad annum 1189, quod *Iohannes RHODE* adfert in *Chronico Bremenſi* p. 271. To. II. Leibn. Doleo, excidiſſe nomen.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*duſſem Iahre wan Hertoghe Friderich eynen ſtriet vor Schwigelde.* Et ad annum 1413: *Dux Bernhardus capit Hartisborch.*

§. II.

Anno 1318 *ERNESTVS* Dux, Alberti Pinguis filius, id caſtellum recuperauit. Adiuuante dein Epiſcopo *Hildeſienſi*, *CONRADVS* Comes Wernigerodanus, aduocatus et conſeruator Goslariae, caſtrum per inſidias inuaſit et expugnauit. Anno 1369 *OTTO MALVS*, Dux Brunſuicenſis, vſus ſtrategemate (*) caſtrum recuperauit. Aegre id tulit Epiſcopus Hildeſienſis, qui *Vinenburgum* a Comite emerat et rurſus, poſſeſſionem Hartisburgi Comitibus Wernigerodanis ſe vindicaturum et defenſurum, ſpoponderat. Impedire igitur copiae Hildeſienſes ſtuduerunt, ne Otto commeatum arci importaret. Otto ex arena conſilium cepit et Epiſcopo Alveldam vrbem ex improuiſo eripuit. Quo facto Epiſcopus conquieuit tandem. (a) Poſthaec nobiles, de *Suichelde* dicti, agrum vicinum inde multis infeſtarunt excurſionibus. Impreſſionem in eos facturi, *Conradus* ab Egeln Comes et *Otto* nobilis Dominus VVarbergius, cladem acceperunt inſignem et Otto ipſe in certamine cecidit, a. 1411. (**) Eodem ideopropter anno Guntherus Archiepiſcopus, Bernhardus ac Henricus Duces Brunſuicenſes, vrbes Magdeburgum, Goslariam, Halberſtadium et Brunſuicum caſtrum obſederunt in ſeram hiemem. Arbitri, vtrimque pacis conſilia eſſe praeferenda, dictitantes, litem ſic compoſuerunt, vt Suicheldii in loco, vbi Otto percuſſus fuerat, ſacrarium exſtruerent et a rapinis ac violentia abſtinerent. Recedentibus copiis, Swicheldii, ad conſuetudinem latrocinandi relapſi, Goslarienſibus a. 1412 denuo abegerunt pecora. Redeunt igitur e continenti obſeſſores priſtini, arcem oppugnant, turribus moenibusque orbant, et Swicheldios ad deditionem die 21 Martii compellunt. Quibus rebus geſtis, Hartisburgum ſtirpitus deletur ſoloque aequatur. Poſthaec Duces id inſtaurarunt. Aſtu illud a. 1438 intrauit ac cepit *Hartvicus de Vtze*, pridie adſcenſionis Domini. Sed eum e veſtigio repulit ſolumque vertere iuſſit Dux Henricus. Saeuiente bello Hildeshemenſi, anno inprimis 1486, praedones Hartisburgum tenuerunt et direptionibus ſuis Goslariam terrasque adiectas admodum preſſerunt. Aduolarunt mox Duces, adiuti a Goslarienſibus et 4 Non. Iul. caſtello expugnato latrones duodecim inibi deprehenſos contrucidarunt. Ex eo tempore ſedes ibi praefecto (b) locorum vicinorum Brunſuicenſium adtributa. Sed altitudo montis et moleſtia adſcenſus anſam praebuerunt a. 1573 *IVLIO* Duci Brunſuicenſi ac Luneburgenſi, vt domicilium praefecturae mutaret et ad radices montis transferret. Caſtrum coepit ex eo negligi et in ruinas ſubſidere. Dux *AVGVSTVS* a. 1650 id penitus deſtrui diruique iuſſit. Locus praefecturae recentior adiacet pago *Bundheim* ſeu *Buntem*, et ex eo nonnunquam praefectura ipſa cognomen trahit. Dux Iulius ſalinas vicinas vſibus publicis aperuit, quae inde dicuntur *Iulius Halle*. Dux Auguſtus VVilhelmus locum adiectum ad equorum genus augendum iudicauit aptiſſimum.

§. III.

Ottone IV defuncto, Fridericus II Imperator Comitibus Woldenbergicis, qui circa Goslariam iam varia poſſidebant bona et nonnulla ibi ab eccleſia Gandershemenſi obtinuerant, caſtrum Hartisburc et bona adiecta regia in feudum dedit. *Comes Hermannus de Hartisburch* anno 1226 ſubſcripſit diplomati Henrici Longi, Ducis Saxoniae et Comitis Palatini ad Renum, quo coenobitis Polethenſibus egregia donantur bona. (c) *Hermannus* hic fuit frater Mathildis I Abbatiſſae. *Comes Hoierus*, ortu Woldenbergicus, ad annum 1262 circiter tenuit Comitatum Hartisburgicum. (d) Fuit Hermanni vel frater vel filius. *Hoieri ſigillum* dedimus inter inſignia Comitum Woldenbergenſium. Edidit id etiam *KOTZEBVE* loco infra laudato. Addemus in praeſens Comites Hartis-

(*) *CONRADVS BOTHO* ad a. 1370. p. 385. To. III. Leibn.

(**) *BOTHO* ad e. a. p. 396.

(a) Wenceslaus in diplomate a. 1384 Epiſcopo Hildeshemenſi adiudicat tertiam partem *montis Hartisburg*.

(b) Anno 1486 circa aeſtatem mediam Goslarienſes obſederunt caſtrum Hartzburg idque expugnarunt. Quum inde redirent, Dux Brunsuicenſis Henricus ipſos inuaſit in via ac fugientes partim interfecit, partim cepit. *CHRONICON TERRAE MISNENSIS* ad a. 1486. p. 276. To. II. Menck. *BOTHO* p. 421.

(c) Apud *LEVCKFELD. Antiqq. Poeld.* p. 216.

(d) *KOTZEBVE* in *Chronico montis Francorum* p. 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tisburgicos, vt inde tabulae ad p. 193. 194 adlatae ſuppleri poſſint. Inter legendum enim continuo proficimus in hiſtoriarum Oceano vaſtiſſimo. Tabula, p. 423 adlata, e Behrenſio et Cotzebuvio maximam partem decerpta eſt. Sed haec ab illis, p. 193 et 194 adlatis et ab Heineccio adprobatis, mirum in modum diſſident. Diplomata diſſenſionem tollent, e quibus ſequentia proponemus.

Hermannus et Henricus fratres a. 1210. ac a. 1235. fueruntque ſimul inde ab a. 1218 Comites Hartisburgi. Diploma Henrici VII a. 1223.

Burchardi filii vocantur Hermannus et Henricus a. 1249.

Hermanni filii vocantur Burchardus et Henricus.

Hermannus, Henricus, et Hoyerus fuerunt fratres a. 1259.

Borchardi filii dicuntur Borchardus et Hermannus ad a. 1270. quibus adduntur Wolterus, et Henricus ad a. 1274. Supra p. 785.

Hermannus et Henricus dicuntur filii Henrici a. 1270.

Hoyerus et Hermannus iunior vocantur fratres a. 1270. Vterque habitauit Hartisburgi. Frater eorum dicitur Henricus Canonicus Hildeſienſis a. 1280. 1295. ſoror vero Mathildis, Canonica Gandeſiana a. 1280.

Henricus et Hermannus a. 1278 dicuntur fratrueles.

Ludouicus, Conradus et Iohannes fratres a. 1281. 1290.

Borchardus et Henricus fratres a. 1281.

Lutgardus et Hermannus fratres a. 1281.

Henricus Canonicus Hildesh. filius Burchardi, avunculus Henrici C. de Regenſtein a. 1297.

Conradus et Iohannes fratres a. 1296. 1302. 1303. 1317.

*Ludolfi* filii Henricus, Ludolfus, Burchardus a. 1290. 1294. 1296. 1301. 1303. 1317. Ludolfo tribuuntur quoque filii Hermannus, Ludolfus, Borchardus a. 1296.

Henricus et Otto Canonicus Hildeſienſis fratres a. 1281.

Ludolfus, Iohannes, Borchardus fratres a. 1324. 1325.

Conradi filius Henricus a. 1328.

Gerhardus, Ianus ſeu Iohannes et Borchardus fratres a. 1352. Gerhardi fit adhuc mentio a. 1383. Sophia eius vxor occurrit ad a. 1356.

Hoyerus, Comes Waldenburgenſis et Hatisburgi, tenuit ab eccleſia Ganderſemenſi feuda. conf. ſupra p. 425. Sigillum eius exhibetur in *tab.* I. *fig.* 5. et apud *COTZEBUVIVM* in *Chronico montis Francorum Goslariae* p. 30.

Henricus et Conradus, filii Conradi, a. 1326.

Conradus, Iohannes, Ludolfus, Hermannus Can. Halberſt. Iohannes, Hoierus Can. Hild. Borchardus, Henricus, Hedwigis Canonica Quedlinburgenſis, Iutta Canonica *ſaecularis* Gandersheimenſis, Mathildis vxor Hermanni de Steinberg famuli a. 1326.

Hinc emergit tabula, pauculis aliunde adſcitis:

## TABULA I.

*Burchardus* 1181. 1188.

- *HERMANNVS* C. Woldenberg. et Hartisburg. 1210 - † ante 1249.
  - *BVRCHARDVS*. 1249] - - 1285. Vxore Com. Regenſtein.
    - *Burchardus* 1270. et N. N. vxor Henrici III Comitis Regenſteinenſis.
    - *Hermannus* 1270. 1280.
    - *Henricus* 1270 1280. 1295. Can. et Ep. Hild.
    - *Mathilda* II Can. et Abb. Gand.
  - *Hermannus* 1270. 1285.
    - *Ludouicus* 1281. ſeu *LVDOLFVS* auctor caſtri Woldenſtein a. 1296.
      - *Henricus* 1290 1296. 1298.
      - *Hermannus* 1296.
      - *Ludolfus* 1290 1298. 1303.
      - *Burchardus* 1296.
    - *Otto* † 1335.
    - *Conradus* 1303. 1321.
      - Conr. Ioh. Ludolf. Henr. Conr. Burchard. Ida et Hedwigis. tab. III.
    - *Hoierus* 1270.
  - *VVolterus* 1274.
  - *Henricus* tab. II.
  - *HOIERVS* 1259. Comes Hartisburg.
    - *Iohannes* 1303. 1331.
      - *Iohannes.*
      - *Borchardus.*
      - *Iohannes.*
      - *VVillebrandus.*
      - *Iutta* Can. Gand. 1332.
    - *Hermannus* 1281.
    - *Lutgardus* 1281.
- Ludolfus Decanus Hild. vti vulgo.
- *Henricus* 1210-1259.
- *Mathilda* I. Abb. Gand. † 1223.

## TAB. II.

*Buchardus*

- *Hermannus.*
  - *Henricus* 1270. 1274. 1295.
    - *Hermannus*, 1280.
    - *Henricus*, 1278. cui tribuunt Henricum, Burchardum, Ludolfum Can. Hild. ac Canonicas Gand. Beatam, Sophiam et Geſam.
    - *Otto* Can. Hild. 1293. et Praep.

## TAB. III.

Conradus

- Henricus 1326.
  - *Herm.* Can. Halb.
  - *Iohannes.*
  - *Hoierus* Can. Hild.
  - *Burchardus.*
  - *GERHARDVS* 1352. 1383. Vx. *Sophia* 1356.
    - *Ludolfus* † 1376.
  - Alii.
- Conradus 1326.
  - Filii nonnulli.
- *Iohannes.*

Falſum igitur eſt, quod *LEVCKFELDIVS* probat in *Antiqq. Walkenred.* c. X. §. 8. p. 126, Comites Woldenbergenſes intercidiſſe in Ottone ad annum 1344.

§. IV.

§. IV.

Argenti fodinae Rammelsbergicae inuentae et erui coeptae ſunt, iuſſu Ottonis I Regis ac (a) Imperatoris. Domicilium venatorum cum horto clauſo exſtabat tum, vbi nunc reſiduus eſt locus *Wort* intra Goslariam. Adiacuiſſe molam, perhibent. Curauit Otto nonnulla eis adiungi aedificia pro metallifoſſoribus. Sedes ibi adtributae ſunt familiarum nobiliorum auctoribus vel propagatoribus, vt eſſent praeſto, qui metalli fodinas moderarentur. Errant, qui Henricum Aucupem huius inuentionis gloria impertiuntur. Henricus II palatium Caeſareum exaedificauit Goslariae. Conradus II locum vrbi deſtinauit ibi et muros ei circumdedit. Franci orientales, ad Herciniam veluti in coloniam deducti, ex tractu confluxerunt Norico, vt metalla effoderent et elaborarent. Exinde nonnulli in locum, vbi nunc Clauſtalia et Cellerfelda florent, a Caeſaribus ſubmiſſi, qui altiora quoque iuga pertentarent. Indicio ſunt *Francoberga* Goslariae et *Frankenſcharren* i. e. *macellum Francorum* Clauſtaliae. Caſtrum quoque Clauſtaliae ab Imperatore quodam fuiſſe ea circiter aetate conditum, patet ex *loco caſtelli* ſeu *Burgſtette*, vnde hodienum tractus quidam fodinarum adpellatur. Ex *incluſa* ſeu *coenobio in valle poſito* Clauſtalia indubie denominata. Coenobium *Cellae* Cellerfeldae dedit nomen. Poſtremus, qui ei praefuit, Abbas *Vlricus* diplomata ſignauit interuentu cerae rubrae, et a. 1340 contractum iniit cum coenobio Richebergenſi. Vt fodinae ſumtibus multorum facilius cedere laboribus operariorum poſſent, Imperatores decimam ſibi duntaxat reſeruarunt, reliquum aeris prouentum mercedi operantium et ſumtus conferentibus diſtribuit. Henricus Leo Goslariae et adiacentibus argenti fodinis inhiauit, et, quum eas adipiſci non poſſet, maxima intulit detrimenta. Otto IV Caeſar Hartisburgum et Herciniam ſibi aduerſus Philippum Sueuum adſidue vindicauit. Vt Philippus hoſtem frangeret, Henricum a fratre Ottone abalienatum aduocatia Goslariae donauit. Sed Henricus, interiecto tempore exiguo, reconciliatae pacis gratiam cum fratre praepoſuit promiſſis Philippi. Otto IV a. 1209. 9 Kal. Ian. confirmauit coenobio Walkenredenſi inter alia *curiam et areas, quas poſſidet monaſterium praedictum in Goslaria, cum vniuerſo emolumento, quod habet in* NEMORE. (b) Haud obſcure ſignificatur, in ſilua prope Goslariam tum emolumentis ex re argentaria fuiſſe labores feliciter impenſos. Nec tamen opus eſt, vt credamus, Ducum Brunſuicenſium progenitores nondum poſſediſſe vllam ſiluae Hercinicae partem. Nam Lotharius Saxo, vt Comitatum Stadenſem felicius ſibi vindicaret, Vdoni IV Comiti Stadenſi huiusque vxori *Beatrici*, Hermanni Comitis Winceburgici vltimi ſorori, deſtinauit Comitatum et ſiluam *Harz* adiectam, quorum vtrique nomen *Lisga* erat. Monuimus alibi, matrem Hermanni illius Comitis matrem exſtitiſſe ſororem Lotharii Saxonis Imperatoris. Vdo autem ille beneficia illa Imperii vna cum praedio vxoris ſuae, *Hiordinge*, ſito in *pago Hikkerga*, ac praedio *Holzhuſen*, ſito in *pago Heſſiga*, donaſſe Conrado III indubie antequam hic in Regem eligeretur. Comitatum *Lisga* et ſiluam *Harz* Conradus III Vdoni et Beatrici in perpetuum beneficium tradidit. Obiit inter haec Vdo, et paucis poſt annis ipſa etiam Beatrix. Adire itaque Henricus Leo hereditatem conatus eſt et praedium Embecae ſitum hereditario iure accepit, quocum *Comitatus* ille et *foreſtum in montanis Hartz* erat coniunctum. Hereditatis ratio erat in conſanguinitate quaerenda. Gradus autem illius cognationis non exprimitur. Licebit vero eum ſic repraeſentare:

*Gerhardus.* Vxor filia Ottonis Comitis Palatini.

*Lotharius* Saxo † 1137. — *Soror*, Vxor *Hermanni* ſenioris Comitis Winceburgici.

*Gertrudis*, vxor Henrici Magnanimi, † 1143. — *BEATRIX* vxor *Vtonis* IV. — *Hermannus* iunior Comes.

Henricus Leo

Vni-

(a) *DITMARVS Annal.* L. II. p. 24. ed. Mader. *OTTO Friſing.* Chron. L. VI. c. 24. p. 131. To. I. Vrſtiſii. *ALBERICVS* in *Chronico* ad a. 968. P. II. p. 16. *Otto primus venas argenti et auri iuxta ciuitatem Goslariam in Saxonia inuenit. Vnde SIGEBERTVS: Otto Imperator in terra Saxonia venas auri et argenti primus induſtria ſua aperuit.*

(b) Apud I. G. *LEVCKFELDIVM* in *Antiqq. Walkenred.* c. 18. §. 6. p. 359.

Vniuerſam hereditatem Henrico Leoni confirmauit Fridericus Barbaroſſa a. 1157. ipſis Kalendis Ianuarii Goslariae, adiuncta bulla aurea. (c) Ottoni Puero Fridericus II Imperator a. 1135 in comitiis decimam Rammelsbergicam in perpetuum Imperii beneficium tradidit. Quantum ad hanc decimam adtinet, *ERNESTVS ſenior* et *iunior* Duces Brunſuicenſes, quorum progenitores eam nobilibus Dominis de Gowiſche (*) oppignorauerant, conſenſerunt in contractum, per quem Gowiſchii medio ſaeculo XIV decimam cum iudicio, iure et emolumento reipublicae Goslarienſi tradiderunt. *HENRICVS IVNIOR* a. 1527 Goslarienſibus denuntiauit, vt cederent beneficio, Ducibus Brunſuicenſibus a proceribus Imperii ſummis in perpetuum tradito, ſibique recuperauit decimam vna cum iuribus et fructibus connexis. Goslarienſes litem eo nomine ad Caeſarem detulerunt, qui Ratisbona cognitores cauſſae miſit, ſed infecta re illico reuerſos. Conſenſerant Goslarienſes in redemtionem; ſed interceſſionis formulam promulgauerant, per quam ſibi vindicaturi fuerunt iudicium et fructus decimae. Sed de *decima* diſtincte reſeruatum erat ius redimendi, cui indubie iura, iudicium et emolumenta ſemper fuerant innexa. Saeculo exeunte XIV et medio vsque XV fodinae Rammelsburgicae quieuerunt, lapſu quippe et ruina (d) oppreſſae. Tandem Goslarienſes eas denuo recluſerunt. Ne ipſi vero continuis litibus Duces Brunsuicenſes diſtinerent, effectum eſt obſidione, qua Henricus Iunior a. 1552 Goslariam cinxit. Tum enim vtrimque convenit de concordia et Goslarienſes ceſſerunt iure quaeſito et inſigni ſiluarum tractu. Anno 1585 *DVCES* acceperunt nonam fodinarum et metalli, quam antea Goslarienſes a ſeſe poſſeſſam praedicant. Senatus Goslarienſis retinebat duntaxat quinque ſpecus, e quibus vitriolum fabricantur. Anno 1626 lacus ſubterranei neglecti ſunt a Goslarienſibus, in quos olim vnda Martialis ſubſidebat, quae ferrum in aes cyprium conuertiſſe dicitur. Aqua e ſpecubus illis defluens vehit limum luteum, quem vocant *ockergelb*, et componendo colori rubro furvoque adhibent. In fodinis ob duritiem terrae metalliferae operarii laborant incenſis lignis, et ob aeſtum ex igne enatum nudati opus faciunt. Argentum inde conflatum habet nonnihil auri, quod artifices exeunte ſuperiori ſaeculo didicerunt eliquare et ſeparare. Percuſſos ex eo auro ducatos et alia numiſmata complura, merito praedicamus. E fodinis praeterea eruuntur *talcum*, *coboltus*, et *alumen fiſſile* ſeu *plumoſum*, quod nonnulli cum asbeſtite perperam confundunt. Figura nocentiſſimae mephitidis ſaepius videtur Monachos et Diabolos exprimere ac praeferre. Ex adflatu eius exſtinguntur candelae, hominesque ſuffocantur vel ad vecordiam terroresque imaginarios adiguntur. Periculoſum eſt, ciere vndas hiſce venenatis vaporibus refertas. Hinc origo deriuanda eſt de Diabolo et Monacho metallico. In praeſens florent metalli fodinae Hercinicae largosque praebent prouentus. Sed non ea ſemper fuit fortuna. Anno 1004 fames et a. 1006 peſtilentia operarios plerosque metallicos exſtinxerunt. Anno 1016 Guntherum Caroli, adminiſtrum Henrici II, rebus conlapſis egregiam tuliſſe opem, fama eſt. Imperante Henrico IV, bellum Saxonicum et deſtructio Hartisburgi, vt fodinae ab operariis minus frequentarentur, in cauſſa fuerunt. Inuentae feruntur fodinae in loco *Wildeman* a. 1045; in loco *Cellerfelde* a. 1070. Saeculo XII exeunte *magiſter* (e) *montis* (Bergmeiſter) Cellerfeldenſis et Wildemannicus, ad iram ab Hero ſuo prouocatus, machinas artificiales perdidit ſpecuumque exſcenſiones vitiauit. Quo facto cum operis ſuis metallicis ſolum vertit et in Miſniam profugit. Ex hoc damno incrementa ceperunt metalli fodinae Fribergenſes. Magiſtrum illum vocant nonnulli *Hermannum de Goſewiſche*, addentes, ipſum indigne tuliſſe, quod Otto IV vxori ipſius vim intulerit. Saeculo XIII fodinae, in Hercinia ſuperiori ſitae, tripertitae ſunt inter Duces Brunſuicenſes. Henricus enim Mirabilis ſortitus eſt tertiam Rammelsbergi et fodinarum metallicarum ad Cluſam cum ſilua et venatu. Tantumdem acceperunt Albertus et Wilhelmus, fratres. Anno 1348, vti refert *AVENTINVS*, *ſaeuiſſima in vniuerſum orbem terrarum graſſatur peſtilentia: plerique mortalium exſtincti ſunt: quarta pars vix ſuperſtes fuit ſubitoque lue*

*raptati*

(c) Diploma dedit I. I. *MADERVS* in *Antiqq. Brunsuic.* p. 117. ſqq.

(*) Anno 1343.

(d) Anno circiter 1353. Videantur *MATTHESIVS Sareptae* Concione II et *AGRICOLA* de re mellica L. II. qui ita ſubdit: *Ruinis illis tot homines ſunt oppreſſi, vt, vno die circiter quadraginta feminas viris orbatas eſſe, annales loquantur.*

(e) Rectius fortaſſe *Praefectus montis, Berg-Hauptmann.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*raptati dicto citius interibant.* Vulgus finxit, fontes a Iudaeis fuiſſe veneno imbutos. Eos igitur paſſim inuaſit et viuos concremauit, vt, duodecim millibus abſumtis, vix requieſceret furor. Ceciderunt ex hac peſte ſenes iuuenesque, qui in opere erant metallico. Fodinae Hercinicae coeperunt iacere incultae, et vix medio ſaeculo XV reſumſerunt metallifoſſores opus ſibi conſuetum. Quum ſpecus repararentur, inuenta ſunt corpora defunctorum bene multa. Anno 1473 nouum ingruit malum. Aeſtas enim incidit feruidiſſima, et inde a Pentecoſte ad Octauam Aegidii riui fluuiique exaruerunt vel a ſiccitate non multum abfuerunt. Ex calore immodico flammam conceperunt ſiluae, Hercinica et Bohemica. Agreſtibus imperatum, vt aggeres facerent in Hercinia et arbores proximas deiicerent, ne latius ſerperet incendium. Metalla itaque in terram adiacentem deuecta, vt ibi ob ligni Hercinici inopiam a ſcoriis purgarentur et excoquerentur. Hinc ſuperſunt congeries ſcoriarum. Anno 1494 vidua Wilhelmi iunioris Eliſabeta, Bodonis Comitis Stolbergenſis filia, quae ad dies vitae tenuit Stauffenburgum et poſtea Gandershemii ſepulta eſt, foſſores nouos petiit a fratribus Casparo, Alberto et Bodone, ferrique fodinas aperuit Gitteldae et in Grande. Inde Henrici Duces et Iulius refecerunt quoque metalli fodinas et nouas aperiendas curarunt. Ex eo tempore res metallica in dies creuit. Deus adnuat quoque in poſterum!

## CAP. XXIX. HOMBVRG.

Dominium *Homburg*, ex caſtro eiusdem nominis dici ſolitum, quondam complectebatur caſtellum Homburg haud procul a coenobio Amelunxborn, praefecturam Wickenſen, Grene, Lauenſtein, Comitatum Woldenſtein, aduocatiam in Bruggem et ſiluam *Hils*. Ipſos fuiſſe beneficiarios poſſeſſores praediorum nonnullorum eccleſiae Ganderſemenſis, negari ſane non poteſt. In Vita Abbatiſſae Catharinae Oldenburgicae de ea re fuit dictum. Fruſtra ſunt, qui Dominos hoſce nobiles ex Comitibus Northeimenſibus deducunt, aequalis quippe fere antiquitatis laude florentes. Ipſi primum dicti ſunt *Comites*, poſtea *nobiles Domini*, *vexilliferi* ſeu *bannerhern*. Homburgum filii Henrici Leonis in tabula diuiſionis adnumerant patrimonio ſuo. *Comes Sifridus de Homburg* iam ad annum 1128 occurrit (a) in diplomate apud Schatenium in Annal. Paderborn. p. 721. P. I. *Bodo* teſtis eſt in Diplomatibus Hildeshemenſibus ad annos 1167. 1173. In eisdem deprehendo *Bertoldum* ad a. 1246. A. 1269 *Henricus de Homburg* (*) decimam Brunteshuſanam, quam Wernerus de Letgaſt ab eo per legem feudi tenuerat, coenobio Catelnburgenſi donauit. Anno 1272 *Henricus* ſucceſſit, vti exſtat in Annalibus Corbeienſibus. Ea tempeſtate circiter Domini vendiderunt praedium Brunkenſen viris nobilibus de Wrisberge. A. 1308 *Ludolfus* quidam fuit Canonicus maioris eccleſiae Hildesheimenſis. *Iohannes vexillifer* a Bothone p. 385 praedicatur. *Henrici* vxor Schonetta Naſſovica eſt admodum nota, quippe quae ab Epiſcopo Hildesheimenſi inducta dominium Homburgenſe a legitimo Domino auellere tentauit. Nam praedia viduitatis ſolatia, nouo marito Duci Brunſuicenſi adtulerat inſignia, quae non minus Epiſcopo adriſerant. Henrici frater *Geſehardus* erat Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis, cuius diploma a. 1384 datum meis eſt in manibus. Vtriusque patruelis *Boto* in eodem commemoratur. Vulgo tradunt a. 1409 Henricum, ſtirpis ſuae extremum, periiſſe. At a. 1411 *Sifridus* (b) Gandershemii ab Abbatiſſa infeudatus eſt dimidio caſtro Homburg, dimidio caſtro Lauenſtein, Woldenſtein, et aduocatia in Brüggem ac Banteln. Paullo tamen poſt ſtirps ipſa intercidit. Bernhardus et Henricus, fratres et Duces Brunſuicenſes, non meminerant, dominium Homburgenſe iam olim ſuum exſtitiſſe. Adpellebant igitur animum ad Abbatiſſam Ganderſemenſem, dictitantes hanc eſſe Dominam directam quamplurimae dominii partis. Recurſum eſt ad diploma Henrici II. Ne vero regereretur, Abbatiſſam dudum iura ſua imperialia neglexiſſe; conſultatum eſt de innouatione regiae tuitionis. Hoc pacto Abbatiſſae

(*) Idem teſtis eſt ad a. 1248 in diplomate Ottonis Ducis, *Pfeffinger iunior* P. I. p. 79.

(a) *Bertoldus* ad a. 1140. p. 708.

(b) *CHRONICON Hildesh.* p. 760. tradit, *Sifridum* a. 1360 vendidiſſe Henrico Epiſcopo Hildeſienſi caſtrum Woldenſtein. Ibidem p. 755 docetur, Dominos Homburgios Ottoni Epiſcopo permiſiſſe redemtionem caſtri Homburg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

batiſſae, quae per ducenta fere ſaecula nexum immediatum vix cogitauerant, a Ruperto Palatino obtinuerunt priuilegium de immunitate regali. Hoc cuneo Epiſcopus fuit repulſus. Singuli tamen ſibi proſpexerunt ita, vt praedae exſortes nulli abirent. Duces dominium Homburgenſe acceperunt. Epiſcopi tractum Fredenſem a Ducibus ſunt nacti, et caſtrum *Woldenſtein*, inſciis Abbatiſſis, rapuerunt. Abbatiſſa praedia Bruggem et Banteln, quantum ad aduocatiam pertinet, ad exiguum tempus retinuit. Tabulam genealogicam accuratam nec vidi nec conficere citra documentorum materiem ſufficientem audeo. Sigillum ſuppeditauit Vir Illuſtris de Bucholz, humanitate et virtutibus omnigenis nemini ſecundus.

## Diploma de caſtro Homborg oppignorato:

„*Aſchwin van Swichelte* bekenne openbar in duſſeme breue vor mek vnde myne er-
„uen vnde vor alſeweme, dat ek ſchuldich byn recht witlker ſchult *Diderike van*
„*Lynde*, vnde We duſſen breff hefft myt ſinen guden willen, negenhundert vnde veir-
„tich gude rinſche gulden de ek redeliken van ome vpgenomen vnde in myne nuth
„vnde vromen gekart hebbe, Vor duſſe vorbeñ ſummen goldes hebbe ek ome gheant-
„wordet vnde antworde ieghenwordighen mit duſſen breue enen breff de de inholt
„ſeuenteyndehalfhundert Rinſche gulden, den de Hochgeborne fforſten Hern *Wil-*
„*helm de elder*, Her *wilhelm de iunger* vnde *Her ffrederik* alle Hartoghen to Brunſwick
„vnde Luneborch ſamptliken vorſeghelt hebben *Brande van Swichelte* ſeliger myneme
„vader, *Corde van Honſtede*, vnde oren medebenompte ouer dat *SLOT HOMBORCH*
„vnde vorder alle andere breue, de de vorbenompte *wilhelm de iungere* vñ Her *ffrede-*
„*rik* brodere ſunderliken, ſamptliken vnde beſundern dar ok vp verſegelt vnde ghe-
„gheuen hebbet. Alle duſſe vorbenompte breue hefft de erbenomte *Diderick van Lynde*
„vnde ſyne medebenompten myt mynen guden willen vnde vulborde ſo dat ſe ſoda-
„ner vorbñ ſummen goldes alſo neghenhundert vnde veirtigh Rinſche gulden, de mek
„van des Slotes Homborch vnde der breue weghen thaſtad, dar ſe mede bekomen
„ſchullen, myt weme ſe kunnen vnde moghen. Dat is myne gude wille vnde vul-
„bord. Vnde do der vorbenompten breue vnde der neghenhundert vnd veirtigh gul-
„den eyne gantze vorticht vnde enwil dar nicht mer upſaken vnde nemant van my-
„net weghen vnde de genompten Vorſten, vnde vorder nemande van der weghen
„enighe bedegedinghen, beſchuldighen, nach anlanghen, weret geyſtlikes edder
„wartlikes gherichtes, neynerleye wys. Vnde dyt alle ſo duſſe breff anholt ane In-
„ſaghe holden ane gheuerde. Vnde hebbe duſſes to ener Vorderbekantniſſe myn
„Ingheſeghel witliken henget an duſſeme breff, de ghegheuen is na der gebort vn-
„ſers Hern veirteyn hundert vnde dar nha im ſeſtigheſten Iare, des vrigdaghes vor
„Simonis et Iude."

Originem Dominorum Homburgi ad medium ſaeculum decimum tertium reiicit *LERBECCIVS* in Chronico Epiſcoporum Mindenſium, (b) adiiciens, *Iuditham* Abbatiſſam coenobii Kemnadenſis amorem mutuum ſociaſſe cum *primo barone de Homborch.* Inſcriptio tabulae Amelunxbornenſis ſignificat, *Henricum*, Homburgi Dominum poſtremum anno 1445 a Comite Eberſteinenſi in templo coenobii fuiſſe obtruncatum. At annus cubat ille in mendo. At iam anno 1414 (c) Bernhardus et Henricus, fratres Sereniſſimi, Duces Brunſuicenſes, cum Iohanne, Epiſcopo Hildesheimenſi, litem, de vacuefacto dominio exortam, compoſuerunt. Tabulam Amelunxbornenſem ſecutus videtur Annaliſta Corbeienſis (d)

CA-

(b) Pag. 172. To. II. Leibn.
(c) *REHTMEIER* in Br. Lun. Chronica p. 698.
(d) Apud Paullinium in ſyntagm. rerum Germ. p. 417.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Caput XXX.

# COMITES DE HONSTEIN, ET ILEFELD, AC LORA.

## Schema genealogicum.

## Tabvla I.

*

*VVilhelmus* Comes Arelatenſis.

*LVDOVICVS*, Conradi II conſiliarius et Vice Dominus in Thuringia, dein Comes Thuringiae 1039. † 1055. vel 1056. Vxor Caecilia, filia Domini de Sangerhauſen.

*LVDOVICVS* II ſaltator natus a. 1050 † 1123. Vxor *Adelheid*, vidua Friderici Com, Palat. a. 1115.

- *LVDOVICVS* III. Landgrauius Thuringiae.
- *VTO* Ep. Citic.
- Tres alii et tres filiae.

*BERINGERVS* C. in Sangerhauſen, dedit ſe Henrico IV. Vxor Bertrada, filia Cunradi Marchionis Landesberg. et Wettin.

- *CONRADVS* Comes in Honſtein, ſcribit heredes Iuttae poſteros.

*Henricus Raſpe*, conditor Raſpenburgi. † 1130. Vx. Hedwig, vidua Comitis Gevae.

*Hildegardis*. vx. Popponis C.

*IVTTA*, vxor Com. de Linderberch et Bielſtein.

*Alheid* ſanctim.

*BERINGERVS* Vxor Bertrada † 1145.

- Ludouicus Comes de Lora † 1126.
  - Adelheidis, vxor Volcmari Com. de *Clettenberg*, quae fundauit coenobium Walckenred, a. 1127.
    - *Bertholdus* 1127.
    - *Ludouicus* 1127.
      - *Hoierus* 1163.
      - *VVernerus* C. de *Lora* 1163.
        - *Theodericus* albus.
        - Ludouicus 1196.
        - Conradus 1196.
          - *Beringerus* 1221.
            - Filia nupta Friderico VI. C. Beichlingenſi, cuius fratruelis Frid. VIII. Loram permiſit vel vendidit Henrico V Com. Hahnſtein.
- *CONRADVS* primus Comes in Honſtein † 1145.
  - *ELGERVS* I. C. in Bilſtein et Honſtein, fundator coenobii Ilefeld. † 1189.
    - *ELGERVS* II. 1190. vxor Lutrudis Com. de Orlamunde
      - *ELGERVS* III. Vda filia Burggravii Magdeburg.
        - *HENRICVS* I Vx. ex Eberſtein.
          - *ELGERVS* IV a. 1215. fit Monachus Iſenacenſis 1236. † 1242.
          - N. N. Abbatiſſa in Rore.
        - *THEODORVS* I Vx. Helwiga C. in Arzen.
          - *HENRICVS* II. 1260. vx. Mathildis C. de Regenſtein.
- Theodoricus Com. de Berka.

*HENRICVS* III. Vxor Anna C. de Rauensburg. a. 1223.

- Theodorus III. Vx. C. de Waldec.
- *Sophia* nupta Henrico IV C. de Blankenburg.

Lutgarda vxor Alberti C. in Barbi.

Elgerus V. Abb. Ilef. et Vlricus I. Canonicus.

*THEODORVS* II ſeu Theodoricus a. 1223. Vxor Sophia de Anholt.

- Otto Ep. Merſeburg.
- *HENRICVS* IV Vxor C. de Waldec, accepit a. 1300. Heringam, captus a. 1303 Tab. III.
- *THEODORVS* IV. 1315. vx. Armegarda C. de Coſſenburg. Tab. II.
  - *THEODORVS* V Vx. 1) Alheid 2) Sophia.
  - Bernhardus.
  - Erneſtus Ep. Halberſtad.
  - Vlricus II
  - Henricus V

# TABVLA II.

*THEODORVS* IV.

*THEODORVS* V vx. 1) Alheid C. de Holſtein. Ottonis filia. 2) Sophia Dux Brunſuic. | Bernhardus. | Erneſtus Ep. Halberſtad. 1389. | *VLRICVS* (*) II. 1367. Vx. Agneſa, filia D. de Brunſuic. Erneſti. | *HENRICVS* V 1358. Vide ſupra p. 141.

*HENRICVS* VI, cui arx Hohnſtein a. 1423. adimitur. Vx. C. de Weirenberg.

*THEODORVS* VI † in carcere 1417 Dringenbergae ad Paderbornam, quum Henricum VI per Fridericum de Heldrungen infeſtaſſet et dimidium vrbis Heringae vendidiſſet Bothoni Comiti Stolbergenſi.

*IOHANNES.* Vxor Anna, filia Georgii D. de Anhalt.

*Bernhardus.* | *Wolfgangus.* | *Anna* Vxor C. Vlrici de Regenſtein.

# TABULA III.

*HENRICVS* IV. C. de Waldec.

*GVNTHERVS* 1340. | *HENRICVS* Caluus, 1340. Mechtilda C. de Orlamunde.

*LVDOVICVS* 1352. *Leuberus* To. III. Menck. p. 1906. | *ELGERUS* VII. Praep. Northus. | *HENRICVS* VII 1355. Vx. Agneſa, filia Ottonis D. Brunſuic.

*ERNESTVS* II occiditur ab Erico in pugna, 1415. Vx. Anna Com. de Stolberg. | *HENRICVS* VIII captus miſere ab Erico D. Brunſu. in pugna Oſterhagenſi 1415. | *Guntherus* occiſus 1415.

*HENRICVS* IX Vx. C. de Waldec. | *ELGERVS* VIII. | *ERNESTVS* III Vxor ſoror vltimi Com. de Altenburg. | *Margareta* Vxor Guntheri C. de Mansfeld.

*Agneſa*, Com. Aldenburg. Chriſtiani. | *ERNESTVS* IV. 1492 Vxor 1) Margareta C. de Gera 2) Felix C. de Belcheln. | *Ioannes.* Vx. Catharina. C. de Gleichen. 1454. | *Catherina* Decana Gandersh. et Abbatiſſa Wunſtorp.

*Elgerus* IX † improlis.

*Anna*, vxor C. Alberti de Mansfeld. | *Henricus* IX. a. 1508. Vx. Suſanna de Bickenbach. | *ERNESTVS* V. 1530. † 1552. Vx. Anna C. de Bentheim. † 1559. 21 Mart. | *Wilhelmus* Ep. Argent. | *Ioannes* Canon. Colon. | *Elgerus* X. Can. Colon. | N. N. vxor Ludolfi C. de Wunſtorf.

*Franciſcus* † improlis.

*Chriſtophorus* | *Volcmarus Wolfgangus.* † 1580. 5 Febr. Vx. 1) Margareta C. de Barbi. 2) Magdalena C. de Regenſtein. | *Wilhelmus Eberwinus.* 1554. | *Erneſtus* VI. 1560. Vx. Catharina C. de Schwarzburg. | *Catharina* vx. Iacobi C. de Bitſch et Geroldſeck. | *Margaretha* et *Martha* Canon. *Anna* Canon. in Doren † 1581.

*ERNESTVS* VII † 1593. 8 Iul. natus 1562. 24 Feb. 1) Vx. *Iuliana* C. de Barbi † 1590. 8 Nou. 2) Agneſa de Eberſtein 1592. | *Maria.* | *Elgerus* XI natus 1570 7 Mai † 29 Sept.

1. *Erdmuth Iuliana* n. 1587. 11 Maji, vxor C. de Gleichen 1606. 10 Mart. † 1633. 28 Iul. | 2 *Volcmarus Wolfgang* nato 1583. 25 Sept. † 1586. 16 Dec. | 2 *Eliſabeta* nat. 1588. 8 Iun. † Mich. | *Maria Magdalena* † 1590 5 Febr. | *Dorothea Eliſabeth* † 1595. 8 Mai. nata 1589. 25 Mart.

In-

(*) Huic tribuit *Leuberus* in Catalogo Comitum To. III. Menck. p. 1906. filium Henricum VIII. a. 1391. Henrici huius filios facit Erneſtum II, Henricum ſuperbum, et Guntherum a. 1404. 1408. ac ita porro.

Inſignia Hohnſteinenſia, a trabibus ſiluisque petita, hunc ſunt transferenda.



Ludouicus I, auctor gentis, erat cum fratre Hugone ex Francia ortus, (a) diues et nummis et conſilio, conſanguineus Imperatoris Conradi II, verſatus primo in aula Conradi eiusdem, poſt vicarius eius per Thuringiam. (b) Anno 1039 inſignem a Caeſare per Thuringiam obtinuit donationem, quae Diplomate publico fuit praemunita. (c) Obiit anno 1055 vel 1056 menſe Decembri. (f) Vocari ſolet *Comes Thuringiae* et *Barbatus*. De progenitoribus et progenie eius impenſe meruerunt Ioannes Piſtorius et *Ioannes Georgius* ab Eccard. (g) Vxor ipſius vocatur *nobilis matrona, Caecilia (h) de Sangerhuſen, quae ad eum ſeptem millia manſorum cum aliis innumerabilibus bonis ex hereditaria ſucceſſione deuoluit.* Auctor libelli de Ortu Landgraviorum Thuringiae perhibet, *eam de ſemine Ducum Saxoniae* fuiſſe. Genuit marito *LVDOVICVM*, qui ſucceſſit patri in Comitatu Thuringiae: *HENRICVM*, qui condidit et inhabitauit caſtrum Raspenburg, vnde *Raspe* cognominatus eſt: et medium natu *BERINGERVM*, qui dominium Sangerhuſenſe impetrauit: Henricus erat ſignifer Regis, et anno 1130 clam confoſſus immatura morte obiit. (i) Sorores hiſce adiungendae ſunt *Hildegardis*, quam duxit Poppo Comes de Henneberg: *Vta* ſeu *Iutta*, nupta Comiti de Linderbeche: et *Alheidis*, quae perpetuae virginitatis laudibus ſeſe oblectauit. Iuditha ſeu Vta peperit ex Comite de Linderbech Beringerum, qui in coenobio Reinhartsbornenſi ſepultus eſt, et tres reliquit filios, *Ludouicum* Comitem de Lare: *Conradum*, primum Comitem de Hohnſtein, cuius filius natu maior *ELGERVS* monaſterium *Ilfeld* fundauit: (k) ac *Theodoricum*, Comitem de Berka. Comes ille de Linderbeck et Bielſtein vocantur a nonnullis Ludouicus. (l) Beringeri vxor adpellatur Bertrada. (m) Ex hac progeniti ſunt Ludouicus, Comes de Lora, Conradus primus Comes Hohnſteinenſis, et Theodoricus Comes de Berka. Hiſce *LEVCKFELDIVS* (n) addit *Rokerum*, Comitem Bielſteinenſem, qui anno 1148 confirmauerit donationem Hugonis de Heringen, coenobio Gerode factam. Conradus fortaſſis ſeſe nunquam vocauit Comitem Hohnſteinenſem. Vxorem duxit Annam Comitis Vdonis ſeu Bodonis (o) Stolbergenſis, filiam. Ludouici, Comitis de Lora vxor eſt incognita. Filia nomen immortalitati conſecrauit. Licet enim Volcmaro, Comiti Clettenbergenſi, nupſiſſet; Chriſto tamen

(a) *HISTORIA de Landgrauiis Thuringiae* c. XI. p. 1303.
(b) Loco laudato.
(c) Habetur id l. c. p. 1304. ſqq. et apud *Guil. Erneſt. TENTZELIVM Supplem.* I. *Hiſt. Gothanae* p. 383.
(f) *HISTORIA* laudata c. XII. p. 1307. *TENTZELIVS* l. c. p. 424.
(g) Hic in *Hiſtoria genealogica Principum Saxoniae* p. 314. ſqq.
(h) *HISTORIA* laudata l. c. *TENTZELIVS* l. c. p. 422. *ECCARDVS* p. 422.
(i) *ANNALISTA SAXO* ad c. a. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad c. a. p. 288. et *CHRONICON Gozecenſe* p. 257. ed. Mader.
(k) *HISTORIA* adlegata c. XIV. p. 1308. I. G. *LEVCKFELD* in Antiqq. Ilfeld. c. IV. p. 33. ſqq.
(l) *PAVLLINI* in *Annalibus Iſenac.* p. 12.
(m) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1145. p. 297. *Obiit Bertrada Comitiſſa et filius eius Cunradus Comes de Hoenſteino.*
(n) In *Antiqq. Ilfeld.* c. IV. §. 3. p. 35.
(o) *LEVCKFELDIVS* l. c. §. 4. p. 36.

men animam, condito a. 1127 coenobio Walckenredenſi, deſponſare ſtuduit. (p) Ex Conrado et Anna natus eſt *Ilgerus*, qui etiam *Adelgerus*, *Athelgerus*, *Eilger* et *Eyliger* vocatur. Vxorem eius repetunt ex Comitibus Kirchbergenſibus. De nomine diſceptatur. Alii eam adpellant Bertradem, alii Gertrudem. (q) *ELGERVS* I conſtantiſſime, quoad potuit, partes Henrici Leonis defendit. (r) Elgerus II filius e contrario Imperatoris Henrici VI cauſſam amplexus eſt, et eam ob rationem Comitatum Hohnſteinenſem, non tam regionem, quam dignitatem, ab Imperatore obtinuit. *ILFELDENSE CHARTARIVM: Quidam Eligerus, natus de Bielſtein, vbi et pater eius reſidens mortuus eſt, aedificauit caſtrum in monte ante clauſtrum, cui nomen Ilburg, vnde et Comes vocabatur, der Grafe von Ilburg, non tamen adhuc in Hohnſtein. Filius huius vocatur Comes de Hohnſtein, quod id caſtrum obtinuiſſet cum filia Comitis Heſeken de Hohnſtein, Lutruda nata de Orlamunde, quam duxit ac impetrauit a Duce Brunſuigio ſibi dari, qui illud habebat de imperio. Is dedit ei praedium Esbekum in manſis adiacentibus et villam O.*" A. 1210 peractis Elgardi fit mentio in Diplomate Friderici II ad annum 1215. (s) Theodoricus C. de Honſtein et frater eius Henricus ad annum 1223 ſunt obuii. (t) Henricus IV anno 1303 in Fuldenſes terras irruit; ſed captus petulantiam luit. (u) Anno 1335 Archiepiſcopus Trevirenſis Thuringiam petiit et Comitatum Hohenſteinenſem infeſtauit. (x) *CHRONICON CIVITATIS ERFORDENSIS* ad a. 1346. To. II. Menck. p. 564. ſq. *Erfordenſes et Molhuſenſes cum aliis ciuitatibus conuicinis cum Comite de Hohenſtein deſtruxerunt caſtrum Grisberg in Hartone, quod tunc erat Comitis de Staleberg ibidem decollati cum nobili de Weſterde: reliqui vero numero* LXX, *ibidem capti, ſuſpenſi ſunt patibulo.* A. 1390 vel 1389 Erneſtus eligitur in Epiſcopum Halberſtadenſem. (y) Sed durus erat in ſubiectos, quare, hiſce alibi praeſidium quaerentibus, implicatus fuit bello cum Ducibus Brunſuicenſibus. (z) Armgarda, Abbatiſſa Ganderſemenſis, Comites Hohenſteinenſes paullo ante apud Imperatorem accuſauit, crimine detentorum et iniuſte adhibitorum, quae ab Eccleſia Ganderſemenſi tenuerant, beneficiorum. Vnde patet, eos merito in catalogo clientum fiduciariorum eccleſiae noſtrae inuenire locum. Vlricus, Erneſti frater, vſus eſt coniuge optima, Agneſa, Ducis Brunſuicenſis Erneſti filia. (aa) Anno 1368 coepit discordia inter Comites Hohnſteinenſes ac ſenatum Northuſanum. Cauſſam liti ſuppeditarunt Comites, qui caſtrum *Snabelsburg* exſtruxerant. Quod quum optimates Northuſani demolirentur, Comites pecunias a Northuſanis mutuas acceptas reddere recuſarunt, cinesque accenderunt in ſenatum. Inde bellum Northuſanos inteſtinum conripuit. Vulgus multitudine ac vi fretum, non deſtitit bellare et tumultuari, donec XXVIII potentiores capite a ceruicibus abſciſſo poenas dederunt, et facies rerum porſus eſt immutata. (bb) Anno 1395 Comes Hohnſteinenſis Erfurtum opera Baronis Heldrungenſis adflixit. (cc) Hac ſiue alia qua-

(p) *Ekſtormius Chron. Walkenr.* p. 10. 12. 15. *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Walkenred.* P. II, c. I. p. 3. ſqq.
(q) *PAVLLINI* l. c. p. 333.
(r) *CHRONICON MONTIS SERENI* ad a. 1180. p. 45. ſq. *Imperatori, reuerſo in Saxoniam, Hirteberg, Stoufenborg; viri etiam nobiles de Waltingeroth, de Scartfelt, de Dannenberg, de Ilfeld, ſe cum caſtris ſuis tradiderunt.* *CHRONICON* Bigaugienſe ad e. a. p. 265. *Imperatori traduntur, Goslariae poſito, Harterborg, Stofenborc, Sciltberc, vrbes Ducis egregiae;* (Henrici Leonis) *multique nobiles, prius Ducis fautores, tradiderunt ſe Imperatori, ſcilicet Comites de Waltenrath, de Scartfeld, de Hilfeld, et in gratiam ſuſcipiuntur.* *CHRONICON* Engelhuſii p. 1111. To. II. Leibn. *Hilgerus, Comes de Honſtein, fundator coenobii in Ilfeld, obiit anno* 1189. Dicitur Edhelgerus de Ilvelde ad a. 1181. in Heineccii Antiqq. Goſl. p. 181.
(s) In Antiqq. Walckenred. *LEVCKFELDII* P. I. p. 369. Memoratur *Elgerus de Honſten* a. 1209, apud eundem l. c. P. I. c. XI. §. 8. p. 149.
(t) In *Antiqq.* eisdem p. 370.
(u) *CHRONICON ENGELHVSII* p. 1124. *Hoc tempore Henricus Comes de Honſtein et Comes de Bichelingen, cum multis aliis Abbatis de Fulda terram inuadentes, capti ſunt aut occiſi.* *CONTINVATOR Lamberti Schafnaburgenſis* ad a. 1304. p. 437. To. I. Piſtorii, ed. Struv. *HISTORIA* de *Landgrauiis Thuringiae* ad a. 1303. c. LXXX. p. 1336.
(x) *CONTINVATOR* idem ad a. 1335. p. 438. ſq.
(y) *CHRONICA S. Aegidii* ad a. 1390. p. 594. To. III. Leibn. *COMPILATIO chronologica* ad e. a. p. 1101. To. I. Piſtor.
(z) *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* P. III. c. 50. p. 671.
(aa) *FRAGMENTVM Chronici Engelhuſiani* p. 21. To. II. Leibn.
(bb) *ENGELHVSIVS* in *Chronico* p. 1129. ſq. To. II. *HISTORIA* de *Landgrauiis Thuringiae* c. CXV. p. 1350.
(cc) *HISTORIA* eadem c. CXXXVIII. p. 1357.

quacunque violentia adductus Fridericus, Miſniae Marchio, infeſtauit vna cum fratribus ſuis terras Comitum Hohnſteinenſium. Multum vtrinque ſanguinis eſt hauſtum. Vires mutuae in rapinas et incendia verſae. Solent haec referri ad annum 1397. Controuerſia tandem ita eſt finita, vt caſtra nonnulla et villas Comites Hohnſteinenſes a Marchione nexu feudali reciperent. (dd) Anno 1411 exorſi ſunt nonnulli per Thuringiam Comites ſocietatem *flagellatorum*. Principes foederis erant Comites de Schwarzburg et Heldrungen. Oppoſuerunt ſe eis Fridericus ac Wilhelmus fratres, Marchiones Miſniae. Ne vero Henricus, Comes Hohnſteinenſis, ſeſe cum Flagellatoribus coniungeret; Marchiones clam noctu caſtrum et Comitem ceperunt, filio vix elabente. Captus eſt deinceps Comes Heldrungenſis ab iisdem, qui caſtrum *Heldrungen* Henrico Hohnſteinenſi in damni praeſtationem tradiderunt. (ee) Anno 1415 ad Oſterhagam deuicit *ERICVS* Erneſtum II ac fratres Henricum VIII ac Güntherum, primumque cum tertio occidit. (ff) Noluit enim Dux Brunſuicenſis *ERICVS* ſibi lites creari de poſſeſſione Comitatuum Scartfels et Lutterberg. Anno 1435 ciues Magdeburgi, Epiſcopo ac Canonicis irati, terras Epiſcopales occuparunt. Ciuibus auxilio fuerunt ciues Brunſuici, ac Dux Brunſuicenſis. Sed horum impetus mox refrixit. Epiſcopo opem ferebant Landgrauius Thuringiae, Comitesque Schwartzburgici et Hohnſteinii. Poſtremi duo caſtrum *Egeln* obſederunt, ac ciues ex eo moleſtiis adfecerunt innumerabilibus. (gg) Anno 1438 Iohannes Epiſcopus Halberſtadenſis Comiti Henrico, qui ipſi commeatum ad Quidlinburgum abſtulerat, bellum inlaturus, victus eſt, fratre et 400 militibus captis. (hh) Erneſtus V in religione Pontificia obiit. Filius Volcmarus Wolfgangus Lutheranum ſeſe profeſſus et in adminiſtratorem coenobii Walckenredenſis electus eſt. Succeſſit ei anno 1580 filius *ERNESTVS* VII, qui, filio ac filiabus morte praereptis, anno 1593 8 Iulii deceſſit ac in templo Walkenredenſi fuit humatus. (ii) Comitatum derelictum occupauit Henricus Iulius, Dux Brunſuicenſis. Genealogiam Comitum (kk) texuit *HAMELMANNVS*, quem in pleriſque ſecutus fui. Promiſerat *LEVCKFELDIVS* (ll) vberiorem hiſtoriam, quam vel non exiiſſe vel ad manus meas nondum perueniſſe, iure doleo. Archiuum Hohnſteinenſe olim deportatum eſt Wolferbuttelam. Quod niſi ad manum ſcriptor habuerit, ieiunam non poteſt non exhibere deſcriptionem. Dediſſem meliora, ſi ſubſidia complura (mm) praeſto fuiſſent, ſimulque licuiſſet e fontibus ſitim reſtinguere. Sed, viam

(dd) *HISTORIA* eadem c. CXL. CXLI. p. 1358.

(ee) - - - eadem c. CLV. CLVII. p. 1362. Sed Comitatum Heldrungenſem Comites Hohnſteinenſes anno 1422 tradiderunt Friderico Miſniae Marchioni.

(ff) *REHTMEIER* l. c. P. III. c. 36. p. 554. ſq.

(gg) *CHRONICON* Luneburgicum To. III. Leibn. p. 216.

(hh) *REHTMEIER* l. c.

(ii) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Walkenred.* P. II. p. 108. ſqq.

(kk) In *Opere genealogico-hiſtorico* p. 382. ſqq. quocum non conſentit in vno et altero momento *LEVCKFELDIVS* in *Ant. Ilef.* p. 100.

(ll) In *Antiqq. Ilefeld.* c. 4. §. 6. p. 39.

(mm) Ex D. *Caſpari SAGITTARII Hiſtoria Comitum Gleichenſium* L. III. c. 9. p. 457. ſqq. patet, *Hanſum Ludouicum*, vltimum Comitem Gleichenſem, a. 1606. 10 Martii *Erdmutham Iulianam* in matrimonium duxiſſe, filiam vnicam Erneſti VII, ex Iuliana Comitiſſa Barbienſi: ipſam adſpexiſſe auram vitalem a. 1587. 11 Maji: anno 1605 illam ſe tenuiſſe apud nouercam, *Agneſam*, viduam tunc Burchardi Schenckii de Tautenberg, pincernae ſupremi in aula Dresdenſi: Erdmuthae Iulianae dominium Tonne ad tempus vitae fuiſſe contributum: ipſam obiiſſe a. 1633. 28 Iulii, dominiumque Tonne ceſſiſſe Domino Chriſtiano Schenckio, Baroni de Tautenberg et Frauen-Preisniz, largiente Iohanne Erneſto Duce Saxo Iſenacenſi. Diploma *Erneſti*, Comitis de Honſtein, ſuper 97 florenis eſt penes Io. Burch. Menckenium To. I. p. 664. ad annum 1495. n. 163. Inter diplomata Oldeslebienſia p. 638. n. 67. ibidem exſtat diploma *Henrici* et *Theoderici*, fratrum Comitum in Honſtein ad annum 1320 ſuper molendino Hopſtael, et quod nullum molendinum debeat conſtrui in Vnſtrauia a Gorsleben vsque Schonfeldt. Ipſi vocant *auunculum* ſuum *Dominum Comitem Bernhardum, principem in Anhalt.* Eidem fratres ad annum 1321 p. 640 ediderunt diploma ſuper duobus manſis in Trebra cum areis et lignis, nec non p. 641. ſuper vno prato prope pratum illorum Melndorfiorum citra vadum Mittelſteig. *Henrici* diploma ſuper ligneto pone curiam Mellendorf ad annum 1332 ibidem p. 641. occurrit. *Iohannis* diploma ad annum 1485 ſuper prato Bichliugenſi ibidem legitur p. 662. Collegit varia de Comitibus Hohnſteinenſibus Beniamin Leuberus in *Catalogo Comitum, Baronum et Toparcharum Saxoniae* To. III. Menck. n. VI. p. 1902. ſqq.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

viam monſtraſſe aliis, in praeſens ſuffecerit. Comites Hohenſteinenſes feuda tenuiſſe ab eccleſia Gandershemenſi, ex litteris Ermegardae Abbatiſſae patet, quarum ſummam protulimus p. 841. n. 3. Comitatui Hohenſteinenſi innexum quoque fuit oppidum *Andreasberg*, celebre fodinis argentariis. Origo eius duobus ſaeculis vix eſt antiquior. Anno enim 1521 metalli foſſores in locum confinem arceſſiuit vterque fratrum, *Henricus* et *Iohannes Erneſtus* Comites. Fodinam palmariam vocarunt *crucem S. Andreae*, a figura Andreana, quae numis argenteis imprimebatur. Acceſſerunt fodinae complures: et eadem ex occaſione vrbs *Andreae* ſacra ortum traxit, vti pateſcit ex conſtitutionibus Comitum metallicis. (*Berg-Ordnungen*) a. 1521 editis et a. 1576 confirmatis. Fodinae Andreaemontanae tam vberes fuerunt olim, vt ex vna earum, S. *Georgii* dicta, quotannis pro portionibus ſingulis ſexaginta thaleri redierint, ac nonnunquam eruta ſint fragmina, e quibus argenti venae liquidae emanarunt, quod igni immiſſum ſtatim ad puritatem peruenit. Centenarius liquoris huius viui continuit circiter centum marcas puri argenti. Si ad diem Veneris ſeu Saturni lignis aduſtis venae emollirentur per fodinas; foſſores, die Lunae laborem repetentes, deprehenderunt in meatibus paſſim riuos profluentis argenti. In ſpelunca S. Iacobi aliquando lapis eſt erutus, quem mercator gemmarum Lipſienſis licitatus fuit 500 thaleris. Factae ſunt exinde 62½ marcae puri argenti. In fodina *Theuerdanc* metallum fuit effoſſum, quod digitis friari et rurſus coagmentari potuit, coloris ſubter terram albidi; extra fodinas coerulei et argillacei. Adferre ſuperſedeo reliqua vbertatis illius argenteae ſpecimina, quae in libris, ea aetate ab incolis Herciniae conſcriptis, praedicari ſolent. In *pace Weſtfalica* Comitatus Hohenſteinenſis poſſeſſio non vni Domino decreta fuit. *INSTRVMENTVM PACIS* Caeſareo-Suecicum §. XI. n. 2. *Cum etiam Comitatus Hohenſteinenſis pro ea parte, qua feudum eſt Epiſcopatus Halberſtadienſis, conſiſtens in duabus dynaſtiis ſiue Praefecturis Lora et Clettenberg et quibusdam oppidis, vna cum eò pertinentibus bonis et iuribus, poſt vltimò defunctum Comitem huius familiae eidem Epiſcopatui applicatus, atque a Domino Archiduce Leopoldo Guilielmo, tanquam Epiſcopo Halberſtadienſi, hactenus poſſeſſus fuerit, hunc eundem Comitatum porro quoque penes iſtum Epiſcopatum irreuocabiliter permanere placuit, adeo vt Domino Electori tanquam hereditario poſſeſſori iam dicti Epiſcopatus Halberſtadienſis de memorato Comitatu diſponendi libera facultas eſſe debeat, non obſtante nec vigorem habente vlla contradictione, quae a quoquam in contrarium moueri poſſit.* Quantum vero ad monaſterium Walckenried adtinet, aduocatia, quam in illud poſſederant Comites Hohenſteinenſes, ac dein Epiſcopi Halberſtadenſes ſibi vindicare tentauerant, per eamdem legem §. 13. n. 9. ſublata eſt, et ipſum coenobium vna cum praedio *Schavven* Ducibus Brunſuicenſibus per nexum feudi imperialis fuit traditum. Elector Brandeburgicus a. 1651 praefecturas *Loram* et *Clettenbergam IOHANNI* Comiti Witgenſteinenſi porrexit per modum feudi maſculi. Sed id gaudium fuit minus ſolidum. Elector enim, legitimis rationibus motus, exeunte ſuperiori ſaeculo illas praefecturas ſibi denuo vindicauit.

## Capvt XXXI.

## COMITES DE HOYA, HOIA seu HOGIA.

Synopſis. §.1. *Hoiae ſitus, circuitus terrae, ſcriptores, inſignia et ſigillum.*
§.2. *Tabula genealogica.*
§.3. *Recenſio hiſtorica breuis et ſuccincta.*

### §. I.

*HOIA* locus eſt antiquiſſimus, ad Viſurgim ſeu Wiſaram ſitus, mox in maris Germanici vndas ſeſe exoneraturum. Fit eius iam mentio ineunte ſaeculo XI. (a) Si Wernero Rolewinckio credimus, dudum ante Carolum Magnum duo ſancti viri, ex Anglia transvecti, religionem chriſtianam ibi docuerunt; qui tamen vulnera pro didactro reportaſſe perhibentur. (b) Hoia alia (c) eſt prope Leodium, quae vulgo di-

(a) *TANGMARVS* in Vita Berwardi c. 58. p. 466. To. I. Leibn.
(b) De Antiqua Saxonia L. II. c. 1. p. 618.
(c) *CHRONICON* magnum Belgicum p. 3. 4. To. III. Piſtor.

dicitur *Huy*, de qua Comites Louanienſes olim *Hoienſes* adpellati. (d) Cauendum igitur eſt, ne locum confundamus, vnum cum altero. Ille, de quo diſſerimus, ſitus eſt inter Epiſcopatus Bremenſem, Mindenſem et Verdenſem, Ducatum Luneburgicum, Comitatum Welpenſem, Comitatus Dipholtinum, Schauenburgicum et Delmenhorſtanum. Complectitur XIV praefecturas *Nigenburg*, *Hoya*, *Seick*, *Stoltenau*, *Stegerborg*, *Erenborg*, *Levenau*, *Depenau*, *Barnborg*, *Sidenborg*, *Drakenborg*, *Brockhuſen* vetus ac nouum, quod quondam fuit dominium peculiare. *Vcht* et *Freudenberg* quondam beneficiariae fuerunt poſſeſſiones eccleſiae cathedralis Mindenſes, et inciderunt in manus Landgrauiorum Haſſiae, quum cetera, poſſeſſore Comite vltimo defuncto, ad Duces Brunſuicenſes, Dominos quippe feudi, deferrentur. Legi in chartario antiquo, Comites Hoienſes exſpectatione tenuiſſe feuda ab eccleſia Gandershemenſi. Scripſerunt de eis *Hermannus HAMELMANNVS*, (e) *LVCAS* (f) et *FRANCKENBERGIVS*. (g) Nemo eorum ſua concinnauit ex tabulis chartisque veteribus. Omnibus enim fere hoc eſt denegatum, exceptis hiſtoricis, qui praeſunt Archivo Electorali Hannoverano. Sigillum *IOHANNIS* I adtuli ad annum 1443 ex membrana veteri. Conſpiciuntur in eo duae vngulae vrſinae. Bruchhuſenium ſeu Brochhuſen, vtrumque, olim erat ſubiectum peculiaribus Comitibus, quibus exſtinctis ſucceſſerunt Comites Hoientes ex parte. Neo Bruchhuſen poſtea dici coepit *Harpſtad* a loco potiori, et ipſum Comites Oldenburgici ſunt adſecuti, ſed ita vt exſtinctis Comitibus Hoienſibus illud recognoſcant a Ducibus Brunſuicenſibus lege feudali. (h) En ſigilla et inſignia Burchhuſana:




In-

(d) *CHRONICON* idem p. 96.
(e) Lib. II. de familiis emortuis p. 727. ſqq. Operum Genealogico-Hiſtor.
(f) In Grafen-Saal p. 323 - - 342.
(g) In Europaeiſchen Herold P. I. p. 459.
(h) *REHTMEIER* in Br. Luneb. Chronica P. III. c. 62. p. 1025.

Inſignia Hoienſia ex Hoienſi et Borchhuſano ſunt compoſita hunc in modum:



Exſtinctis Comitibus Hoienſibus, Dux Brunſuicenſis Wilhelmus inſigne vtrumque ſuo inſeruit inſigni Heraldico, hac ratione:



§. II.

§. II.

## Tabula genealogica, quae exhibet Comites Hoienſes inde ab initio ſaeculi XIII.

### Tabvlae pars I.

*GERHARDVS* I. Vxor ſoror Geronis Domini de Stumpenhuſen.

| | | |
|---|---|---|
| *GERHARDVS* II. Ep. Verdens. † 1257 circiter. | *HENRICVS* I. cognomine *Securis*. | *HENRICVS*, Victor Stedingorum a. 1213. Vxor C. de Welpe. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *GERHARDVS* III coadiutor Bremenſis. Ep. Verdens. | *WEDEKINDVS* Ep. Mind. XXXII. †1261. | *HENRICVS* II. obtinet Comitatum Stumpenhuſen. vx. C. de Wunſtorpe. | *OTTO* I. vxor *Rixa* C. de Waldec. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Wichilda* Vxor Ottonis de Monte. | *GERHARDVS* IV. 1369. 373. | *HENRICVS* III. | *GERARDVS* 1319. | *IOANNES* I 1319. vxor *Eliſabeth* filia Erici Ducis Saxo-Lauenburg. 1341. |
| | | *BORCHARDVS* 1377. | | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *OTTO* III. Epiſc. Monaſt. et Coadi. Osnabrug. 1421. | *Iutta* vxor C. Simonis de Lippe. *KRANZIVS* in *Metropoli* L. X. c. 50. p. 292. eam vocat vxorem Hermanni VII Comitis Eberſteinenſis. | *IOANNES* II. Ep. Paderborn. Coadiut. Hild. 1397. Epiſc. 1398. | *ERICVS* Vx. 1) Agneſa filia Magni D. Brunsu. 2) Anna C. de Schaumburg. *Tabulae pars II.* |

*HENRICVS* IV. Vxor *Oda* C. de Rauensberg.

*OTTO* II 1388 captus Vxor *Alheidis* filia vnica Com. de Rietberg.

| | | |
|---|---|---|
| *HENRICVS* V. Ep. Verdens. 1417. | *CONRADVS* C. Rietberg. | *IOHANNES* III. vxor Alheida C. de Brunchorſt. 1443. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *GERHARDVS* Ep. Brem. XLII. 1442. † 1463. | *IOHANNES* V. Ep. Monaſt. | *FRIDERICVS*, bellicoſus, poſt Canon. Colon. | *Catharina*, nupta Mauritio (*) Comiti Oldenburg. et Delmenhorſt † 1465. | *OTTO* IV Vxor *Anna* filia Bernhardi C. de Lippe. |

| | | |
|---|---|---|
| Iacobus. | *Alheida* vx. Philippi C. de Waldec. | Anna nupta C. de Reifferſcheid. |

Tabu-

(*) *IOANNES SCHIPHOWER* in Chronica Oldenburgenſium Archi-Comitum p. 179. To. II. Meibom. *Anno 1458. Mauricius Archi-Comes factus eſt miles in praelio, et duxit coniugem, nomine Catharinam, filiam Ottonis Comitis in Hoia, et hoc factum eſt in media quadrageſimae in praeſentia Domini Gerhardi Archiepiſcopi Bremenſis.* Alii contra perhibent, eam Friderici ac Gerhardi fuiſſe vxorem.

# TABULAE PARS II.

*ERICVS*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *ALBERTVS* Adm. et Ep. Mindens. Coadiut. Osnabr. † 1473. 25 Apr. | *Agneſa* nupta Nicolao Com. Teelenburg. | *ERICVS* Praepos. Colon. Adminiſtr. Osnabrug. depoſitus 1442. | *IOHANNES* IV Bellicoſus † 1427. Vxor Eliſabetha C. de Diepholz. |
| | | | *IODOCVS.* Vx. Armgarda, filia Bernhardi C. de Lippe. |

| | | |
|---|---|---|
| *IODOCVS* Vx. Anna Magdalena C. Wolfgangi de Gleichen filia. | *Maria* nupta Iodoco C. de Brunchorſt. | *IOHANNES* V Bellicoſus Vxor Soror Guſtaui Regis Suec. |
| | | *Iodocus* obit tener. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *ALBERTVS* † 1563. Vxor Catharina C. Antonii de Old. et Delmenhorſt filia. | *Margareta* nupta Rudolfo C. de Diepholz. | *Iodocus* † Pariſiis adoleſcens. | *Wolfgangus* Can. | *OTTO* † 1585. 25 Febr. Vxor *Agneſa* C. de Bentheim, vidua Ioannis C. de Rietberg. | Ericus. | Ioannes † puer. | Fridericus Can. Argentor. † 1570 | *Maria Magdalena*, *Anna* Abbatiſſa in Barſſen, *Armigarda* nupta Meinoldo de Buren, *Eliſabeta* † tenera. |

§. III.

Comites Hoienſes deducendi ſunt ex Comitibus Oldenburgicis (a) et progenie Magni Witekindi. Comitatus ipſe initia ſumſit ineunte ſaeculo decimo (b) et tertio. Olim videtur *HOIA* ditioni Comitum Oldenburgicorum et lineae inde deriuatae ſub *dominii* nomine paruiſſe. Enumerant alii Comites aliquot Hoienſes, ſaeculo XIII antiquiores, verbi gratia, *Henricum*, qui Haſtiludio Magdeburgenſi anno 939 interfuerit: *Walterum*, fratrem eius, ductorem copiarum Henrici Aucupis contra Hungaros: *Walterum* Henrici filium: *Erneſtum*, ex hoc natum, qui anno 1019 haſtiludio Treuerenſi interfuerit: *Henricum*, Erneſti rurſus filium, qui anno 1042 in haſtiludio Hallenſi ſit verſatus: et *Wilhelmum*, ex hoc genitum, quem anno 1119 haſtiludium Gottingenſe nobilitarit, et vxor, de Comitibus Brochhuſanis procreata. Wilhelmo tribuitur filius *Gerhardus*, a quo ſtirpem Comitum arceſſiui ac inchoaui. Addunt huic vulgo vxorem, Geronis ſororem, qui erat Dominus ac Comes de *Stumpenhusen*, ac Henricum filium, cuius anno 1203 fit mentio, (c) ſuae virtutis terraeque heredem reliquerat. Stumpenhuſenſium inſignia ab Hoienſibus non admodum abhorrent. En, quaeſo, ſigillum fratris feminae Gerhardi:

Ger-

(a) *HAMELMANNVS* in Oldenburg. Chronic. p. 45. 66. 76.
(b) *CHRONICON MINDENSE* To. III. Piſtorii p. 813. in Vita Dethmari Epiſcopi Mindenſis XXVII, qui anno 1206 obiit: *Comitatus de Hoya circa idem tempus originem habuit. AVCTOR fundation. quarundam Saxoniae Eccleſiarum* p. 261. To. I. *Leibn.* annum determinat 1203. Et *LERBECCIVS* in Chronico Comitum Schawenburg. p. 508. To. I. Meibom.
(c) *REHTMEIER* in Br. Lun. Chronica p. 422.




Gerhardum excepit Henricus' filius, Marte memorabilis et inclitus, qui Stedingos deuicit. *ALBERTVS* Stadenſis ad annum 1213: *Comes Heinricus de Hogia plurimos Stedingorum cepit et occidit, quum hortatu Waldemari*, Regis Daniae, *terram rapinis et incendiis deuaſtarent.* Frater ipſius (d) Henricus, cognomento *Securis* lites habuit circa annum 1248 cum Wilhelmo Epiſcopo Mindenſium trigeſimo. Cognomen ex eo traxit, quod *ſecuri* captiuis pedes amputari iuſſerat. Conradus, Comes Welpenſis, dimidium caſtri ſui Welpe Epiſcopo tradidit ad Henricum acrius coërcendum ac reprimendum. (e) Vtriusque Henrici frater, Gerhardus Epiſcopus Verdenſis, obiit medio ſaeculo decimo tertio, ac ſedit XVI annis. (f) Henrico victori Stedingorum tribuunt vxorem, ex Bernhardo Comite Welpenſi natam, filiosque *Gerhardum*, *Wedekindum*, *Henricum*, et *Ottonem*. Gerhardus fuit adiutor Epiſcopi Bremenſis. Wedekindus praefuit Epiſcopatui Mindenſi, defunctus anno 1261 in vigilia Matthaei. (g) Henricus et Otto diuiſerunt Comitatum inter ſeſe. Wedekindus patruum ſuum *Henricum Securim* eo adduxit, vt iuri ſuo in villam Borden ac comeciam renuntiaret. Idem (h) anno 1259 emit Hamelium ab Abbate Fuldenſi. Sed Comes Eberſteinenſis, aduocatus vrbis, illud ſibi praeripi dolens, oppidanos accendit in Epiſcopum, vt arma adriperent. Tertius inter eas acceſſit turbas, videlicet Albertus Dux Brunſuicenſis, et Hamelium ſibi reportauit. *OTTO* Comes anno 1295 caſtrum *Vchte* in fundo eccleſiae Mindenſis exſtruxit. (i) De exſtructione Hoiae alii hoc perperam intellexerunt. (k) *LVCAS*, hoc ipſum hiſtoriae repugnare, ratus, ſtatuit caſtrum *Hoye* fuiſſe translatum in alteram Viſurgis ripam. (l) Anno 1297 Otto cum filio Iohanne interfuit reconciliationi Ottonis Ducis Brunſuicenſis ac Hannoveranorum ciuium. (m) Ipſe dici ſolet *Comes in Nigenborg*. Anno 1299 confirmauit tranſactionem Ottonis Luneburgenſis Ducis, cum ciuitate Hannovera initam, vocauitque Ottonem illum (n) *Dominum ſuum*, vt intelligas, iam eo tempore Comitatum Hoienſem fuiſſe feudum Ducum Brunſuicenſium. Anno 1303 Comites de Hoya, inueterati quippe eccleſiae Mindenſis inimici, adiuuerunt vna cum Ducibus Luneburgicis Comitem Wunſtorpienſem contra inſultus Ludolfi de *Rosdorf*, Epiſcopi Mindenſis, qui caſtrum *Bokelo* in damnum Comitis Wunſtorpienſis exſtruxerat. Verum Epiſcopus hoſtibus ſuis diſceſſit ſuperior et Comitem Wunſtorpienſem cum filio Mindam captiuum abripuit. (o) Comites

(d) *LERBECCIVS* in Chronico Mindenſi p. 185. vocat Henricum *Widekindi patruum.*
(e) *IDEM* l.c. p. 184.
(f) *CHRONICON VERDENSE* p. 218. To. II. Leibn.
(g) *LERBECCIVS* l. c. p. 185. ſqq.
(h) *CHRONICON* Epp. Mindenſium p. 814. To. III. Piſtor.
(i) *LERBECCIVS* l. c. p. 188.
(k) *CHRONICON* Mindenſe p. 566. To. I. Meibom.
(l) In Grafenſaal p. 323. *REHTMEIER* l. c. p. 515.
(m) *REHTMEIER* l. c. in Append. ad P. III. c. 28. p. 1837.
(n) Loco laudato p. 1838.
(o) *LERBECCIVS* l. c. p. 189. ſq.

mites autem Hoienſes caſtrum *Berg*, Mindae adiectum, a quo *Comites de Monte* ſunt vocati, expugnarunt ac obtinuerunt, donec viri nobiles, aduocati de Monte, caſtrum illud ipſo die Marci et Marcelliani callide recuperarint. (p) Ne quid vero enarrationi noſtrae ſubſit confuſionis, Ottonis poſteros praemittemus, quoniam maturius hi fuerunt exſtincti. De Henrico II eiusque ſtirpe agemus infra. Circa annum 1324 Comites, Iohannes et Gerhardus, denuo deſtruxerunt caſtrum *Nigebus*, quod erat eccleſiae Mindenſis, opera miniſterialium ſuorum. (q) Fremuit Epiſcopus Ludouicus. Arci ipſi tandem reſurgere negatum. Ex ruderibus eius poſtea caſtrum *Levenowe* exſtitit. Non multo abhinc tempore Comites condiderunt caſtrum *Stoltenau*. Iohannis vxorem fuiſſe Eliſabetham, Erici Ducis Saxo-Lauenburgici filiam, *BOTHO* quoque auctor (r) eſt. Comites Hoyenſes et Gerhardus nobilis Aduocatus de Monte anno 1353 eiecti ſunt per Epiſcopum Mindenſem Gerhardum ex caſtro *Roden*, cuius partem occupauerant. (s) Qua de cauſſa infeſtos ſeſe praebuerunt eccleſiae Mindenſi eiusque fundos vbique adfixerunt. Anno 1353 ſuburbium quoque S. Mariae nocturno igne concremarunt. (t) Comes Iohannes, vt Epiſcopum Mindenſem vehementius infeſtaret, foedus iniit cum Comite Engelberto de Marca aliisque, prohibiturus, quo minus Epiſcopus nouum caſtrum in Peteſchen conderet. (u) Anno 1358 ſtabat a partibus Ducum Brunſuicenſium contra ciues Luneburgi, qui legitimo Domino ſeſe ſubtrahere adlaborabant. (x) Succeſſit Iohanni *HENRICVS* IV, quietius viuens. Filius eius *OTTO* II Comitatum Rietbergenſem, adſcita in vxorem Alheide herede, liberis ſuis conciliauit. Anno 1388 contigit praelium ad Winſen iuxta Alleram, vbi Otto fuit captus, (y) qui fauebat Luneburgi incolis rebellantibus. Interfecti ſunt 150 ciues Luneburgenſes et plures ſunt capti. Victoriam reportarunt Duces Brunſuicenſes Fridericus, Bernhardus, et Fridericus. Ottonis filii erant *HENRICVS* Epiſcopus Verdenſis, *CONRADVS* Comes Rietbergicus, et *IOHANNES*, cui erat vxor Alheida Comes de Brunchorſt. Iohannes bella geſſit contra Duces Brunſuicenſes. (z) Ipſe anno 1443 tranſigit inter Iohannem Wilken et Ottonem Buben famulum ſuum ratione beneficii eccleſiaſtici in eccleſia Nienburgenſi. Hinc ſigillum eius deſumſi. Anno 1417 duo ſimul Epiſcopi Verdenſes eligebantur. Henricus dignitatem obtinuit, minusque impigre eam adminiſtrauit. (aa) Iohannes procreauit *GERHARDVM*, *IOHANNEM*, *OTTONEM* IV, *FRIDERICVM* et *CATHARINAM*, nuptam Mauritio Comiti Oldenburgico et Delmenhorſtenſi. De Catharina haeſi. Dicitur enim nunc filia fratris Archiepiſcopi Gerhardi, nunc Otto et Fridericus adpellantur auunculi Iacobi, Iacobi inquam, qui ex Mauritio et Catharina natus erat. (bb) Gerhardus Baldewino ſucceſſit in Archiepiſcopatu Bremenſi anno 1442 seditque annis XXI. (cc) Iohannes effulſit Epiſcopatus Monaſterienſis dignitate. Fridericus bello nauauit operam et cum Ottone fratre a Duce Brunſuicenſi in captiuitatem fuit abſtractus, ex qua liberatus ſubſidio venit Gerhardo Comiti Delmenhorſtenſi aduerſus Archiepiſcopum Bremenſem. (dd) Otto, eamdem cum fratre fortunam expertus, ex Anna filia Bernhardi Comitis Lippienſis genuit Adelheidam et Annam. Sic intercidit proles Ottonis I maſcula in Ottone IV, qui anno 1489 obiit. Redeundum

(p) *LERBECCIVS* l. c. p. 190. *CHRONICA OSNABRVG.* p. 227. To. II. Meibom. *Anno 1319 in die ſolenni Marci et Marcelliani martyrum nobiles Advocati caſtrum ſuum* tom Berge, *olim Schalcksberge dictum, dudum per Comites de Hoia detentum, receperunt.*
(q) *LERBECCIVS* l. c. p. 190. Idem *GERHARDVS caſtrum Tedinchuſen* deuicit et Archiepiſcopo Bremenſi Iohanni ademit, quum fuiſſet oppignoratum Henrico Comiti de Brockhuſen. *WOLTHERI Chron. Brem.* p. 63. 66.
(r) Ad a. 1341. p. 378.
(s) *LERBECCIVS* l. c. p. 191.
(t) Idem l. c.
(u) *LERBECCIVS* l. c. p. 192.
(x) *IDEM* p. 196.
(y) *CHRONICON* Luneburgicum p. 191. To. III. Leibn. *ENGELHVSIVS* p. 1133. To. II. Leibn. et p. 84. ibid. *FRAGMENTVM* de Bello Magni Iunioris Luneburgico p. 676. To. III. Leibn. *LERBECCIVS* p. 195.
(z) *HAMELMANNVS* L. II. de familiis emortuis p. 728. Operum Genealogico-Hiſtor.
(aa) *CHRONICON* Luneburgicum p. 198. To. III. Leibn.
(bb) *CHRONICON BREMENSE* Iohannis Rhodii p. 269. To. II.
(cc) *BOTHO* p. 405. *CHRONICON* idem Bremenſe p. 269.
(dd) *CHRONICON* idem p. 269. 270.

dum nunc eſt ad Henricum III Ottonis I fratrem, natu maiorem. Habuit is in matrimonio Comitem Wunſtorpienſem nobiliſſimam. Adiit hereditate, vti vulgo traditur, caſtrum et dominium Stumpenhuſen. Aedificauit arce Stumpenhuſen deiecta caſtrum *Nienborg*, quod nunc firmiſſimum eſt munimentum Electoris Hannoverani potentiſſimi. Videtur ei filius adtribuendus Henricus, vt chronologia conſtet. *BVRCHARDVS de Hoja* ſubſcripſit anno 1377 inter teſtes Diplomati Caroli IV. (ee) *GERHARDI* fit mentio ad annum 1369 (ff) Anno 1373 tranſegit cum Melchiore, Duce Brunſuicenſi, Epiſcopo Oſnabrugenſi, quem duxerat captiuum. (gg) Anno 1340 *GERHARDVS* et *IOHANNES* ius ſuum in Friſiam, quantum ad temporalia et ſpiritualia adtinet, Comitibus Oldenburgicis tradiderunt. Ab Henrico Comite vltimo emit Comitatum *Altenbroickhuſen* et *Nienbroickhuſen*. Genuit ex filia Erici, Ducis Saxo-Lauenburgici *OTTONEM* et *IOANNEM* ac *ERICVM*. *IVTTA* (*) nupſit Simoni Comiti Lippiaco. Otto, doctus et ingenioſus, (hh) fuit Epiſcopus Monaſterienſis et anno 1421 coadiutor Oſnabrugenſis (ii) et praeſes iudicii Imperialis. (kk) Ioannes exſtitit Epiſcopus Paderbornenſis et 1397 adiutor Epiſcopi Gerhardi Hildesheimenſis eoque defuncto Epiſcopus ibidem. (ll) Is Fridericum Ducem Brunſuicenſem, tertas Hildeshemenſes vaſtantem, repreſſit et caſtrum Vreden deſtruxit. (mm) Praepoſitum ſuum Eghardum de Hanenzee, virum magnae litteraturae, reum violatae pacis prouincialis, per duos annos detinuit in cuſtodia Steurwaldenſi. Hildeshemenſis eccleſia conqueritur de vita eius laſciua et luxurioſa. *ERICVS* vxorem duxit Agneſam, Magni Ducis Brunſuicenſis filiam (nn) eaque defuncta Annam Schaumburgicam. Widekindus, Epiſcopus Mindenſis XLIV, deuicit Fridericum Ducem Brunſuicenſem in bello et caſtrum Erici Comitis euertit. (oo) Anno 1382 litem habuit idem cum Erico. Sed hic caſtrum Depenowe in fundo eccleſiae Mindenſis erexit. At Wedekindus, adiuuante Gerhardo Epiſcopo Hildeſienſi et Ottone Comite Schaumburgico, id recuperauit et exuſſit. (pp) Anno 1388. 27 Maji Duces Brunſuicenſes Henricus et Fridericus ad officium redegerunt ciues Luneburgenſes. Hiſce ſuccurrerant Otto Epiſcopus Mindenſis, Otto Comes Schaumburgicus, ac Ericus et Otto Comites de Hoye. Sed Luneburgenſes deuicti, fuſi et fugati, praemia cruenta temeritatis tulerunt. Ericus fuit vulneratus; Otto captus. (qq) Anno 1390 Otto, Epiſcopus Verdenſis XLIII, Magni Ducis Brunſuicenſis filius, ſorori Agneſae officia praeſtiturus, tradidit Comitibus Hoienſibus (rr) *gurguſtrum*, quod Gerhardus Epiſcopus Verdenſis XL in Viſurgi, inuito Comite Hoienſi, ad menſae Epiſcopalis lautiorem victum condiderat. (ss) Anno 1401. Comes Ericus reaedificauit caſtrum Depenowe in odium Epiſcopi Mindenſis Wilkini. Hic, vt vindictam ſumtibus debitis pararet, oppignorauit caſtrum Petershagen nobili viro Euſtatio de Mandelslo. Sed conatus ipſe fuit irritus. (tt) Anno 1421 Duces Brunsuicenſes Bernhardus, Otto, et Wilhelmus bellabant cum Epiſcpo Hildeshemenſi Magno de hereditate dominiorum Homburg et Euerſtein. Epiſcopo ſuppetias ibant Epiſcopus Monaſterienſis et Ericus Comes noſter. (uu) Feuda Gandersheimenſia iam Ducibus Brunſuicenſibus Bernhardo, Ottoni,

(ee) *CHRONICON* Epiſcoporum Mindenſium p. 834. To. III. Piſtor.
(ff) *BOTHO* p. 384.
(gg) *HAMELMANNVS* in Opp. p. 616. ſq. Ipſe quoque iuvit Albertum, Ducem Brunsuicenſem, vt a. 1362. hic fieret praeſul Bremenſis. *WOLTHERVS* Chron. Brem. p. 66.
(*) *KRANZIVS Metrop.* L. X. c. 50. p. 292. pronuntiat, eam fuiſſe vxorem *Hermanni* Comitis Eberſteinenſis. Vide ſupra *Comites Eberſteinenſes* §. 25.
(hh) *HAMELMANNVS* l. c. p. 171.
(ii) *CHRONICON Luneburgicum* p. 199.
(kk) *HAMELMANNVS* l. c. p. 644.
(ll) *CHRONICON Luneburg.* p. 199. *CHRONICON Hildesheimenſe* p. 761.
(mm) *CHRONICON Hildesheimenſe* p. 761. *BOTHO* p. 392.
(nn) *BOTHO* p. 382.
(oo) *LERBECCIVS* l. c. p. 193.
(pp) *IDEM* p. 194.
(qq) *IDEM* p. 195. et in *Chronico Comitum Schawenburg.* p. 519. To. I. *Meibom.*
(rr) *CHRONICON VERDENSE* p. 220.
(ss) *IDEM* Chronicon p. 220.
(tt) *LERBECCIVS* in *Chronico Mindenſi* p. 198. ſq.
(uu) *CHRONICON* Luneburgicum p. 799. To. III. Leibn.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

toni, et Henrico erant collata. Sed perſuaſit Epiſcopus Hildeshemenſis Comiti Erico, ſeſe partem Homburgi ipſi in beneficium eſſe daturum, nec deſperare de conſenſu Abbatiſſae Ganderſemenſis. Fauit tamen fortuna Ducibus, licet caſtrum Woldenſtein Epiſcopo fuerit traditum ad abolenda ſua iura quaeſita, maximo cum damno eccleſiae Ganderſemenſis, a qua illud Domini Homburgenſes poſſederant. Filios generauit Ericus *ALBERTVM*, *ERICVM* et *IOANNEM* bellicoſum; filiam Agneſam, nuptam Nicolao Comiti Teclenburgico. *ALBERTVS* fuit adminiſtrator et dein Epiſcopus Mindenſis anno 1437 ac tandem quoque Adminiſtrator Epiſcopatus Osnabrugenſis. (xx) Ipſe cum fratre officia praeſtitit coenobio Marienrodenſi, quod eſt iuxta Hildeshemium. (yy) Obiit anno 1473. 25 Aprilis. *ERICVS* fuit Praepoſitus Colonienſis et poſtea Adminiſtrator Osnabrugenſis, anno 1442 dignitate ſua ob negligentiam exutus. (zz) Fratrem repoſiturus erat Iohannes, qui magno exin bello implicatus in cuſtodiam ab Osnabrugenſibus abreptus eſt. (a) *IODOCVS* filius bellum geſſit cum Ducibus Brunſuicenſibus, liberaturus ſeſe a nexu feudali. Ipſo defuncto, anno 1512 Duces Brunſuicenſes totum occuparunt Comitatum, et filios Iodoci non reſtituerunt, donec nexum illum recognoſcerent. (b) *IODOCVS* filius anno 1524 induxit religionem Euangelicam, (c) iuuante Comite Gleichenſi Wolfgango ſocero et Erneſto Duce Brunſuicenſi adprobante. Ipſe numeroſam reliquit prolem, quae tamen mox intercidit. *ALBERTVS* improlis deceſſit anno 1563. Iodocus obiit Pariſiis in itinere. Armigarda erat deſtinata in Canonicam Ganderſemenſem, commorans in Barſſen. Sed Margareta Decana Gandersheimenſis anno 1564 Georgio, Adminiſtratori Mindenſi, Duci Brunſuicenſi per litteras ſignificabat, Armgardam eſſe ad vitam ſacram caelibem prorſus ineptam. *OTTO* cum eccleſia Mindenſi diffidebat, agenda eccleſiaſtica miniſtris eccleſiaſticis curabat praeſcribi et anno 1583. 25 Febr. decedebat, vltimus ſuae ſtirpis maſculae. Succeſſerunt in Comitatum vacuefactum Duces Brunſuicenſes. (d) *MEIBOMIVS* (e) initium Comitum Hoienſium ſic format:

Henricus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Iohannes. | Widechindus Ep. Mind. XXXII. | Gerhardus Ep. Verd. XXXIII. | Otto Monachus Dominicanus. | Richildis vxor Widechindi, Domini de Monte, Aduocati eccleſiae Mindenſis. | |
| | | | | Henricus. | Gerhardus. |

*LERBECCIVS* certe (f) Widekindum et Gerhardum, Epiſcopos, vocat fratres eisque adiungit fratrem tertium *Ottonem* et germanam Dominam de Monte et Aduocatam. Sed *Chronicon Verdenſe* vocat Gerhardum *filium Comitis de Hoya* et nil praeterea addit.

*SCHIPHOWERVS* (g) de Iohanne, Comite Oldenburgenſi, *Hic duxit vxorem, nomine Rixedis vel Richſae, filiam Comitis de Hoja* a. 1258. Poſthaec ſaeculo XIII exeunte obiit quidam *Henricus*, *Comes de Hoja*, qui abundauit liberorum prouentu. *WOLTHERVS* de eo: (h) *Eodem tempore obiit Henricus Comes de Hoja et dimiſit XXV filios legitimos, vnde nullus venit ad* 50 *annos.* Iohannes Fridericus Pfeffingerus (i) diſtinguit inter Comites Hoienſes, circa finem ſaeculi XII exſtinctos, et recentiores illos, qui ineunte ſaeculo XIII fuerint orti. Illos intercidiſſe cum *Gotſchalco*; hoſce autem deducendos eſſe tradit a centurione quodam Friſio, exſule, *Hoya* vocato, Domino de *Potenburg* et Memmenburg, qui in locum, vbi vetus Comitum familia habitauerat, irruerit, ſuisque poſſeſſiones adiectas vindicauerit. Addit, Comites Wunſtorfienſes nouos

(xx) *LERBECCIVS* p. 210. ſq.
(yy) *BERNTENIVS* in Chronico Marienrodenſi p. 464. To. II. Leibn.
(zz) *BOTHO* p. 405. Mortem eius Hamelmannus refert ad annum 1424. 5 Octobr. p. 625.
(a) *HAMELMANNVS* p. 628. ſq.
(b) *REHTMEIER* in Br. Lun. Chronica p. 850. P. III. c. 59. *CONTINVATOR* Bothonis p. 424.
(c) *HAMELMANNVS* in Hiſtoria renati Evangelii in Comitatu Hoyenſi p. 797.
(d) - - - - - p. 720.
(e) In Notis ad Chronicon Schaumburgicum Lerbeccii p. 534. To. I. rer. Germ.
(f) In Chronico Comitum Schawenburg. p. 511.
(g) In *Chronica Oldenburgenſium Archi-Comitum* p. 150. To. II. Meibom.
(h) In *Chronica Bremenſi* p. 61.
(i) In der *Hiſtoria des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes* P. II. p. 552. ſqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nouos hoſpites ſatis vexaſſe, vt eos repellerent in auita domicilia; ſed ipſos nil promouiſſe, mouendo omnia. Prouocat ipſe ad Annaliſtam quemdam teutonicum, cuius verba nonnulla inſerit libro ſuo, varia eruditione refertiſſimo. An originationem vocis *Hoya* et originem inſignium, quae conſiſtunt in vngulis pedibusque vrſinis, *bårenpoten*, per luſum ingenii olim Annaliſta ita exponere voluerit, definire nondum auſim; licet praeſto ſint rationes, quae, vt ſic ſentiam, ſuadent.

## Diplomata Hoienſia inedita.

### 1. Charta coenobii S. Michaëlis Luneburg. in Diplomatario B. p. 87.

„Nos *GHERARDVS* Dei gratia *Comes in Hoja* ad uniuerſorum tam preſentium quam „futurorum notitiam tenore preſentium cupimus peruenire. quod nos cum conſen„ſu dilecti *fratris noſtri domicelli Iohannis*, honeſto et fideli noſtro famulo *Hildemaro de* „*Odem* et legittimis heredibus eiusdem propter grata obſequia, que nobis exhibuit et „exhibere poterit, ius pheodale, quod habemus in agris ſeu particulis terre ſitis in „Campis ante ciuitatem Luneborch. et omne ius, quod nobis in eisdem agris et cam„pis competere poterit, liberaliter donamus et dimittimus quiete et pacifice perpetuo „poſſidendum. Idem uero Hildemarus et ſui heredes curiam in *Suderelbeke* a nobis re„cipient iure pheodali. In cuius donationis robur et perpetuam firmitatem preſentes „literas ſigilli noſtri munimine duximus roborandas. Datum anno M°. CCC°. XVIIII°. „feria tertia in ebdomada feſti pentecoſtes."

### 2. Charta alia ibidem:

„Nos *domicellus IOHANNES* dei gratia *Comes* in *Hoya* - - cum conſenſu *fratris noſtri* „*Gherardi Comitis* - Hildemaro de Odem - ius pheodale - - in campis ante ci„uitatem Luneborch - - donamus - - 1319 feria III in ebdomada feſti penthe„coſtes."

### 3. Diploma vnum *IOHANNIS* Comitis Gandershemenſe:

„Wy *Iohan van der Gnade Goddes Greve to der Hoye* bekennet unde betughet openbar „in deſſem breve, dat an unſe ieghenwardigkeit ſind gekomen Her Iohan „Wilk *vnſe Vicarius an der kerken to Nigenborch* vnde Otto Bube unſe dener, vnde heb„bet des bekand, wo ſe vnder ſik hebben ghemaket eyne vordrach, dat Her Iohan „vorſcreven to ſik heſt ghetoghen Otten vorſcreuenen to eynen hulpen vnde vorwa„ren ſines vorſcreuenen leenes in der kerken to Nigenborch, de tud, dat ſe beide „leuet. vorvelle auer Her Iohan vorſcrēv. eer Otten, dat god vriſte, ſo heft Otto „de gnade van vns, dat he ſcal bi dem leene bliuen, alſe dat ſien ys, de wile he „leuet. vorvelle ok Otto eer Her Iohan, ſo ſcal Her Iohan ſin vorſcreven leen ſuluen „vorwaren, edder vorwaren laten, na alſo vore ane iengherleye inſaghe, vnde de „wile ſe beide leuen, ſcal Otto *ſees mark lubsker pennighe* alle iarlikes Her Iohann Wilke „gheuen, vth den gudern des vorſcre lenes vnde ſenden to Hildenſſem Eghart Rei„mensniders Hus edder Hinrik Remensniders Hus ſines broders twiſchen ſunte Iacops „daghe vnde omnium ſanctorum ane iengherleye vortoch, ſcheghe des nicht, ſo „mach Her Iohan ſines leenes wedder mechtich ſin na alſe vore. Ok hedde Otto den„ne wat vpghebort van den goderen des vorſcrē leenes des Iares, dat ſcal Otto Hern „Iohan werdder keren al vnde degher. Des to merer bekantniſſe ſo hebbe wy vnſer „Ingeſeghel ghehenghet laten an deſſem bref na goddes bort verteynhundert Iar in „dem dre vnde drittigheſten Iare in dem auende der hilghen appoſtele philippi et Ia„cobi." Sigillum dedimus *Tab.* XVII. fig. 5. quocum conferri poteſt ſigillum Iohannis, Epiſcopi Hildeshemenſis, *Tab.* X. *fig.* 4. 5. Ipſe enim fuit ortus ex Comitibus Hoienſibus.

## Caput XXXII.

## de COMITIBVS ab *INSVLA* dictis.

*INSVLA* fuit caſtrum in inſula intra amnem Nette, vbi nunc eſt piſcina Rűdenſis, *der Rüder Teich*. Id pateſcit tum ex fama, accolis notiſſima, tum ex diplomate Burchardi, Comitis Woldenbergenſis, quod a. 1284 cum Conrado, Comite de Inſula, dedit *in inſula (a) apud Woldenberge*. Comites Inſulani indubie ex ſtirpe communi cum Woldenbergicis prodierunt. *ALBERTVS* tenuit villam Burſfelde ad Werram, eamque ab illo emit ineunte ſaeculo vndecimo Henricus Craſſus, Marchio Friſiae

ſiae et Comes Northeimenſis. *Annales Corbeienſes* ad a. 1116. commemorant *GVNTHERVS*, *OTTO*, et *STEPHANVS*. Eidem faciunt mentionem *ALEXANDRI* ad annum 1166, in *Chronico Stederburgenſi* p. 858. To. I. *Leibn. LIPPOLDVS* ad annum 1169 in diplomate Hermanni, Hildeſienſis Epiſcopi, eſt obuius, quo coenobium S. Godehardi eique impertita bona confirmantur. *TIDERICVS* ad annum 1181 in alio diplomate occurrit penes Heineccium in *Antiqq. Goslar.* p. 181. *HVGO de inſula* in diplomatibus Hildeshemenſibus ad annos 1220. 1227. et 1264 (a) conſpicitur. *LVIDEGERVS* a. 1225 coenobio Lamſpringenſi nonnulla donauit. Diploma in Vitis Abbatiſſarum protraximus. *LVDOLFVS* ad a. 1274 in *Annalibus Corbeienſibus* commemoratur. *CONRADVM* Borchardus, Comes Woldenbergenſis, in diplomate, ad annum 1284. dato, deſignat. *IOHANNES Comes de Inſula* a. 1295 occurrit in diplomate Hildesheimenſi. Praeterea non veniunt plures in mentem. Ipſos tenuiſſe beneficiarias poſſeſſiones ab eccleſia Gandershemenſi, ſit vero ſimile, ſiquidem eae maximam partem inter Woldenbergam et Lamſpringam in Ambergau fuerunt ſitae. Sigillum obliteratum eſt, quod exſtat Lamspringae. Videtur caſtrum in inſula indicari,

## CAPVT XXXIII. KIRCHBERG.

### *TABVLA I.* genealogica de Burggrauiis Kirchbergenſibus.

* Volradus, 1130. * Conradus, 1155. * Otto 1168.

N. N. — Conradus, 1143. Emicho, 1143.

* *DITERICVS* 1168.

*DITERICVS ſenior* 1203. Vx. Sophia

*THEODERICVS iunior* 1203. 1256. Vx. *Sophia* 1267.

*THEODERICVS ſenior* 1259. 1263. Vxor *Sophia* 1267. 1271. Ipſe periit ſubmerſus in Sala a. 1268.

*THEODERICVS iunior* 1259. 1263. 1296. et *ſenior*.

- *Sophia.* 1296.; *Ditericus* Commendator Ordinis Teutonici in Pruſſia.; *Iutta* Abbatiſſa Quedlinb. 1319.

*OTTO* 1271. 1273. 1292. Vx. Sophia.

- *Theodericus* 1292 1298. — *Ditericus* 1361. 1363.; *Otto* 1361. 1363.
- *Otto.* 1292. 1298. 1311. 1321.
- *Albertus* 1294. 1298. 1311. 1321. 1356. 1363. Vx. Eliſabeth — *Ditericus.* 1363. 1365.; *ALBERTVS* 1365 acquirit Cranichfeld 1390 per vxorem Margaretham.
    - *Ditericus.* Vx. Agneſa. 1416. 1424. 1440. — *Giſela* vx. Werneri de Scherembeke, Lucardis 1266. Sophia 1266; Albertus 1445 1454. 1463. Vx. Catharina de Mulhauſen.; Margareta ſanctimonialis in Roda.
    - *Irmengarda* Vx. Com. Ruthen. 1419.
    - *Iohannes.*
    - *Anna* Abbat. in Ilmenau. 1436. 1440.
    - *Hartmannus* 1427. 1462. Vx. Eliſabet. — Georgius. *TAB. II.*
- *Hartmannus* 1298. 1321. 1332. 1356. Canon. Halberſt.
- *Henricus* 1308.
- *Hermanus* 1308.

* *FRIDERICVS* † 1184.

- *Fridericus* Can. Halberſtad. et Ep.
- *Volradus* — *Fridericus.* Vxor Bertha 1251. 1258.; *Rudolfus* 1257. Can. Halberſtad.; *Volradus* Can. Hild. et Halberſtad. 1258.
    - *Henricus* 1262. † 1290.; *Wernerus* 1248.; *Hartmannus* 1309. Can. Halb.; *Fridericus.* vx. Beatrix.; *Burchardus* † 1268.

* *Luchardis*, Abbatiſſa Capelndorf. 1374. 1380. 1382. 1385.

* *Hartmannus* 1390. * *Henricus* 1422.

* *Oswaldus* 1395.

TAB. II.

(a) Aliud caſtrum *Inſula* fuit prope vrbem Hildeſiam. Chronicon Hildesheimenſe in vita Epiſcopi Conradi, defuncti 1249, p. 752. To. I. Leibn. *Similiter* Conradus *Inſulam caſtrum, apud noſtram ciuitatem ſitum, expugnauit et deſtruxit.*

# TABVLA II.

*GEORGIVS* 1463. 1520. Vx. 1) Vrſula de Pleſſe. 2) Barbara C. Regenſtein.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Hartmannus* Doctor, Abbas Fuldenſis. | *Sabina* vx. Comitis de Gleichen et Baronis deKitliz. | *Magdalena*, Vxor 1) C. de Beichlingen. 2) Baronis de Heide. | *Eliſabeta*, Vx. 1) Schenckii de Tautenberg: 2) Baronis de Bünau. | *SIGISMVNDVS* 1524. 1570. Vx. 1) Dorothea C. de Mansfeld. 2) Sibylla C. de Iſenberg. 1562. | *Amalia.* Canonica Gandersh. | *Marta.* | *Sidonia.* |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Wilhelmus.* | *Barbara Amalia.* | *Anna Catharina.* Vx. Ludovici C. de Gleichen 1541. obiit Septuagenaria maior. | *Dorothea.* | *Iohan Henrich.* | *GEORGIVS* 1611. Vx. 1) Margareta C. de Gleichen 2) Dorothea Magdalena C. Ruthen. | *Eliſabet.* | *Sigismundus Antonius.* |

Sigismundus Henricus 1613.

Georgius Ludouicus 1677.

## *DIPLOMA Gandershemenſe:*

Otto ſenior, Burggrauius de Kirchpergk, uniuerſis. quorum hec nouiſſe intereſt." ſalutem et obſequia. Notum ſcilicet facimus per preſentes. quod de conſenſu" plenum heredum noſtrorum Theoderici et Ottonis. ſuaſionibus vxoris noſtre Sophie." Venerabili Dñe Abbatiſſe eccleſie SS. Anaſtaſii et Innocentii Ganderſemenſi MARGA-" RETE aduocatiam in Tenneſtede. quam ab ea in feodo tenuimus. in manus ipſius" per preſentes reſignamus. cum II manſis proprietatis noſtre ad Tenneſtede ſitis. vt" nos. vxorem. et heredes noſtros in ſocietatem bonorum operum ſue eccleſie recipiat." Anno - - M CC LXXXXIIII. Kal. Octobr."

Kirchbergae caſtrum fuit aliud ad Sondershuſam, aliud, quod huc ſpectat, prope Ienam. Loco nomen obtigit ex *templo montano*, cuius rudera adhuc in editiſſimo montis vertice exſtant. Locus ab Ottone Magno a. 937 donatus eſt eccleſiae Quedlinburgenſi. (a) Comites a Lothario Saxone nacti ſunt dignitatem Burggraulalem. De eis diſſeruerunt non pauci. Adtingemus potiores. Beniamin Leuberus in *catalogo comitum Saxoniae* n. XXVI. p. 1919. To. III. Menck. Wernerus Hackius in *Chronico de Comitibus Templimontanis* apud Paullinium in Syntagmate rerum Germanicarum p. 330. ſqq. Henricus Meibomius in *Chronico Marienthalenſi* p. 265. To. rer. German. Ioannes Georgius Leuckfeldius in *Antiquitatibus Ilefeldenſibus* c. VIII. p. 60. ſqq. Spangenbergius in *Adelſpiegel* L. X. c. 20. p. 320. *Comitiua Kirchberg* iam occurrit in *Legenda Bonifacii* L. II. c. 10. p. 850. To. I. Menck. Multa huc ſpectant diplomata, quae dedit Menckenius To. I. p. 675. ſqq. rerum Germ. Paſſim occurrunt nonnulla, huc ſpectantia, in Caſparis Sagittarii *Hiſtoria der Grafſchaft Gleichen*, edita Francof. ad Moenum 1732. 4. Tenuerunt Comites praeter Comitatum ſeu Burggrauiatum Kirchbergenſem quoque praefecturam Altenburgi ad tempus, Kranichfeldam, Priſenizium et Farnrodam. Anno 1348 Albertus ſeſe etiam vocat *Dominum in Wippere.* Ad a. 1372 Albertus Burggrauius ſeſe adpellat *Dominum in Wintberg et Zeymehain.* A. 1394 Albertus dicitur *Comes in Cranichfeld.* Theodoricus ſenior ad a. 1296 cognominatur *de Aldinbergk.* Sigismundus a. 1524 adpellat ſeſe ſimul *Dominum de Varnrode.* A. 1303 Erfurtenſes caſtrum Kirchberg expugnarunt. Omitto cetera, fuſius alibi ediſſerenda. Albertum et Wulbrandum, Archiepiſcopos Magdeburgenſes, Kettnerus pro Kirchbergiis habet. Sed perperam. Meibomius vero ſenior oſtendit, eos ad Comites Hallermundi eſſe referendos, tum

(a) *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 12.

tum in *Chronico Riddagshuſano* p. 354. To. III. rer. Germ. tum in *Notis ad Leupoldi Northovii Origines Marcanas* p. 415. To. I.

*VOLRADVS* anno 1130 collegio illuſtri Corbeienſium benefecit. (b) Huic Lotharium Regem tribuiſſe honorem Burggrauii, vulgo referunt. *Conradus* obuius eſt ad annum 1155 apud Dodechinum p. 676. In diplomate quodam Friderici Barbaroſſae a. 1168 occurrit *Otto, Comes de Kirberg.* Eodem anno vixit *Didericus Comes.* (c) Ad eamdem progeniem referri ſolet *Fridericus*, qui anno 1209 dignitate Epiſcopali potitus fuit Halberſtadii: nec non *Iutta*, Abbatiſſa Quedlinburgenſis, anno 1319: (d) *Eliſabetha* et *Ermgarda*, illa Praepoſita et Abbatiſſa Quedlinburgenſis, a. 1350 defuncta: hae ibidem ab anno 1379 ad annum 1405 vsque Abbatiſſa. (e) *Fridericus* anno 1184 miſere in comitiis Erfurtenſibus periit. Chronica Erfordenſis ciuitatis ad hunc annum: (f) *Imperatore reſidente cum multis, pauimento rupto, plures ceciderunt in cloacam, quorum multi ſunt in coeno ſuffocati. Inter quos erant Comes Thuringiae, Comes de Kirchberch, Comes Haſſiae, VII Kal. Auguſti.* Tribuit Meibomius filios Friderico Fridericum et Volradum. Ille exſtitit Canonicus Halberſtadii; hic genuit Fridericum, (g) Rudolfum Canonicum Halberſtadenſem, ac Volradum Canonicum ibidem et Hildeshemii. Fridericus ex Bertha genuit Henricum, Wernerum, Hermannum, Fridericum, cui vxor fuit Beatrix: Burchardum, a. 1268 defunctum, Giſelam, Lucardem, Sophiam. Sub initium ſaeculi XIII *Theodoricus* ſenior et vxor *Sophia* profitentur, quibusnam bonis coenobium Capelndorf initio fuerit dotatum. (h) *Theodericus ſenior* et *iunior* eidem monaſterio anno 1203 plenam perpetuamque donant libertatem. (i) Hi duo vocantur Burggrauii. *Theodericus Burggrauius* monaſterio Capelndorfenſi confert anno 1216 manſos duos in Aſpa. (k) *Theodericus* filiusque eius ſenior donant eidem monaſterio $3\frac{1}{2}$ manſos in Tobeche cum colonis a. 1256. Ipſe ad eumdem annum in diplomate Henrici de Weida, Prioris Erfurtenſis, dicitur *nobilis vir dominus Burggrauius.* Anno 1259 *Theodericus* ſenior ac iunior confirmant exemtionem monaſterii eiusdem ac illius bona enumerant. Eidem anno 1263 oppignorant coenobio, de quo eſt dictum, quindecim manſos, in Hernſtet ſitos. Anno 1267 Theodericus ac *Sophia*, mater ipſius, necnon *Otto* frater vendiderunt tres manſos eidem monaſterio. Ad annum 1271 fit mentio *Ottonis* matrisque Sophiae, permittentium, vt coenobium Capellendorf agros coenobii cum aliis commutare poſſit in vicem agrorum conterminorum. Eodem anno *Sophia* filiusque *Otto* coenobio eidem vendiderunt tres manſos, in Capelndorf ſitos, cum pacto reuenditionis. (l) *Theodericus Comes* anno 1268 in Sala ſubmerſus interiit. (m) Idem fatum *Burchardo*, ex haſtiludiis Merſeburgenſibus reduci, accidiſſe, alii referunt. *Giſela* nupſit dynaſtae Wernero, dicto de Scherembecke, praetori et aduocato Friderici Epiſcopi Halberſtadenſis. Diu eſt, quod in coniecturam incido, Comites Kirchbergenſes a Burggrauiis differre. Clariſſimus Fridericus Zollmannus in *tabula* geographica *Ducatus Saxoniae ſuperioris* II Comitatum Kirchberg poſuit prope Comitatus Lora et Stolberg; Burggrauiatum vero conlocauit prope Ienam. *Henricus Comes* reliquit filium *Ottonem*, cognomento Seniorem, qui coenobio Poſaugienſi anno 1294 pomarium et a. 1301 ius patronatus eccleſiae Breſevicenſis donauit. Erfordienſes anno 1303 ditioni eius damna intulerunt ac terras ipſius ferro flammisque vaſtarunt, arcibus *Kirchberg* et *Wintberg* funditus euerſis. (n) Chronica Erfordienſis ciuitatis rem ita enarrant: (o) *Erfordenſes deſtruxerunt caſtrum Hofgarten. Eodem anno ceperunt tria firmiſſima caſtra, ſcilicet Kirchberg, Wineberg, et Grifenberg, quorum prima duo funditus deſtruxerunt. Ceperunt etiam caſtrum Lewenſtein, quae omnia fuerant Burggrauii de Kirchberg: cui poſtea pace facta Grifenberg reſtituerunt.* OTTO, de

(b) Annales Corbeienſes ad e. a. p. 307.
(c) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Ilefeld.* p. 61.
(d) *KETTNERVS Hiſt. eccl. Quedlinburg.* p. 61. ſq.
(e) Ibidem p. 68. ſq.
(f) To. II. Menck. p. 563.
(g) *CONTINVATOR Lamberti* p. 430. *SIFRIDVS Presbyter* Epit. L. I. ad a. 1186. p. 1040.
(h) To. I. Menck. p. 675.
(i) Loco laudato p. 676.
(k) Ibidem p. 679.
(l) Ibidem p. 690.
(m) *Paulus LANGIVS* in *Chron. Citicen.* p. 1195.
(n) *LANGIVS* l. c. p. 1198. *HISTORIA de Landgrauiis Thuring.* p. 1336. To. I. Piſtor.
(o) Ad a. 1303. p. 564. To. II. Menck.

de quo ſupra ad annum 1271 mentionem fecimus, annis ſequentibus varia donauit et confirmauit collegio virginum votiuarum Capelndorfenſi. Diplomata exſtant penes Illuſtrem quondam Iohannem Burchardum Menckenium. (p) Otto adpellatur conſanguineus Hartmanni Comitis de Lobdeburg anno 1289 Ipſe in diplomate, ad annum 1292 dato, heredes ſuos vocat *Theodericum* et *Ottonem.* (q) Ad annum 1294 vxorem ſuam vocat *Sophiam*, heredes vero *Theodericum*, *Ottonem*, et *Albertum.* Ad annum 1296 *Theodericus* ſenior, dictus ſimul de Aldinbergk, coenobio Capelndorfenſi 4 manſos in Magdla donauit, ac in diplomate mentionem fecit filiae ſuae *Sophiae.* *Otto* a. 1298 in tabula donationis filios et heredes ſuos adpellat *Theodericum*, *Ottonem*, *Albertum* et *Hartmannum.* In charta donationis anno 1308 *Henricus* et *Hermannus* reliquis adnumerantur filiis. Ad annum 1363 Alberto filius *Dietericus* tribuitur. Albertus a. 1394 dicitur ſimul *Dominus in Cranichfeld.* *Sigismundus* a. 1524 *dominus de Warnrode* adpellatur. *Henricus* Comes de Kirchperg obuius eſt in antiquiſſima imperii matricula anno 1422, vti patet ex Eberhardi Windeckii Hiſtoria Imperatoris Sigismundi p. 1162. Cetera ſunt ex Tabula genealogica praefixa ſatis manifeſta. Quod vero adhuc ad annum 1677 *Georgium Ludouicum* poſuerim, id feci impulſus auctoritate D. Caſparis Sagittarii, qui in Hiſtoria Gleichenſi praedicat illum et laudibus exornat. An autem hic fuerit Sigismundi Henrici filius, ſacramento non auſim contendere. Heic enim non valet illud:

*Fabio vel iudice vincam.*

## CAP. XXXIV. LVCCA.

Exſtiterunt Comites de *Lucca*, prope Gandeſiam incolentes. Burchardus Comitatum tenuit iuxta Winceburgicum et bona eccleſiae Ganderſemenſis poſſedit paſſim. Ipſi Herimannus per ſuos necem intulit, eo quod ipſe caſtrum in vicinia VVinciburgi, iuſſu Lotharii Regis, exſtruxerat. Fit eius mentio in diplomatibus a. 1126. 1128. Occiſus eſt a. 1130. Annales Hildesh. ad e. a. p. 740. *Burchardus de Lucca occiditur: vnde Rex contriſtatus et iratus Winceburch caſtrum Herimanni Comitis, cui huius caedis conſilium et iuſſum imponebatur, obſidione circumdat.* *BOTHO* ad a. 1133. p. 338. *In duſſem Iare wart dot geslaghen Marggreve Vdo - - vnde ock ſo wart gemordet Greve Borgert van Lucka.* Conf. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1130. p. 288. An ipſe exortus fuerit ex Comitibus Luccenſibus iuxta Hallermunt, in quorum regione coenobium Luccenſe ſaeculo medio XII conditum eſt, haereo. Addam tamen, quae inter legendum occurrerunt.

*
*Ida*, filia fratris Henrici III, nupta 1) Lippoldo, filio Glismodae 2) Dedoni 3) Elthero. Vterque extremus in Ditmarſia eſt occiſus, *Hiſtoria Archiep. Brem.* p. 99. ſq.

| | | |
|---|---|---|
| *Richenza*, vxor Elimari C. Oldenburg. | *Ecbertus* ab Vdone Marchione prope Elſtorpe occiſus. | *Oda*, virgo ſacra in Rinteln, nupta Regi Ruſſiae, et poſtea Comiti Germ. *Alb. Stad.* ad a. 1112. p. 252. ſq. |
| Elimarus iunior Com. Oldeburg. *Hiſtoria Archiep. Brem.* p. 99. ſq. apud Lindenbrogium. | | 2. *Aliarina*, nupta Comiti de Lucca |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Burchardus. Trevirenſis maior Praepoſitus, poſtea Archiepiſcopus. *Hiſt. Archiep. Brem.* p. 100. | *Fridericus.* | | |
| | Cunigunda, vxor Chriſtiani C. Oldenburg. | N. N. filia nupta Wulbrando C. ſeniori de Hallermunt. | N. N. filia vxor Thiderici de Adenais. |

Friderici generi exſtruxerunt a. 1163 coenobium Luccenſe.

CAP.

(p) To. I. ſcript. rer. Saxon. p. 690. ſqq.
(q) Loco laudato p. 706.

# CAPVT XXXV.
## COMITES DE LVTTERBERG et SCHARTFELS.

§.1. *Genealogia et ſigillum ac inſigne gentilitium.*
§.2. *Linea Guelferbitana.*
§.3. *Linea Sigebodonum, et quidem Sigebodo I cum filiis Sigebodone II, Bertoldo et Burchardo.*
§.4. *Burchardus I, II, III, IV, V, et Henricus de Lutterberg.*
§.5. *Proſapia Burchardi Albi Lutterbergenſis.*
§.6. *Vterque Comitatus incidit in ditionem Ducum Brunsuicenſium.*

§. I.

Tabulam genealogicam Comitum, qui de *Scarfelte* et *Lutterberge* cognominantur, ſupra exhibui p. 320. Quonam inſigni gentilitio Comites vſi fuerint, patet ex figura:



Sigilla duo Lutterbergenſia produxit Ven. *REHTMEIERVS*, (a) quae, pace ipſius, huc transferemus:







§. II.

(a) In *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* p. 600.

## §. II.

Quae Hercinico monti adiacent, Imperatoribus olim Saxonicis ac Franconicis erant ſubiecta. Henricus IV Imperator vt Saxones immunitatibus ac priuilegiis legibusque ſuis exueret, caſtella quamplurima in radicibus Herciniae excitauit vel communiuit. Quorum e numero *Scartfelt* quoque fuit, caſtrum in colle editiſſimo, ad amnem Soeſam inter Oſterodam et Lutterbergam poſitum. Nunc paret Dominis Brunſuicenſibus Sereniſſimis. Pagus ac praefectura ad amnem in valle conſpiciuntur. Caſtro praeeſt veteranus militiae praefectus cum centuria militum. Henricus IV Widekindo Comiti de Wolferbutele *caſtrum Schartvelde*, *decimam montis Goslariae*, et *defenſionem imperialem coenobii Polede*, vnde quotannis redibant ſesquimille librae argenti, (b) in beneficio contulit. Celebrantur Widekindi huius merita ac fidelitas in Ebertum II, Marchionem Thuringiae et Comitem Brunſuicenſem, pro quo obſes factus fuerat Imperatori. Vnde patet, Widekindum exeunte ſaeculo vndecimo obtinuiſſe Comitatum Scartfeldenſem. Exiguum temporis interuallum tanto honore Widekindus gaudere potuit. Ipſe filias tantum generauerat, quae in feudum Imperii maſculum ſuccedere haud valebant. Egberto II Caeſaris hoſte occiſo ad annum 1090, Bauarici Sueuicique milites iuſſu Caeſaris caſtrum, iuxta Danckwarderodam ſitum, occuparunt. Intellexit Wedekindus illico, quidnam Henrico IV eſſet conſilii. Ea propter coepit magis ſaluti patriae quam potentiae Caeſaris ſtudere. Quum enim milites Henrici IV contumeliis damnisque adficerent oppidum Brunſuici, conſentiente Widekindo ignis, caſtello, quod inhabitabant Imperatorii, ab oppidanis immiſſus, conſumſit praeſidiarios. Receptum a Brunſuicenſibus caſtellum et Gertrudi, ſorori Egberti II vxorique tum Comitis Northemenſis Henrici Craſſi, traditum. Conuenit etiam inter Gertrudem, Widekindum et ciues Brunſuici, Imperatoris exercitum in Saxonia poſthaec minime eſſe tolerandum. (c) Poſthaec caſtellum *Schartfelt*, cuius iam in *Legenda S. Bonifacii* (d) fit mentio, Epiſcopo Magdeburgenſi fuit donatum; a quo illud redemit Lotharius Saxo, data Epiſcopo in permutationem Abbatia regali *Alverlebe.* (e)

## §. III.

Poſtea Comitatus *Scarfelt SIGEBODONI Seniori* fuit conlatus. Quo patre fuerit natus, incompertum habeo. Fit eius mentio ad annos 1134. 1150. 1151. In Diplomate apud *HEINECCIVM* (*) memoratur inter teſtes *Sibodo de Scartvelde et filius eius Sibodo*, ad annum 1150. Patri fuit filia quoque, quae Gandershemii velum ſacrum ſuſcepit. *Sigebodo iunior* refertur ad annos 1150. 1151. 1172, (†) 1180. 1181. (f) Frater *Bertholdus* anno circiter 1166 filias *Bertam* et *Machtildam* coenobio Stederburgenſi mancipauit, (g) donatis eidem manſis quatuor ac molendinum in Badesleue. (h) Tertius fratrum Burchardus proſapiam propagauit. Mentio eius iniicitur ad a. 1180. Sigebodonis ſenioris pater fuit *Albertus*, ſorores *Adela*, *Becha* et *Mathilda*, virgines ſacrae S. Mariae Gandersheimenſes, dummodo Leznerus vera ſcripſerit.

## §. IV.

Burchardus ille generauit *Burchardum* et *Heidenricum* ſeu Henricum. Ille vocatur Comes de Scartfelte; hic de Lutterberg. Vterque ſecutus eſt partes Philippi Sueui, Anti-Caeſaris, aduerſus Ottonem IV Imperatorem, Dominum Brunſuicenſem, cui anno 1203 in diuiſione terrarum Brunſuicenſium ceſſerant *Schartfeld* et *Lutterberge.* (**)
Ex

(b) *CHRONICON rhythmicum Ducum Brunsuicenſium* c. XX. p. 36. *CHRONICON vetus Ducum Brunsu.* p. 36.
(c) *BOTHO* in *Chronico picturato* ad a. 1091. p. 329.
(d) L. II. c. 10. p. 850. To. I. Mencken.
(e) To. III. Menck. p. 1015. ſq.
(*) Antiqq. Goslar. p. 146.
(†) Apud *MADERVM* in Antiqq. Brunsvic. p. 225. Fuit aduocatus eccleſiae Hildeswardeshuſanae et ſubſcripſit a. 1170 Francofurti chartae Friderici I, apud *POL. LEYSERVM* in *Hiſt. Com. Eberſt.* p. 25.
(f) *HEINECCIVS* l. c. p. 181.
(g) *CHRONICON* Stederburgenſe ad a. 1166. p. 858. To. I. Leibn.
(h) Bertholdus cum fratre ad a. 1190 occurrit in diplomate apud *LEYSERVM* l. c. p. 78.
(**) *LVNIG Reichs-Archiv* Part. ſpecial. Continuat. IV. 4. Abſatz p. 251. *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* P. III. c. 23. p. 421.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex quo patet, vtrumque Comitatum iam tum fuiſſe e numero beneficiorum Brunſuicenſis dominii. Suspicari tamen licet, Comites illos poſſediſſe praedia nonnulla, quae feudis Brunſuicenſibus adnumeranda non ſunt. Ipſi enim dona impertierunt, controuerſias diremerunt, bellis contra Duces Brunſuicenſes interfuerunt. Si quid iudico, Comitatus Ducatui Saxoniae fuit innexus ac ſubiectus a Lothario Saxone. In ipſo autem Comitatu alia a ſolo Imperio Germanico pependerunt: alia ab Archiepiſcopo Moguntino in feudum adſumta: alia ab Abbatiſſis, Quedlinburgenſi et Gandersemenſi, per modum beneficiorum eccleſiae accepta ſunt. In aduerſis Henrici Leonis rebus Moguntinus indubie eo compulit Comites, vt ipſum reſpicerent et Comitatum vel integrum vel ex parte ab eo in feudum ſuſciperent. Abbatiſſa Quedlinburgenſis olim tenuerat in tractu regionis, quam *Aichsfeldam* dicimus, quam plurimos agros, quos cum Ducibus Saxoniae permutaſſe videtur eo quidem pacto, vt Comitatum Lutterbergicum vacuefactum tandem aliquando eccleſiae ſuae adquireret. Abbatiſſa Gandershemenſis ceſſerat olim *Eriggawicum* tractum Saxoniae Ducibus, vt ſua tutaretur bona in *Lisgawo* ſita, et Comitatum Lutterbergicum circa Minnigerodam, Woldershuſam et vicina loca procurrentem, Comitibus demortuis, adquireret. Haec tum ex *chartario antiquo* innoteſcunt; tum etiam eadem ex controuerſiis, de Comitatu vtroque erciscundo ortis, infra elucebunt. An Comitatus Lutterbergicus initio adhaeſerit Scartfeldenſi, merito quaeritur. Veroſimile videtur, vtrumque fuiſſe olim ſeparatum, licet nondum conſtet, quo iure vel titulo Lutterbergicus Scartfeldenſibus Comitibus acceſſerit. Ineunte certe ſaeculo duodecimo Henricus IV praefecto cuidam ſuo, quem caſtello Scartfelde cum praeſidio impoſuerat, adtribuit Comitatum Scartfeldenſem. De Lutterbergico nihil video addi. Sigebodonis ſenioris, vt opinor, pater Schartfeldicum Comitatum pepererat per feminae pulcritudinem, in quam Caeſar animum oculosque conuerterat. (i) In bello, quod Fridericus Barbaroſſa in Henricum Leonem decreuerat, Scartfeldenſes Comites non deſiſterunt a cauſſa Ducis tuenda, donec hic telis fortunae aduerſae ſuccumberet, et anno 1180 terrae, Hercinico monti adiectae, Caeſari, cui amplius reſiſtere Comites aegre valebant, traderentur. (k) Singularem in gratiam ab eo Comes Scarpfeldenſis et Ilefeldenſis recepti. Ex eo momento coniecturas duco, Caeſarem Comiti Scartfeldenſi contribuiſſe Comitatum Lutterbergicum inſtar praedae derelictae. Manſit tamen poſtea Comitatus vterque feudum Brunſuicenſe. Burchardus anno 1207 in caſtris Philippi Sueui, ad Weiſſenſeam (**) poſitis, coenobium Walkenredum tutelae ſuae demandatum ſuſcepit et litem inter Henricum de Heringen et Henricum de Reueningen ortam de bonis nonnullis, quae Burchardus coenobio illi vendiderat, ſedauit. In litteris Philippi Sueui, ea de cauſſa conſcriptis, memorantur *fratres Burchardus de Scartfelde et Henricus de Lutterberge.* Heidenricus ille ſeu Henricus Comes anno 1215 comitiis Herbipolitanis interfuit, vti ex litteris Friderici II Imperatoris, coenobio Walkenredenſi datis, pateſcit. (†) Idem adſtitit Caeſari anno 1219 in comitiis Goslarienſibus. Henricus VII, Friderici II filius, Rex Germaniae, anno 1224 coenobio Polethe impertiuit litteras, quibus tuitio continetur regia ac priuilegiorum confirmatio munitur. Subſcripſerunt, inter alios, *Comes Henricus de Lutterberg*, (l) *Comes Hermannus de Hartisburc et Comes Heidenricus frater ipſius.* Burchardus et Heidenricus fratres anno 1226 teſtimonio ſuo roborant Brunſuici liberalitatem Henrici Longi, Ducis Saxoniae et Comitis Palatini ad Rhenum, quam hic in coenobium Poldenſe exſtare voluit ceſſione bonorum, Poldenſi coenobio conterminorum. (m) Heidenricus circa annum 1230 obiit, nulla relicta ſubole maſcula. Quo facto vterque Comitatus Burchardi II filiis eſt traditus, videlicet Burchardo ſeniori Comiti Scartfeldenſi, Burchardo Albo et Burchardo aſpero Lutterbergicis. Anno 1220 Corbeienſes tranſegerunt controuerſiam cum Comite de *Luttersberg ſuper caſtro Bramborch.* (n) Burchardi ſenioris fit mentio ad annum 1241. (††) Ipſe ſepultus fuit cum vxore *Adelana* in coenobio Poeldenſi, relictis Burchardo et Sigebodone ſucceſſoribus.

Parens

(i) *BOTHO* ad a. 1106. p. 332. ſq.
(k) *CHRONICON montis ſerent* ad a. 1180. p. 45. ſq. *CHRONICON* Bigaugienſe ad e. a. p. 265. ed. Mader.
(**) *HISTORIA* de *Landgr. Thuringiae* c. XXXIII. p. 1320. *CONTINVATOR Lamberti* ad a. 1204. p. 430.
(†) *LEVCKFELDI Antiqq. Walkenred.* P. I. p. 369.
(l) *EIVSDEM Antiqq. Poldens.* c. XII. §. 3. p. 45.
(m) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Poldens.* c. XIII. §. 6. p. 55.
(n) *ANNALES Corbeienſes* ad e. a. p. 310. To. II. *Leibn.*
(††) *REHTMEIER* l. c. c. 26. p. 478.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf




Parens anno 1228 donauit coenobio Poeldenſi praedium *Königshagen*. Nati caſtra ſecuti ſunt, et minor natu anno 1274 e captiuitate liberatus eſt, quo tempore (o) cum fratre quartam decimae et duos manſos im *Kleinen Hagen* coenobio ſaepius memorato donauit. Deceſſit improlis. Frater vero ſenior ex filia Comitis Eberſteinenſis procreauit (p) ſex filios Heidenricum, Sigebodonem, Burchardum, Erneſtum, Hermannum et Henricum. Senior natuve maximus eorum Canonicus fuit Halberſtadenſis, eiusque iniicitur mentio ad annos 1246. 1281. 1290. Vlteriori recenſione ſuperſedere nos iubet ſilentium auctorum. Vnde iudicare licet, genus Comitum Scartfeldenſium ineunte ſaeculo XIV intercidiſſe.

§. V.

*BVRCHARDVS albus*, et *aſper*, anno 1237 ad concordiam reuocarunt fratres de Bodenhauſen, Helwigum et Engelfridum, cum coenobio Walkenredenſi. Paullo poſt benignitatem oſtenderunt coenobio, in valle S. Georgii ſito. Anno 1241 vterque aduocatiam Poldenſem coenobio, interuentu 82 marcarum argenti, oppignorauit. Burchardus Albus vxorem duxit ex familia nobiliſſima, de Hadmersleben dicta, et ex ea progenuit Comites Ottonem, Heidenricum, Henricum, et Wernerum. Heidenricus et Otto anno 1282 teſtimonium, coenobio Walkenredano amicum, perhibuerunt. Otto ſecutus eſt amicitiam Alberti, Landgrauii Thuringiae, eiusque conuentibus prouincialibus Tulſtedenſibus anno 1279 interfuit. Quum Bertramus, Praepoſitus Poldenſis, concertaret cum Diderico de Bockelhagen, Burchardus Albus vna cum filiis Ottone et Heidenrico, aliisque anno 1267 controuerſiam illam ſuſtulit. Poſthaec regimen adminiſtrarunt Wernerus et Otto, filius Ottonis, qui, exſtincta linea Scartfeldenſi, Comitatum Scartfeldenſem ſuae ditioni adiunxit, et in caſtello cognomini habitauit. Inde euenit, vt nunc Comitem de Lutterberg, nunc Comitem de Scartfels ſeſe in litteris adpellauerit. Ottoni iuniori huic exſtiterunt tres filii, Ottones duo ſcilicet et Heiſo. Natu maior ordini Germanicorum equitum in Boruſſia dedit nomen, quod factis illuſtribus nobilitauit. Otto et Heyſo, poſtremi ſtirpis ſuae Comites, ſuperfuerunt anno 1272 et paullo poſt obiere. Tunc altercationes coeptae ſunt de ſucceſſione in vtrumque Comitatum, qui conſtabat e feudis Brunſuicenſibus, Moguntinis, Quedlinburgenſibus et Gandershemenſibus. Suſtulit litem manu armata *Iohannes* eques, *de Minnigerode* dictus, qui expugnauit caſtrum Lutterberg, idque vindicauit cum adiecta ditione Andreaebergenſi Ducibus Brunſuicenſibus ac in virtutis ſuae praemium reportauit ab eis in feudum villam *Woldershuſen*. Poſthaec Comites Hohenſteinenſes Comitatum Lutterbergicum denuo ex beneficio domus Brunſuicenſis Grubenhagicae tenuerunt. (q) In antiquis chartis reperi memoriae proditum, Capitulum Gandershemenſe

(o) *LEVCKFELDIVS* chartam donationis adtulit in *Antiqq. Poldens.* c. XV. §. 7. p. 75. ſq.

(p) Anno 1264 Burchardus pater decimam Poldenſem reſignauit Archiepiſcopo Moguntino, vt traderetur coenobio Poldenſi, idque fecit conſenſu fratris *Sebodonis* et filiorum ſex, quos excitauimus. Diploma ſuppeditauit idem *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Poldens.* c. XV. §. 6. p. 74.

(q) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Poldens.* c. XIII. p. 56. ſqq. In Volradi Epiſcopi Halberſtadenſis Diplomate ad a. 1259 inter teſtes obuius eſt *Heidenricus de Schartvelt*, apud *KETTNERVM* Ant. Quedlinburg. p. 243. Ad a. 1248 inter teſtes obuius eſt *Comes Burchardus de Lutterbergk*, apud *PFEFFINGERVM* iuniorem P. I. Hiſt. Braunſchw. p. 79.

hemenſe ceſſiſſe iuri ſuo quaeſito, ea lege, vt Duces Brunſuicenſes operam ſuam interponerent penes Caeſarem, vt Abbatiſſis iura regalia innouarentur, et hae concederent Canonicis facultatem eligendi communiter Abbatiſſas, et formandi ſimul Capitulum. Comites Lutterbergicos ab eccleſia Ganderſemenſi tenuiſſe *gograuiatum* in Empnegawi, ſupra commemoraui circa Comites de *Emne*.

## Caput XXXVI.

# COMITES PEINENSES, et LICHTENBERGENSES.

### §. I.

Quae de Comitibus Peinenſibus hucvsque reperire licuit, ſunt perpauca. Dabo primum tabulam genealogicam qualemcunque: deinde diplomata nonnulla: tandem momenta nonnulla hiſtorica:

| | | |
|---|---|---|
| | * * * Comes NN, qui a. 937. vxore ſua defuncta Corbeiae manet. (a) | |
| Ludolfus I (b) | N.N. vxor Ludolfi Com. de Wolferbutle a. 1145. (c) | Wernerus C. de Lichtenberg. |
| *LVDOLFVS* II educatus cum Henrico Leone, teſtis 1164. (d) accipit a Leone dynaſtiam Malkau 1169 (e) benefacit coenobio Riddagshuſano 1160. (f) Vixit adhuc anno 1188. (g) | | Poppo. 1168. — Godebaldus. (h) 1168. * *Wernerus* a. 1190. (i) 1195. |
| *BERNHARDVS* I Vx. *Luitgardis* de Woldenberg. | *GVNZELINVS* I, Dapifer. | *Bertha* virgo votiua Stederburg. 1166. (k) |
| *LVDOLFVS* III ſaltator 1233. Vxor Mathildis C. de Dorſtad. | *BERNHARDVS* II vendit Comitatum Iohanni Epiſcopo Hildeſienſi 1260. (l) | *GVNZELINVS* II Dapifer vixit adhuc 1253. Memoratur in Diplomate Wilhelmi Romanorum Regis. |

Plura dedi ſupra p. 413. 414. 415.

### §. II.

Wilhelmus Rex Romanorum anno 1253 Comitatum Peinenſem, quatenus fuit feudum Imperii, tradidit poſſidendum Alberto Duci Brunſuicenſi eiusque heredibus. En Diploma:

„*WILHELMVS* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Uniuerſis ſacri Imperii fidelibus, ad quos preſentes litere peruenerint, gratiam ſuam et omne bonum. „Ad notitiam uniuerſitatis noſtrae tenore preſentium volumus peruenire, quod vniuerſa bona, que per mortem *Gunzelini* dicti *Dapiferi*, ſi ſine heredibus deceſſerit, ad nos „vel imperium deuenire poterunt, illuſtri *ALBERTO de BRVNSWICK* dilecto *ſororio* „*noſtro* in feudum duximus concedenda. Si vero heredes reliquerit, volumus tamen, quod

(a) *ANNALES CORBEI.* ad c. a. p. 300. To. II. *Leibn.*
(b) *GERHARDVS* de Henrico Leone p. 434. *MEIBOMIVS Chron. Riddagsh.* p. 446.
(c) *GERHARDVS* l. c.
(d) *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica* p. 328.
(e) *HELMOLDVS Chron. Slav.* L. I. c. 87. p. 612.
(f) *MEIBOMIVS* l. c.
(g) Subſcripſit tum adhuc diplomati, apud *HEINECCIVM* obuio ad a. 1188. p. 186. et *LEVCKFELDIVM* in *Append.* IV. *ad Antiqq. Poldens.* p. 287.
(h) In Diplomate apud *LEVCKFELD.* in *Antiqq. Poldens.* p. 257.
(i) *Wernerus de Lichtenberg* ſubſcripſit anno 1190 litteris Conradi Epiſcopi. *CHRONICON Marienthal.* Meibomii p. 259.
(k) *CHRONICON Stederburg.* ad a. 1166. p. 858.
(l) *BOTHO* ad a. 1260. p. 366. ſq. *KRANZIVS Metrop.* L. VIII. c. 25. *Saxon.* L. VIII. c. 28.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

„quod dicta conceſſio rata permaneat, dummodo hoc de ipſorum heredum proceſſerit „voluntate. In cuius rei teſtimonium preſens exinde conſcribi et ſigillo noſtre Celſi„tudinis iuſſimus communiri. Datum apud Leiden XI Kal. Septembr. Indict. XI. An„no Domini M°. CC°. LIII°.

Detrectauit Gunzelinus idem a Rege Romanorum, quum citaretur ad ipſum, recognoſcere bona vlla, praetexens indubie, ipſa eſſe adnumeranda beneficiariae poſſeſſioni, ab Epiſcopatu Hildeſienſi impetratae. Quare anno 1254 idem Wilhelmus Alberto decernit poſſeſſionem Comitatus Peinenſis, in hunc modum:

„*WILHELMVS* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Nobilibus viris G. Co„miti de Wernigerode et L. de Meinerſen, dilectis fidelibus ſuis, gratiam ſuam „et omne bonum. Cum olim *GVNZELINVS Dapifer de PEINA* propter elatam ſu„perbiam et malitiam obſtinatam pro eo, quod nobis preſtare homagium et fidelitatem „debitam non curauit, omnibus ſuis bonis, que ab Imperio in feudum habuerat, Prin„cipum dictante ſententia, ſit priuatus. nosque bona ipſa illuſtri viro *ALBERTO Duci* „*de BRVNSWICK*, cariſſimo Principi et ſororio noſtro, duxerimus liberalitate Regia „conferenda, fidelitati veſtre committimus auctoritate Regia diſtricte vobis precipiendo „mandantes, quatenus eumdem Principem et ſororium noſtrum in poſſeſſionem bono„rum ipſorum vice noſtra inducere procuretis et defendatis inductum. Vt proinde „deuotionem veſtram merito commendantes, vobis ad ſpeciales gratias ſtrictius oblige„mur. Datum *Beneſſe* XVII Kal. Ian. Indict. XII.

Proximi heredes erant Comites Nobilesve Domini, dicti de Wolfenbuttel. Sed ei ab Ottone IV, Friderico II et Wilhelmo non poterant obtinere, vt poſſeſſionem conſanguineorum ſibi vindicarent. Ne tamen penitus exciderent votis, facti ſunt *miniſteriales* Epiſcopi Hildeſienſis, ac dimidium Comitatum Peinenſem ſumſerunt poſſidendum ex beneficio fiduciario Ioannis Epiſcopi Hildesheimenſis. Ex eo grauiſſimum exarſit bellum, quo Aſſeburgum deletum, et Comites, Peinenſes ac Wolfebuttelani, fracti et ad incitas redacti ſunt a Duce Alberto. Licet vero Comites Wolfebuttelani dimidium Peinae, caſtri ac Comitatus, in feudi loco recepiſſent; repromittere tamen debuerunt Epiſcopo Hildesheimenſi, ſeſe, niſi eidem Epiſcopo, vendituros eſſe nihil vnquam. Repromiſſionis illius charta ſic habet:

„Vniuerſis fidelibus, ad quos hec littera peruenerit, *BVRCHARDVS dictus DE* „*WOLFFEBVTTLE*, et *filii* ſui *BVRCHARDVS*, *ECBERTVS*, et *HERMANNVS* „ſalutem et ſinceram in Domino caritatem. Ad declarandam veritatis ſententiam re„cognoſcimus teſtimonio huius ſcripti, quod nos cum heredibus noſtris iuſtis medie„tatem ciuitatis in *Peyna* et Comiciam a Domino noſtro *IOANNE* reverendo *Epiſcopo* „*Hildesheimenſi* et ab eccleſia *Hildeſem* iure recepimus feodali, ſiue vendere ſiue dimit„tere voluerimus, alii vendere ſiue dimittere non potuerimus, quam Domino noſtro „Ioanni Epiſcopo Hildeſem̃ et eccleſie Hildeneshem̃ vel ſuo vel ſucceſſori. Verum„tamen ſi predictus noſter Ioannes Epiſcopus et eccleſia Hildeneshem̃ partem ſuam ſci„licet medietatem caſtri et ciuitatis in Peina vendere ſiue dimittere decreuerit, nulli „alii, quam nobis, vendent, et nos non remouebimus Dominum noſtrum Ioannem „Epiſcopum vel Eccleſiam Hildeneshem̃ vel etiam ſucceſſorem ſuum de caſtro predi„cto, nec et eidem Epiſcopo vel eccleſie Hildeneshem̃ aut ſucceſſori ſuo de caſtro Hil„deneshem̃ iniuriam inferemus. Vt autem illud alicui non veniat in dubium vel erro„rem, preſens ſcriptum de hoc confectum ſigillo noſtro roborari fecimus ad cautelam. „Actum Hildeneshem̃ anno Domini M°. CC°. LVIII°. IV Kal. Iulii. Pontificatus Domi„ni noſtri Iohannis Venerabilis Epiſcopi Hildeneshemenſis anno primo.“

§. III.

Quum inter haec Comes Peinenſis in dies premeretur a Duce Alberto ac obſidionem grauiter ferret, promiſit, ſeſe venditurum ſua eſſe S. Mariae Hildeshemenſi, aduolanti in conloquium Epiſcopo, dummodo in praeſens liberaretur. Quo facto Epiſcopus in caſtra Ducis profectus magnopere praedicauit ſitum arcis obſeſſae, abundantiam cibariorum et victus ſuppetentem obſeſſis, auxilia Comiti a potentioribus promiſſa. Quis putaret in viros eccleſiaſticos cadere fucos, et mendacia, quippe qui nonniſi de vacui-

 tate

tate a rebus caducis animo inducenda differunt? Paſſus eſt Princeps optimus ſibi imponi, ac obſidione ſoluta occaſionem opportuniſſimam a fortuna datam dimiſit. Vendiderant interim Comes caſtrum ac Comitatum Epiſcopo (l) Iohanni. Quo demortuo Canonici eccleſiae cathedralis elegerunt Ottonem, Ducis Alberti fratrem, qui Peinam ad vitae ſuae annos retinebat, fratrique ſuperſtes tantis munimentis caſtrum Peinenſe cinxit, vt Duces in poſterum iura ſua ſibi adſerere non poſſent. Sic differunt, qui ſtudent (m) partibus Brunſuicenſibus. Aliter ſubducunt rationes, qui Epiſcopo fauent. Nobis id praecipue ſubiungendum videtur, quod Comites Peinenſes vna cum Comitibus Wolfebuttelanis ratione caſtri Wolferbutle et fundorum adiacentium eccleſiae Ganderſemenſi ſacramentum praeſtiterint fiduciarium. Quousque nexus ille ſit continuatus, heic non diſputo. Inſigne Comitatus Peinenſis eſt lupus ſubſiliens inter duas tritici ſeu frugum mergites. Sigillum non vidi. Exſiſtere vnum et alterum Hildeshemii, referunt.

## Caput XXXVII.

## COMITES DE NORDHEIM et BVMENEBVRG.

§.1. *Quid ad tabulam genealogicam ſupra datam adiici debeat.*
§.2. *Tabula ipſa genealogica.*
§.3. *De Sigfrido I et vxoribus duabus.*
§.4. *De Sigfrido II et Bennone, ipſius fratre.*
§.5. *An Henricus et Vdo, CONFRATRES ipſorum in caede patranda, ipſis fraterna conſanguinitate fuerint adiuncti.*
§.6. *Bennonis filius Otto Magnus, Comes Northeimenſis, Dux Bauariae.*
§.7. *Henricus Pinguis, Ottonis filius natu maximus.*
§.8. *Cuno, filius alter, Comes de Beichlingen, vxore gauiſus Cunigunda.*
§.9. *Sigfridus III, filius tertius, eiusque filius Sigfridus IV.*
§.10. *Ottonis filiae.*
§.11. *Cunonis filiae.*
§.12. *Henrici Pinguis poſteritas.*
§.13. *Diploma Cunigundae, vxoris Cunonis.*

§. I.

Quum de Aduocatis eccleſiae Gandershemenſis maioribus agerem, nonnulla adtuli quoque de Comitibus Northemenſibus ac Bomeneburgicis. Cognomen eſt ex villa *Northeim*, quae haud multo ante ducentos hoſce annos muris cingi coepit. Caſtrum *Bomerburg* ſeu *Bomeneburg* fuit haud procul a Northemio ad viam, quae fert Caſtelnburgum eos, qui Hammenſtedii pagum praeteruehuntur. Rudera nuper domicilio venatorio adplicata. Comites ab eccleſia Ganderſemenſi feuda tenuerunt in *Bolshuſen*, *Hammenſtede* alibique. Northemium praeterea exſtat ad Smalcaldiam, ac in *Grapfelde*, de quo in *Traditionibus Fuldenſibus* crebra recurrit mentio. Vltra Sigfridum I adſcendi nondum potuit. Is ex Mechtilde genuit Sigfridum II et Bennonem. Ethelinda fuit eorum nouerca. Bennonis vxorem fuiſſe *Eliciam*, tradunt Veteres. Notaui praeterea vnum et alterum, quod ſupra diligentiam meam effugit, in primis poſteaquam euoluere licuit *Mantiſſam diplomatum* ac doctiſſimas adnotationes, ſtudio Chriſtiani Gottlibii Schwartzii collectas, To. III. Menckenii. Quarta enim tabula genealogica, ibi adlata, ſtirpem veterum Comitum de Nordheim et de Beichlingen p. 1129. ſqq. complectitur.

§. II.

(l) Chronicon Hildesheimenſe p. 753. To. I. Leibn. *BVNTINGIVS Chron.* p. 240.
(m) *GOEBELIVS*, Baro, in Diſſ. de Iure domus Brunsuicenſis in Comitatum Peinenſem.

## §. II.
# Tabula genealogica elaboratior:

*SIGFRIDVS* I Comes Northeimenſis † 1002
Vx. 1) *Mechtildis* Comitiſſa 2) *Ethilinda*.

1. *SIGFRIDVS* II C. North.

1. *BENNO* C. North. Vx. Eilica.

*OTTO* M. Dux Bauariae et Comes North. ac Bomeneburg. † 1083. 3 Id. Ian. Vx. *Richenza*, vidua Hermanni C. Werlenſis.

*HENRICVS pinguis* C. North. et Marchio Friſiae † 1101. Vx. *Gertrudis* filia Egberti I Marchionis Saxoniae ac Thuringiae † 1117.

- *Otto* C.
- *RICHENZA* † 1141. vx. Lotharii Imp.
- *Gertrudis* Vx. Sigfridi C. Palatini ad Renum.

*CVNO* C. de *Beichlingen* † 1103. Vx. *Cunigunda*, filia Ottonis C. Orlamundani.

*SIGFRIDVS* III C. de Boehmerburg † 1123.

- *SIGFRIDVS* IV C. de Bohmerburg † 1144.

*IDA* Vx. Thimonis C. e tribu Butici.

- *Conradus* III. C. Wettin. et March. Miſn. † 1156. Vx. Lucarda † 1146.
- *Dedo* V † 1124 Vx. Bertha, filia Viperti II. C. de Groiz.
- *Mathildis*, vx. 1) Geronis 2) Ludouici, Comitum Bauariae.

*Filia* N.N. vxor Conradi C. de Arnsberg.

- Fridericus C. de Arnsberg.

*ETHELINDA*, Vx. 1) Welfi Ducis Bavariae 2) Hermanni de Caverla C. Weſtphal.

*Filia N. N.* abducta ab homine ignobili.

*Filia* N. N. vxor Henrici C. de Zutphania.

*Filia* N. N. Vx. Wilhelmi, C. de Licelenburg.

*Adela* Vx. 1) Thiderici de Catelnburg 2) Hilperici C. de Ploezke † 1118.

*Cunigunda* Vx. Wiperti III. C. Groitzenſis.

2. *Irmingarda* Abbatiſſa Heckling.

2. *Mechtildis* Comitiſſa.

2. *Conradus* C. Plocenſis et Marchio Septentr. † 1133.

2. *Bernhardus* C. Plocenſis † 1147.

## §. III.

*SIGFRIDVS* ſenior in matrimonio habuit *Machtildem*, ex qua Sigfridus et Benno fuerunt procreati. *ANNALISTA SAXO* ad a. 1083. p. 563. *Otto de Northeim, vir prudens et nobilis, Dux quondam Bauariae, ſed per Henricum Regem iniuſte deiectus, defunctus eſt III Idus Ianuar. Huius auus fuit Sigefridus, Comes de Northeim, qui genuit ex Comitiſſa Machtilde Sigefridum, interfectorem magni illius Ekkehardi, Marchionis, et Bennonem, qui ex Comitiſſa Eilica genuit hunc, de quo loquimur, Ottonem. Reliquit et ipſe filias, quos ei Richeza ductrix genuit.* Alteram Sigfridi vxorem diſcimus ex loco *DITMARI*, (a) vbi de caede Ekkehardi Marchionis haec leguntur: *Cum ad Northeim, Sigefridi Comitis curtem, veniret, diligenter ſuſceptus eſt, atque, vt ibi pernoctare vellet, rogatur. Intimauerat huic occulte Domina Ethelind, Comitiſſa, quod Sigefridus et Benno, ſenioris ſuimet* (mariti) *filii, confratribus Henrico et Vdone, aliisque conſpiratoribus ſuis, de nece ſua poſitis tractarent inſidiis.* Caedem eidem intulerunt, ex compoſito, Marchioni aggreſſores illi quatuor in coenobio *Polithe*, anno 1002, vti ex Annaliſta Saxone (b) aliisque ſcriptoribus (c) pateſcit. Ekkehardus enim, regnandi ſtudioſus, Ottoni III demortuo ſuccedere adniſus fuerat. At Berwardus, Epiſcopus Hildeſienſis, praeceptor quondam Henrici II Ducis Bauariae, diſcipulo magis fauebat quam Ekkehardo. Quare in comitiis Paderbornenſibus Ekkehardum Henrico poſtpoſuit, (d) ac, ſi coniecturae locus, percuſſores in Ekkehardum immiſit. Sigfridum Comitem anno 1004 obiiſſe, ex Necrologio Fuldenſi conſtat. Ethelindam exſtitiſſe Sigfridi II ac Bennonis nouercam, ex Annaliſta Saxone iam comprobatum. Idem ex eo quoque perſpici quodammodo poteſt, quod Ethelinda abhorruerit ab vtriusque cruentis conſiliis. An Sigfridus ſenior diſſenſioni ac ſeditioni (e) Heze-

(a) Annal. L. V. p. 366. To. I. Leibn.
(b) Ad a. 1002. p. 380.
(c) *NECROLOGIVM FVLDENSE* ad e. a. p. 766. To. III. Leibn.
(d) *DITMARVS* l. c. p. 365.
(e) *ADELBOLDVS* in Vita *Henrici Sancti* §. 26. p. 437.

Hezelonis, Erneſtionis ac Brunonis, in Henricum II recens electum ſuſceptae, fuerit reus; an vero Sigfridus iunior intelligendus ſit, haereo. Quodſi expendimus, factionem illam ſub initio (*) regni Henriciani exſtitiſſe, ſiquidem Comes Brunſuicenſis Bruno diademati regali imminebat; ſit veroſimile, Sigfridum ſeniorem in conſilii tumultuoſi partem veniſſe.

§. IV.

Sigfridus vero II coepta patris conſilia adiuuit, armisque correptis potentiam Henrici II imminutum iuit. At quum vidiſſet, ſocios et federatos ad Regem deficere, calculum reduxit, et, conſiliis ſuis abiectis, veniam errati ab Henrico II (f) Rege impetrauit. Ipſe adſtitit a. 1018 Gandersheimii teſtis, quum Comes Sigebodo octoginta et tres libras argenti heic exſoluere deberet. (g) Ipſum anno 1025 obiiſſe, ex *Necrologio Fuldenſi* (**) conligimus, in quo ad eum annum legitur: *Sigefridus Comes.* Benno frater fuit caedis, a. 1002 in Ekkehardum admiſſae, ſocius. Dicitur ab Annaliſta Saxone (h) *Benno de Northeim.* Ipſi fuiſſe vxorem *Eilicam*, ex eodem (§. 3.) euicimus. Cuias illa fuerit, nondum liquet. Bennonem Comitem aliquoties videmus apud *Auctorem S. Meiwerci* commemorari. Benno, Bennith, et Benedictus haud differunt. Meinwercus Epiſcopus de beneficio, ab Addila matre eccleſiae Paderbornenſi conceſſo, legem conſtituit, praeſentibus Sifrido, Vdone et Bennone Comitibus. (i) Idem interfuit a. 1024 reconciliationi, quam inierunt Meinwercus Epiſcopus Paderbornenſis et Thietmarus, frater Ducis Saxoniae Bernhardi, de Abbatia Helmwardeshuſana. (k) Adſtiterunt ei pacificatores *Sigfridus*, *Herimannus* de Weſtfalia, et *Amalungus* Comites. Sigfridus ille dicitur *avunculus Thietmari.* Ergo Sigfridi mater fuit ſoror Thietmari. Si Sigfridus, Bennonis frater, intelligitur; tum Mathilda fuit Bernhardi I, Ducis Saxoniae, filia. At plura adhuc requiruntur, antequam hoc in loco veritatis reputari poſſit. Idem Hermannus ac idem Benno cum Vdone interfuerunt confirmandae cuidam donationi ſacrae, quam Subdiaconus quidam eccleſiae Paderbornenſi contulit. (l) Tractus *Auga* ad Comitatum Bennonis olim referebatur. (m) Eſt ille tractus praeſto ad amnem *Aue*, haud procul a Northemio. Villa *Wirieſi*, in qua ſitum fuerat praedium, quod *Bennaka* donauit eccleſiae Paderbornenſi, iam vocatur *Wiershuſen.* *Augawi* fuit Comitatus, quem Henricus II Abbatiſſae Gandershemenſi donauit. Quare hinc facile pateſcit, Comitatum illum Bennoni in feudum ab eccleſia Gandershemenſi fuiſſe traditum. Autor tamen vitae Meinwerci haud obſcure indicat, partem huius Comitatus ceſſiſſe eccleſiae Paderbornenſi, qui deinde dictus fuerit *Comitatus* in *Immedishuſon.* Ad eum referebantur loca *Surathveld*, (lego: Scarthveld) *Sinuthveld*, *Almunga*, (lego: Aluunga) *Treveresga*, et *Burclaun.* Ex eo Comitatu deinde adpellati ſunt eccleſiae Paderbornenſis *miniſteriales de Immedishuſen*, qui illum adminiſtrabant Comitatum. *Geroldus de Immenhuſen* clam rapuit Rikenzam, ſororem Epiſcopi Hildeshemenſis Vdonis, filiamque Comitis *Elle*, de Gleichen et Reinhauſen dicti: ac per eam inſignia obtinuit praedia. (n) Dodico de Wartberge Comes ei Comitatui Immedeshuſano, ni *Augau*, praefuerat. At eo mortuo *Bern* et *Sigebodo* fratres, Comites, ac Dodiconi cognatione iuncti, interceſſerunt, quo minus Comitatus Immedeshuſen Epiſcopo Paderbornenſi eiusque miniſteriali, Ludolfo Comiti, cederet. Facile conſenſit Abbatiſſa, indubie eo quod aliis acceptis praediis eccleſiae ſuae conſuluerat. Imperator litigantes euocauit ad concilium, in *Erminſwertha* haud procul a Caſſellis celebratum. Fratribus conquerentibus ibi fuit factum ſatis, pecunia partim data, partim promiſſa. Promiſſam Meinwercus pecuniam Gandersheimii, exſoluendam curauit in concilio, cui interfuerunt Advocatus Abbatiſſae *Rainwardus*, et Vdo,

Benno

(*) *ANNALES HILDESH.* ad a. 1003. p. 722. commemorant conſpirationem ſeditioſam, ac *Brunonem* vocant *Regis fratrem.*
(f) *DITMARVS Annal.* L. V. p. 373.
(g) *AVTOR Vitae S. Meinwerci* §. 59. p. 547. et §. 72. p. 551. To. I. Leibn.
(**) *ANNALES HILDESH.* ad a. 1037. *Sigfridus Comes et - - obierunt.*
(h) Ad a. 1057. p. 490.
(i) *AVTOR vitae S. Meinewerci* §. 92. p. 557.
(k) *IDEM* §. 91. p. 557.
(l) Ibidem §. 32. n. 5. p. 518.
(m) Ibidem §. 32. n. 45. p. 534.
(n) *REINHARDVS* Abbas in Opuſculo p. 703. To. I. Leibn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Benno ac Sifridus Comites. (o) Hi enim erant proximi. Vdo incolebat *Catlenburgum*, et Comitatum tenebat per *Liſga*, qui loca prope Oſterodam et inſignem Herciniae partem complectebatur. *Scartfelda* paullo poſt rediit ad Imperatorem, porro ad Archiepiſcopum Magdeburgicum, et ab eo rurſus a. 1130 ad Regem Germaniae Lotharium. Suſpicatus fui ſaepius, *Bennonem* condidiſſe caſtellum *Bennoneburgum*, quod dictum fuit poſtea *Bomeneborg*, (*) *Bomenborg*, *Bomerborg*. Ante eius aetatem certe vox ipſa videtur fuiſſe incognita, nimirum apud ſcriptores eiusdem tempeſtatis.

§. V.

Ditmarus Henricum et Vdonem vocat *confratres*, ſociosque caedis in Ekkehardum, Marchionem Thuringiae, commiſſae, et ea adpellatione multos in errorem deduxit, inde ratos, *confratrem* a fratre vterino vel germano haud differre. At *ANNALISTA SAXO* docet perſpicue, confratres illos exſtitiſſe nonniſi ſocios et federatos. Ipſe enim ſic memoriae (p) prodidit: *Pollebat his temporibus in Saxonia OTTO, Dux de Northeim, genere Saxo: Dux autem Bauariae; vir ampliſſimae nobilitatis, FILIVS BENNONIS de NORTHEIM, cuius frater, nomine Sigefridus, cum Henrico et Vdone, fratribus de Catelenburch, Ekkihardum Marchionem, Guntharii filium, interfecit.* CHRONICON aliud parricidas vocat Sigfridum ac Bennonem Comitemque *Theodoricum de Katelingeborch.* (q) Fit veriſimile, auctorem Chronici aut patrem filiis ſubſtituiſſe, aut Theodoricum quemdam iuniorem pro certo poſuiſſe, quoniam nomina vera proferre non valebat. De Vdone adtuli iamiam vnum et alterum. (§. 4.) De Henrico nil praeterea, dignum memoratu, mihi occurrit.

§. VI.

Ottonem Sigfrido II ex ſententia communi adnumerari ſubiicique pro filio, pateſcit ex ſcriptis recentiorum hiſtoricis. *AVTOR Chronici veteris Ducum Brunſuicenſium* (r) Ottonis patrem definire auſus non fuit. Accipe eius verba: *Gerdrudis nupſit Comiti Hinrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northeym, Ducis quondam Saxoniae, et erat de progenie Sifridi, Comitis de Benneborch: cuius filii Ekkehardum Marchionem in Polede occiderunt.* At *ANNALISTA SAXO* dubitationem ſuſtulit, et dilucide ſatis oſtendit, Ottonem (s) ex Bennone, Sigfridi II fratre, fuiſſe progenitum. (§. 5.) Succurrit de Ottonis virtute bellica locus *ANONYMI SAXONIS* p. 90. ſq. To. III. Menck. quem huc transferre a propoſito haud erit alienum. En illum: *Rex* (Henricus IV) *et Saxones conuenerunt in Nagelſtede et fecerunt treugas et treugis ſtantibus Rex cum impetu ſe - - ſuper incautos Saxones repente irruit, ibique bellum Saxonibus inſperatum, maximum tamen, fuit. Saxones ita fugati ſunt. Hoc eſt bellum, quod narratur accidiſſe in Naghelſtede. Saxones igitur, reſumptis poſtea viribus, contra Regem quatuor vicibus triumpharunt. Tunc Henricus Buggonem* (Epiſcopum) *Halberſtadenſem comprehendit atque ab eo duas vrbes extorquere voluit. Sed ille auxilio DVCIS SAXONIAE liberatus fuit. Rex igitur cum eodem Duce Ottone bellum diuturnum habuit, et incendiis et in depraedationibus multis ipſum vaſtauit. Ad curiale illum quoque citauit colloquium et tandem per ſententiam abiudicauit illi terram ſuam. Hic eſt probus et famoſus ille Dux OTTO, qui auus Rikenzae Imperatricis exſtitit, qui etiam clauſtrum Nordheym, vbi ſepultus eſt, conſtruxit. Porro Henricus Rex terram Bawariae Duci Welponi contulit.* Annum emortualem Ottonis eiusque vxorem Rikezam diſcimus ex teſtimonio *ANNALISTAE SAXONIS*, quod paullo ante (§. 3.) dedi. Idem *ANNALISTA* ad a. 1082. p. 562. *Rodulphus Comes natus de Weſtphalia, ex loco, qui dicitur Werla - - genuit filium, nomine Herimannum, qui duxit Richenzam, genuitque ex illa praedictam Odam*, vxorem Vdonis ſenioris, Marchionis Saxoniae, - - *Matrem autem praedictae Odae, poſt obitum Comitis Herimanni, duxerat vxorem Otto de Northeim, quondam Dux*

(o) *AVTOR vitae S. Meinwerci* §. 71. 72. p. 550. 551.

(*) *Fridericus ZOLLMANNVS* nuper publi i iuris tabulam geographicam, qua Ducatum Saxoniae ſuperioris, prout ipſius conditio fuit ab anno 1000 ad annum 1400, complectitur, fecit. In ea Comitatus Bomeneburgi us circa Eſchwegam ad flumen Werram locatur, additis caſtellis Bomeneburgo et Berneburgo. Vtinam in *obſeruationibus diplomatibus*, quas Autor promiſit, haec deducantur ad liquidum.

(p) Ad a. 1057. p. 490.

(q) *CHRONICON vetus Ducum Brunſuicenſium* p. 14. To. II. Leibn. *ENGELHVSIVS in Chronico* ad a. 1057. p. 1088. ibid.

(r) To. II. Leibn. p. 16.

(s) Hinc corrigendae ſunt tabulae, quas ſupra dedi.

*Dux; genuitque ex ea praeclariſſimos viros, Henricum Craſſum Comitem, patrem Richinzae Imperatricis, et Gertrutis, Palatinae Comitiſſae: et Comitem Sigfridum de Bommeneburg, et Cononem, Comitem de Bichlinge: et tres filias; ex quibus vnam, nomine Ethelindam, accepit Welpho, Dux Bavariae; et, poſtquam eam repudiauit, duxit eam Herimannus, Comes de Calverla. genuitque illi Herimannum Comitem. Tertiam vero duxit Conradus, Comes de Arnsberge, genuitque ex ea Fridericum Comitem.* Eadem fere habet *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1111. p. 282. praeterquam quod Ottoni tribuit *Odam*, ex concubina ab ipſo genitam, ac ſecundam filiam adpellat *Idam*, nuptam Thimoni, Comiti Wettinenſi, quae pepererit Dedonem Comitem et Conradum Marchionem. Eamdem commemorari intelligimus in *Appendice Chronici Montis ſereni*, vbi adiungitur quoque Idae filia *Mathildis*, quam Gero, Comes de Bauaria, acceperit vxorem, ac ex ea genuerit Wichmannum, Archiepiſcopum poſthaec Magdeburgenſem ac Conradum; et, Gerone exſtincto, Ludewicus, Comes de Bavaria.

§. VII.

*HENRICVS*, a corpore obeſo *Craſſus* ac *Pinguis* cognominatus, Ottonis ex Richenza filius fuit natu maximus. Patet id ex *Alberto Stadenſi* pag. 246. et *Annaliſta Saxone* ad a. 1082. p. 562. aliisque. Idem *ANNALISTA* ad a. 1101. *Henricus Craſſus, potentiſſimus Comes Saxoniae, Marchiam Freſiae ab Imperatore in beneficium ſuscepit: qui profectus in Freſiam - - vulneratur a nautis ſimul et ſuffocatur. Vxor autem ipſius GERTRVDIS, ſoror* (t) *Ecberti, Marchionis iunioris, vix evaſit. Habuit autem duas filias, RICHENZAM, poſtea Imperatricem, et Gertrudem, Palatinam Comitiſſam. Huius tanti viri, vtpote Ottonis de Northeim, potentiſſimi quondam Bavariae Ducis, filii, qui nimirum totius Saxoniae principatum ſecundus ab Rege gerebat, interitus ab vniuerſo regno Teutonico grauiter ferebatur.* Plura loca congeſſi p. 163. ſq. Epitaphium Henrico in coenobio Burſfeldenſi, in quo ſepultus eſt, ſcriptum inciſumque ſic habet:

ANNO MCI. IV IDVS APRIL. SEPVLTVS
EST HIC GENEROSVS COMES HENRICVS FILIVS
OTTONIS DVCIS FVNDATOR HVIVS COENOBII.

Conradus Vrſpergenſis mortem eius refert ad annum 1103; Chronographus Saxo ad annum 1102. Sed epitaphio, Annalibus Hildesheimenſibus, et Alberto Stadenſi potior eſt fides.

§. VIII.

De Conone adtulimus iam nonnulla p. 165. ſq. Addemus paucula. *ANNALISTA SAXO* ad a. 1103. p. 599. *Cono, frater Henrici Craſſi, vnus ex ſummis Principibus, et cui nihil ſupra in omni rerum humanarum dignitate - - interimitur. Habuit vxorem, nomine Cunigundam, filiam Ottonis, Comitis de Orlagemunde. Haec primum nupſerat Regi de Ruzia; quo defuncto, reuerſa in patriam, nupſit huic Cononi: filiam autem eius, quam habuit ex Rege Ruzorum, quidam de Principibus Thuringorum, Gunterus nomine, accepit, genuitque ex illa Sizonem Comitem. Genuit poſthaec ex Conone Comite quatuor filias: ex quibus vnam accepit Henricus, Comes de Siutphe: alteram Wilhelmus, Comes de Licelenburch; tertiam, quae Adela dicebatur, Thidericus, Comes de Katelenburch; ſed illo defuncto Helpericus de Plozeke duxit eam, peperitque illi Conradum et Bernhardum. Quarta, Cunigunda nominata, ſicut mater, nupſit Wiperto juniori; quo defuncto, accepit eam Theippoldus, Marchio de Bavaria. Senior autem Wipertus, deſponſauit matrem illarum tertius.* Duxit ipſam a. 1110 Wigbertus loco tertio, ac Cunegundae filiam, Cunegundam, filio ſuo Wigberto III Comiti Groizenſi nuptum collocauit, teſtibus *Auctore vitae Viperti* c. 9. et *Chronico Bigaugienſi* ad annum 1110. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1103 refert, necem Cononi a percuſſoribus fuiſſe inlatam. Cunegundae diploma quoddam calci ſubnectam.

§. IX.

Sifridus, Comes de Bonmeneburg, tertius fuit filius Ottonis. (u) Annaliſtae Saxonis locum dedimus ſupra (§. 6.) Obiit ipſe anno 1123. Volcmarum, Abbatem Corbeienſem, qui vocatur *nobilis Dominus de Bomeneborg*, fuiſſe huius Sigfridi filium, ſuſpicatus ſum p. 167. neſcio an ſatis accurate. Nam Comites Bomeneburgenſes a nobilibus Dominis fortaſſis differunt. Nec tamen negari poteſt, Comites nonnunquam dici ea aetate nobiles Dominos. Vxor Sigfridi latet. Filius Sigfridus haud eſt obſcurus,

(t) Vbi de Comitibus Catelnburgicis diſſerui, oſtendi ſimul, Gertrudem nupſiſſe primo Thiderico ſeniori Comiti Catelnburgico, dein huic Henrico, et tandem Henrico, Marchioni Ilenburgenſi.

(u) *ALBERTVS Stadenſis* p. 246.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rus, de quo nonnulla produxi p. 166. 167. Ipſe anno 1141 priuilegio et confirmatione bonorum praemuniuit coenobium Northeimenſe, ab Ottone auo conſtructum. Diploma ad eum annum dedi in Vitis Abbatiſſarum. Obiit a. 1144, teſtibus Chronographo Saxone, et Chronico montis ſereni ad eum annum. Condidit et inſtituit ipſe coenobium Amelunxbornenſe. Ab ipſo Domini Homburgenſes nequaquam deſcendunt. Etenim ipſe ſuae proſapiae ſupremus et vltimus exſtitit.

§. X.

Ottonis filias ex *Annaliſta Saxone* iam recenſui. (§. 6.) *ALBERTVS* Stadenſis p. 247. de Ottone: *Habuit etiam quatuor filias, quarum vna fuit mater Conradi de Wittin, Marchionis: ſecunda mater Frederici, Comitis de Arnsberch. - - Tertia fuit vxor Hermanni de Calvela, quae genuit Ottonem et Henricum, Comites de Rauenesberch. Quartam deduxit quidam ſeruus.* De tertia diſtinctius commentatur *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1111. p. 282. *Vnam, nomine Ethilindam, accepit Welfus, Dux Bavariae, et poſtquam illam repudiauit, duxit eam Harmannus de Calverla, genuitque ex illa Hermannum Comitem.*

§. XI.

Filias Cunonis, Comitis Beichlingenſis, in §. 8. iamiam enumeraui. Neptes eius ex filia Adela haſce recenſitas vides in *Hiſtoria fundationis monaſterii Hachlingenſis.* (x) In ea ita legitur: *Poſthaec Helpericus Comes duxit Comitiſſam Adelam, et genuit ex ea duos filios, Bernardum et Cunradum, cuius nomen eſt de Saſſenblome* (i. e. flos Saxonum) et *duas filias, Irmengardam Abbatiſſam et Mechtildem Comitiſſam.*

§. XII.

Henricus Pinguis ex Gertrude Brunſuicenſi procreauit Ottonem Comitem, Richenzam Lothario Imperatori nuptam, et Gertrudem. *AVTOR relationis de S. Autore et translatione reliquiarum eius in regionem Brunſuicenſem* (y) ſic inter alia habet: *Gertrudis, - - relicta Comitis Henrici de Nordheim, qui et Pinguis dicebatur, mater nobilis Ottonis, et Rixae - - et Gertrudis Palatinae Comitiſſae - - die noctuque meditabatur baſilicam conſtruere.* Addunt Genealogiſtae recentiores Hermannum, Epiſcopum Colonienſem, quos temere ſecutus fui p. 163. Quomodo enim huc quadraret Hermannus ille, cognomento Diues, quippe qui iam a. 1089 (z) dignitate fungi coepit eccleſiaſtica? Ipſe Lotharius Imperator in litteris, a. 1134 pro manaſterio *S.* Aegidii Brunſuicenſi datis, vxorem ſuam vocat Rikenzam, eique ex matre Gertrude fratrem Ottonem et ſororem *Gertrudem*, Comitiſſam Palatinam *ad Rhenum* adiungit. (aa) Otto obiit admodum puer. Gertrudis Comitiſſae Palatinae maritum *BOTHO* adpellat *Conradum, Comitem Palatinum ad Rhenum.* Mire heic olim fluctuabar. Sed Sigfridum eum fuiſſe vocandum, iam ex teſtimonio locupletiſſimo oſtendi. Sigefridus hic fuit filius Hermanni, Comitis Lucemburgico-Salmenſis, ex Adelheida, Ottonis Orlamundani filia, procreatus. (bb) Henricus, Comes Palàtinus Rheni, et de Lacu *Sigfridum* vocat *priuignum* ſuum a. 1093. (cc) Cur Sigfridum hunc omiſerit I. D. *KOLERVS*, vir peritiſſimus, in *tabula 2 genealogica familiae Auguſtae Lucemburgenſis*, cauſſam non intelligo. Ven. *SCHANNATVS* (dd) produxit praeceptum Henrici IV Imperatoris, a. 1111 coenobio Reinhartsbornenſi datum. In eo dilucide haec ſunt obuia: *Nec non erga Palatinum Comitem Sigifridum eiusque coniugem Gertrudem - -* De Richenza, Lotharii vxore, alibi fuſius dictum.

§. XIII.

Non alienum erit a propoſito, heic cum lectore diploma Cunegundae communicare, quod a ven. Rehtmeiero accepi. En illud:

Ego *CVNEGVNDIS de Bichelinge*, famulorum Chriſti famula, notum facio tam" futuri quam preſentis eui fidelibus, quomodo et in quibus *monaſterium in Northeim* per" *Ottonem* diue memorie *Saxonicum Ducem* fundatum et in honore S. Dei genetricis et" S."

(x) Apud *BECMANNVM Hiſtor. Anhalt.* To. III. p. 144.
(y) Pag. 701. To. I. Leibn.
(z) *CHRONICON magnum Belgicum* p. 143. To. III. Piſtor. ed. Struv.
(aa) Ven. *REHTMEIER* To. I. *Antiqq. Brunsuic. eccles.* in Addit. p. 32. I. G. *ECCARDVS* in *Originibus Anhaltinis* p. 559.
(bb) *IOANNIS* in *Append. I. ad Parei Hiſtoriam Palatinam* p. 429.
(cc) *TOLNERI Cod. Palat. dipl.* n. XXXVII. p. 32.
(dd) *Vindem. litterar.* p. 112.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„S. Blaſii pretioſi Martiris conſecratum. noſtra augmentatione nouella plantatio adoleuerit. ſiquid pro anime noſtre omniumque ad ſimile opus intendentium remedio. „fratrumque in eodem loco Deo fideliter ſeruientium ſuſtentatione. portionem quan„dam de hereditate noſtra. quartam uidelicet partem illius uille cum familiis et man„cipiis et omnibus utilitatibus. que in predicto termino uel in preſentiarum continen„tur. uel in poſterum conſequi et in melius reformari uel elaborari poterunt. in agris. „pratis. aquis. aquarumque decurſibus. ſiluis cultis et incultis. mobilibus et immobilibus „eidem monaſterio fideliter obtulimus. quatinns in eodem loco fratres Deo ſeruien„tes pro noſtra et prolis noſtre ſalute propenſius libeat diuinam implorare clementiam. „Et ut hec noſtra oblatio firma eis conſeruetur. nec aliquis in poſterum amouere aut „infringere. ſiue in beneficium dare conetur. hoc teſtamentum ſigillo ſanctiſſimi et a„mantiſſimi patroni noſtri Lamberti roboratum, et heredum noſtroum ſubſcriptione. „teſtium etiam probabilium annotatione firmatum. eiusdem iudicium omni poſteritati „ei dedimus. Quod ſi quisquam. in Deum manus extendens. hoc infringere tempta„uerit. coram omnipotentia diuine maieſtatis in die ire furoris Domini rationem inde „reddat. et pro eo. quod nos Deo uiuimus. qui illud uiolauerit. diuino iudicio ſe „damnandum ſentiat.

„Ego *Adela* materne uoluntati in omnibus conſenſi et confirmaui.
„Et ego *Cunigundis Marchia* in omnibus voluntati materne conſenſi et confirmaui.
„Ego *Mathildis* materne voluntati conſenſi et confirmaui.

„Teſtes hii ſunt. *Wikbertus Marchio.* Reniboldus aduocatus. Iohannes de „*Priſendorp.* Chriſtianus pincerna. Adelhardus. Volradus. Theodericus. „Ludolfus diſpenſator. *Sigebodo* et alii quamplures.

„Actum in *Northeim* anno incarnationis M°. C°. XVII°. Indictione X regnante „*Sereniſſimo* Imperatore Henrico quinto. preſidente Moguntine ſedi Adelberto „Archiepiſcopo.“

## Caput XXXVIII.

## ad COMITES PIRMONTANOS

### Diplomata duo.

1. Wy *Hinrick unde Mauricius Greven to PYRMONT* (*a*) bekennen vor uns unde vor unſe Erven, dat wy umme bede willen, *tylen van Halle* unſes belenden mannes Hern Hinricke van eynem Preſtere unde deme de duſen Breff myt ſünem willen hefft, bekennen an der halff hundert Gulden rinſches Goldes gude noch van Golde, unde ſwar noch van wichte, *an dren Hoyven Landes to Yppennſen* myt eynen halven ſteynwercke unde Köthoven alze de ghelegen ſint in dorpe. in velde. in Holte. in Watere. unde in weyde. unde myt aller thobehoringe de Hermen van eynem Heren Hinrickes Broder van Tylen van Halle, to lene hefft unde des ock unſen Breff hefft. duſes Gudes unde Goldes ſint wy unde willet dyſer eyr benometen Herren Hinrick unde wey duſen Breff myt ſynen willen hedde, heren unde weren weſen, wän ön des not iſſ unde van uns gherſſchet. des to bekantniſſe hebbe wy unſe ingeſegelle an duſen Breff laten hengen. Datum Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, ipſo die Mathiae apoſtoli;

2. *GODESCALCVS Comes de Pirremunt* donat coenobio Lammeſpringenſi tres manſos in Ammenhuſen, conſentientibus vxore *Cunegunda*, filiis *Godeſcalco* et *Hermanno*, filiabus *Cunegunda*, *Gerburge* et *Lutgarda*. Actum et datum anno 1239 Indict. X. in Lutha.

*BARONES* de *PLESSE* heic videbantur inſerendi. Sed meliora fere non noui eis, quae adtulerunt Iohannes Letznerus et Ioachimus Meierus in *Antiquitatibus Pleſſenſibus*. Quae emendanda videbantur, praecipue circa aeuum vetuſtius, ea patent ex ge-

(a) Nomen indubie Comitatui et Comitibus adhaeſit ex fluvio *Viermont*, qui oppidulum *Lüd* ſtringit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

genealogica (*) tabula, quam in *Vita Abbatiſſae Margaretae* I, quae circa finem ſaeculi tertii et decimi floruit, protuli. Bona, quae ab eccleſia Ganderſemenſi poſſederunt Domini Pleſſenſes, ſigillatim quondam perſcripta non ſunt. Pateſcit tamen ex nonnullis ſchedis, ipſos recognouiſſe ab Abbatiſſis decimam Hammenſtedenſem, quam nunc Hardenbergii poſſident, aduocatiam Angerſteinenſem, manſos nonnullos iuxta Huckelhem et Hollenſtede ſitos, cum loci poſterioris aduocatia. Sigilla et inſigne gentilitium innoteſcunt ex tabulis noſtris adiectis.

## CAPVT XXXIX.
## COMITES DE POPPENBVRG.

Synopſis. §. 1. *Schema genealogicum.*
§. 2. *Recenſio breuis genealogica.*
§. 3. *Poppenburgum ſit ditionis Hildeſienſis.*
§. 4. *Sigillum et inſigne fuerunt roſae.*

### §. I.

*Poppenburgum*, haud procul a fluuio Leina ad oppidulum *Elze* poſitum, a *Poppone* quodam Sueuici generis dicitur exſtructum. Origo ineunti ſaeculo duodecimo hac ratione eſt adtribuenda. Comites ipſi ab Hallermundanis deſcendiſſe, coniectare licet ex inſigni gentilitio genti vtrique communi, quod *roſas* praefert. De genealogia bene meruit *HEINECCIVS.* Suppeditarunt tamen ſcripta et monumenta veterum nonnullas mihi acceſſiones. quare pleniorem heic exhibeo tabulam, quam ex Diplomatibus p. 718. adlatis videbis mirum in modum comprobari.

*
*POPPO*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Be-cka, | Beriggerus ſeu Beringerus Praepos. S. Crucis Hildesh. 1148. 1160. 1178. | Fridericus. 1144. 1166. 1178. | | Bernhardus 1169. 1178. | Henricus | Beriggerus |
| | | Bernhardus 1178. 1169. teſtis in Dipl. Henrici Leonis. | Conradus 1178. 1191. | *Fridericus.* 1178. | *Albertus* 1178. comes Henrici Leonis in itinere Hieroſolymitano. *Arnold. Lubec.* L. III c. 36. | Iohannes 1178. 1191. 1195. Canonicus eccleſiae maioris Hildesh. |
| | | | | *Fridericus* 1209. 1210. 1214. 1217. | | |
| | | | | *Witekindus* 1230. 1243. | Mechtildis Abb. S. Mariae Gand. 1264. | Oda ſanctimonialis S. Mariae 1264. |
| | | | | *Adelbertus.* Vx. Oda de Hohenbuchen, obit ſine prole 1319. | | |

Hinc nonnulla ſunt emendanda in *HEINECCIO*, cuius *ſtemmatologiam* p. 202. adpoſui.

### §. II.

De Poppone, Comitum progenitore, nil inueni memoriae proditum. *Beringerus* Praepoſitus fuit collegii Canonicorum S. Crucis, quod floret Hildeshemii. *Fridericus* deprehenditur teſtis in Diplomatibus. (a) *Albertus* ſubſcripſit chartae Dithmari, Epiſcopi Mindenſis; (b) *Iohannes* corroborauit tabulam Bernonis Epiſcopi Hildesheimenſis, quo priuilegia et bona coenobii Stederburgenſis ſunt confirmata, (c) anno 1191. *Fridericus*

(*) Supra p. 772. ſq.
(a) *HEINECCII Antiqq. Goslar.* p. 168. 176.
(b) *LERBECCIVS* in *Chronico Mindenſi* p. 180. To. II. Leibn.
(c) *CHRONICON Stederburgenſe* p. 864.

*cus* II Diplomatibus ſubſcripſit annis 1209, et 1217. (d) Exſtitit iam anno 1170 Comes Poppenburgenſis, qui feſta Viti die fratribus Corbeienſibus duos manſos ad reficiendum ſeſe a laboribus dedit. (e) Witekindus anno 1243 dotauit coenobium VVulfingshuſenſe. Anno 1230 donauerat coenobio Lamſpringenſi bona nonnulla. Diploma adlatum eſt in Vitis Abbatiſſarum ſupra expoſitis. Tenebat idem a Comitibus, opinor, Peinenſibus caſtrum et cometiam in Peine. Vtrumque ab eo emit Otto, Epiſcopus XXXI Hildesheimenſis. (f) Adelbertus improlis deceſſit et ita reliquit Comitatum ſuum Epiſcopatui Hildeshemenſi. (g) *Iohannes de Poppenburg* Canonicus fuit Hildeſemenſis a. 1191 et tunc cum Conrado Comite fuit teſtis in Bernonis, Epiſcopi Hildeshemenſis, diplomate.

## §. III.

Curiam in Poppenburg iam poſſedit Epiſcopus Hildeſienſis Ethylo, qui anno 1078 obiit. (h) Sigfridus Epiſcopus emit partem caſtri 200 argenti libris et minorem turrim, vnde via regia infeſtari ſolebat, 100 fere libris, haud paſſus, grauiora exigi telonia viamque reddi minus tutam. (i) Anno circiter 1319 Comitatus totus acceſſit Epiſcopatui, vt paullo ante oſtendimus. Sifridus Epiſcopus emit partem caſtri ab Gerhardo, Comite Schaumburgico. (k) Gerhardus Epiſcopus ſtruxit inibi domum lapideam. (l) Ericus et Henricus iunior, Duces Brunſuicenſes, Iohanni Epiſcopo per Carolum V proſcripto (m) ademerunt Comitatum Poppenburgenſem circa annum 1523, reſtitutum tandem Erneſto Epiſcopo anno 1643. Ex eo tempore is tractus requieuit in poteſtae Epiſcoporum, qui Erneſto ſucceſſerunt, et expertus eſt id, quod vulgo dicitur, ſub lituo pedove Epiſcopali viui bene et admodum tranquille.

## §. IV.

Sigillum adtuli, mecum communicatum a Venerabili Abbate Lamſpringenſi Ioſepho de Rockeby, viro a doctrina et humanitate commendatiſsimo. Feuda Gandershemenſia ad tempus Comites tenuerunt in Empnegawi et Spilbergawi.

# CAPVT XL.
# REGENSTEIN.

Caſtrum Regenſtein inter Blankenburgum et Halberſtadium in editiſſimo colle eminet, vno duntaxat aditu patens. Comitatus non eſt adeo magnus et vndique caſtello adiacet. Dabimus ſtirpem genealogico ordine, pauculis ſubtextis:

HEN-

(d) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 213. 216. *CHRONICON M. Francorum* p. 39.
(e) *ANNALES Corbeienſes* ad c. a. p. 308. To. II. Leibn.
(f) *CHRONICON Hildesheimenſe* p. 755. To. I. Leibn.
(g) *BOTHO* ad a. 1319. p. 376. To. III. Leibn.
(h) *CHRONICON Hildesh.* p. 745.
(i) *IDEM Chronicon* p. 752.
(k) - - p. 757.
(l) *IDEM* p. 761.
(m) *STIFTISCHE FEHDE* p. 259. To. III. Leibn.

HENRICVS I 1197 - 1221.

*Didericus* Canon, Halberſt. 1220. — *VLRICVS* I 1220. 1249. Vx. *Mechtildis.* — *SIGFRIDVS* VI 1220. 1248. — *HENRICVS* II † 1219.

Filii VLRICI I: *HENRICVS* III. 1246. 1266. 1281. — *VLRICVS* II 1246-1277. vx. *Agneſa.* — *Otto* Can. Halberſt. 1246. 1274. — *ALBERTVS* II 1246. 1278. — *SIGFRIDVS* VII 1246. 1248.

Filii HENRICI III: *CONRADVS* 1294. — *VLRICVS* IV. 1294. 1328.

Filius SIGFRIDI VI: *HENRICVS* III 1261. 1274. Vx. 1) N. N. 2) *Bia* de Hoimburg 1290 1292.

Filii HENRICI III: *HENRICVS* IV 1296 † 1318. Vx. *Eliſabetha* C. de Woldenberg. — *Hermannus* Can. Halberſtad. 1289. 1301. — *VLRICVS* V 1289. Dominicanus Monachus Halberſtad.

Filii HENRICI IV: *Sigfridus* Can. Hild. et Halberſtad. Praepoſitus S. Petri Goslar. Scholaſticus 1328 et Decanus Hild. 1344. — *Conradus* 1324. — *HENRICVS* VI 1334 † 1357. Vx. *Sophia* C. de Mansfeld. — *Mechtildis*, 1333. nupta C. de Woldenberg. — *VLRICVS* VII † ante 1344.

Filius HENRICI VI: *HENRICVS* VIII. 1352.

Filii VLRICI VII: *Albertus* VI 1324. — *Bernhardus* 1324.

* *

*Helena* Can. Quedlinburg. et *Eliſabeta* Scholaſtica ibidem natae ex Regenſtein. a. 1457. Kettneri Quedlinburg. Kirchen-Hiſt. p. 86.

*VLRICVS* III in Hoimburg 1267. Vx. *Luchardis.*

Filii VLRICI III: *Henricus* V. Canon. Halberſt. 1281. — *VLRICVS* VI. vx. Sophia Anhalt. 1281. 1317. — Albertus 1281.

Filii VLRICI VI: *OTTO* Can. Magd. 1317. — *ALBERTVS* IV 1317. occiſus 1350. — *BERNHARDVS* *VLRICVS* VIII. *HENRICVS* VII 1317. — *FRIDERICVS* 1317. — *POPPO* IV 1317. — *VLRICVS* VIII. 1317.

Filii ALBERTI IV: *BERNHARDVS* 1351. — *VLRICVS* IX. 1353. † 1409. vx. *Catharina* C. de Lippe. — *ALBERTVS* V † 1382. occiſus. — *BVSSO* 1372. † 1389.

Filii BERNHARDI: *VLRICVS* X. — *BVRCHARDVS* 1382. 1387.

Filius VLRICI X: *VLRICVS* XI

Filii VLRICI XI: *VLRICVS* XII. † 1489. — *Beatrix* Decana Gandersh. 1480. 23 Iun.

Filius VLRICI IX: *BERNHARDVS* 1412. 1417. † 1458.

Filius BERNHARDI: *VLRICVS* XIII 1467. † 1479. vx. *Anna* Comes de Honſtein.

Filii VLRICI XIII: *VLRICVS* XIV † 1551. Vx. 1) *Barbara* C. de Mansfeld. 2) *Magdalena* C. de Stolberg. — *BERNHARDVS.* † 1524. — *IODOCVS* † 1529. — *GERTRVDIS* Abb. Ganders. 1507. † 1530. — *Catharina*, vx. Guntheri C. Barbi

Filii VLRICI XIV: 1. *ERNESTVS* † 1581. Vx. *Barbara* C. de Hohnſtein. — 2. *BOTHO* † 1594. Vx. 1) *Catharina* C. de Schwarzburg 2) *Anna* de Schönberg. — 2 *CASPAR VLRICVS* † 1575. Vx. *Catharina Agatha* de Putbuſch. — 2 *ELISABETHA* Abbatiſſ. Quedlinb. † 1584.

Filii: *VLRICVS* Abbas Michaëlſtein. † 1578. — *ERNESTVS* Abbas Michaëlſtein. † 1594. — *MARTINVS* † 1594. Vx. *Dorothea* C. de Solms.

Filius MARTINI: *IOHANNES ERNESTVS* † 1599. 4 Iul.

Henricus I infeſtauit Dernburgenſes oppidanos interuentu iuris aduocatiae, quod ex beneficio eccleſiae cathedralis Gandersemenſis tenebat. Admonuit Mathildis I, Abbatiſſa, turbulentum, vt miſeros vexare omitteret. At monita eius recuſabat Henricus. Quare Innocentius III, Papa Romanus, precibus Mathildae inductus, litteras bullatas ad Epiſcopos nonnullos dedit, qui cenſura eccleſiaſtica reluctantem compeſcerent.

Comites Regenſteinenſes tenuerunt bona plurima a monaſterio et aede cathedrali Gandershemenſi, nempe 1) Molendinum et dimidium manſum agrorum iuxta Bilderla, quo Conradus de Gandersheim fuerat ſubinfeudatus. 2) patronatum eccleſiae, molendinumque in ciuitate Derneburch, XII areas coemiterio adiacentes cum prato dimidio, vti fatetur Henricus Comes ad annum 1289. Supra p. 787. 3) feuda Hercinica,

nica ab Henrico Comite Blanckenburgenſi in Vlricum, Comitem Regenſteinenſem, translata, quae recenſentur p. 809. ſq. 4) bona in Wichuſen, p. 813. et alia, quae ex adiectis diplomatibus addiſci queunt.

Partem genealogiae Comitum Regenſteinenſium ac eorum inſignia expoſuit *MEIBOMIVS* To. III. *rer. Germ.* p. 50. Accurata fere eſt tabula, quam dedit D. *Conradus Bertholdus BEHRENS* in *Catalogo Praepoſitorum Hildesh.* Sigillum Henrici Comitis habes in *tab.* XXVIII. *fig.* 2.

## Diplomata ad hiſtoriam Comitum Regenſteinenſium ſpectantia.

### 1. Innocentii III bulla dehortatoria contra Comitem Henricum.

„*INNOCENTIVS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. uenerabilibus fratribus - - Archiepiſcopo Magadeburgeñ - - Epiſcopo Halberſtadeñ. dilecto filio Vicedomino „Halberſtadeñ - - ſalutem apoſtolicam. Dilecta in Chriſto filia Abbatiſſa in Ganderſem accepimus conquerente. quod *nobilis vir* H. *Comes* (a) *de Regenſtein* Halberſtadeñ. Dióc. occaſione *aduocatiae.* quam in *villicatione de Deherneburc* obtinet. dinoſcitur ſibi et hominibus ſuis indebitas exactiones imponere. ad villicationem ipſam ter „annuatim cum non modico militum et ſeruientium comitatu accedit. et ſibi debonis ipſius facit cum affluentia miniſtrari. a quibus. cum accederet. nonniſi *decem ſolidos* recipere de conſuetudine approbata deberet. Quocirca diſcretioni ueſtre per „apoſtolica ſcripta mandamus. quatenus dictum *Comitem.* vt ab eiusdem Abbatiſſe ac „hominum ſuorum de cetero ſuper his indebito grauamine conquieſcat. monitione „premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. Teſtes autem qui „fuerint nominati. ſi ſe gratia. odio. vel timore ſubtraxerint. per diſtrictionem eamdem „appellatione poſtpoſita compellatis iurati teſtimonium perhibere. et ſi non omnibus „his exequendis potueritis intereſſe. duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Date „Laterani VI Kal. Maji. Pontificatus noſtri anno undecimo."

### 2. Sophia Derneburgum oppignorat Capitulo Halberſtadenſi a. 1481.

„We *SOPHIA* van Godes gnade, gebohrne Hertoginn to Brunswig, Ebtiſſe des frien weltlichen Stiffts to Ganderſem bekennen offenbahr mit diſſen briefe vor „uns, unſe nakommen, uud nachdem de Edle wolgebohrne Herr, *Grave VLRICH* „*de Oldere* von Reinſtein mede thobehueff, ſines Veddern des iungen Graven *Olricks* „von uns und vnſern Stifft tho Gandershem de helfte der Borch vnd Stadt tho *Derenburg* met aller öhrer thobehörung vnd rechtigkeit vnd iecklicken andern Güdern, „hernach benahmet, tho rechten manniglichen Lehn entfangen vnd öre Eldern vnd „Vorfahren, das gliechen auch entfangen hebben, vnd die andere helfte von dem „Stift tho Halberſtadt tho lehne hebben, vnd wiewohl dat ſülve Stifft tho Halberſtadt „ſede, dat de gantze Borch vnd Stadt Derenborch met aller thobehorunge und rechtigheit öm tho lehne thoſteht, des we öhn doch nich mehr als de helffte daran thoſtahn, vnd dat nun forder nein thwiedrach oder unwill thwiſchen vnſern vn dem „Stiffte to Halberſtadt entſtahn dörffte, hebben we met wolgedachten Rathe dem „Ehrwürdigſten in Gott und Hochgebohrnen Fürſten Herrn *ERNST* adminiſtratorn „der kerke tho Magdeburg vnd Halberſtad, Hertogen tho Saxen, Landgraff in Döringen, vnd Marggraff tho Meiſſen, vnſen leven Herrn vnd Ohmen, vnde dem „würdigen vnd ehrbaren Herrn *Balthaſarn* Dombprobſten *Iohann* Deken vnd gantzen „Capitul ſiner kerken tho Halberſtad vnd allen öhren nakomelingen, alle ſodane lehne, eigendom vnd rechtigheiten, ſo we vnde vnſer Stift tho Gandersheim an der „borch vñ ſtadt vorbenomet vnde alle öhre thobehorung mit den lehngütern hebben „mögen, vnde dartho de *breede* belegen vmb vnde vor der ſtadt *Dernborgk*, de Voig-

„tey

(a) Inter MStos codices bibliothecae Celeb. Ioannis Burchardi Menckenii eminent *Leopoldi Alberti SCHOPPE Annales Reinſteinenſes in 2 Theilen, derer erſter das Leben der Grafen, die auf Reinſtein, der ander derer, die auf Hoimburg Hof gehalten, und hernach auf Regenſtein und Blankenburg ſuccedirt von anno* 1240 *bis* 1670. Vid. Bibliotheca Menkeniana ed. 2. p. 829.

„tey over *Dernborg*, drey hofe landes tho *Bönhuſen*, ſechs hofe tho *Brackenſtede*, achtein hoefe vnd ſechs hofen to *Wichhuſen* met der Voigdie over ſelves dorp, ſechs „hofe tho *Vslebe*, de holtmarck twiſchen *Reinſtein* vnd *Langenſtein*. item fünf hundert „twölf an gelde vor dem vorwercke tho *Wichhuſen*, item ener hofen tho groten *Godenhuſen*, ene hofe tho *Mahndorp*, eene hofe tho *Weddersleben*, eine vorſchüne tho „*Redeber* vnde de Mölen. item thwe hoefe tho *Mar leve*. item den Wonnberg, da man „den iſenſtein brikt, bi der kolden bade thwe pund geldes tho *Wansleve* vnde feſftich „Malder korn darsülveſt, ene holtmarcke, genomt dat *Heinholt*, vnde thwe hoever „darſulveſt, item ein holt vor dem *Schiltbarge*, item drei hoefe to *Orden*, de Voigdie „over den Wohld tho *Volckerde*, thwe hoefe landes tho Sübershuſen, vnde alle de „gelder, de thor Graveſchop gelegen hefft tho *Redeber*, ene holtmarck vor *Benzingerode* mit enem garten, twe hofe tho *Minsleve* vnde alle dat gut dat de von *HEIMBVRG* gehat hebben tho *Godenhuſen* vnde de voigdie over alle güder, de da behoren tho Gandersheim, von dem theile des Berckes mit allen andern gütern, ſo ſeck „de Herrn von Reinſtein von unſern Stifft tho lehn gehen vnd heven, de ſyen benahmt oder unbenahmt, rechtes vnde redliches kopes tho pande verkofft, vpgedragen vnde verlaten, verkopen, vptragen vnd verlaten, in kraft dieſes briefes „vor twe hundert vnd ver vnd twintig gute vollwichtige reinſche goldfl. de vns de „vorbenomden Herrn gütliken wol thodancke vergnüget, ofengethalt vnde bethalt „hebben, Vnde We Sophia Fürſtin vorbenandt, vnſer der vorgenanten Herrn von „Reinſtein vnde alle ere Erven mit ſolchen vorbenomden Gütern vnd Lehnen, an „deme vorgedachten vnſern leven Herrn vnd Ohmen, vnde ſine Nachkommen der „kercken tho Halverſtadt, de Vorlat nunmehr von öhme vnde ſinen Stifft tho Halberſtadt tho entfangende, vnde vortügen vnde verlaten, vor vns vnde vnſe nackkommen, alle vnſe vnde vnſes Stiffts tho Gandersheim eigenthomb vnde Rechtigkeit daran, verlaten ock den Herren von Reinſtein der Hulde, Eide, vnd Lehnspflicht, vns derowegen gethon, oder deshalb pflichtgleich ſein mögen, vnde ſetten vnſeme leven Herren vnde Ohme ſine Nachkommen, vñ de kercken tho Halberſtadt der vorbenandten Güter alle in de Rechte hebbende brukende Wehre vnde willen - - 1481. die S. Iacobi." Contractui huic mox fuit renuntiatum, pecunia fuit reddita et caſtri totius Derenburgis proprietas eccleſiae Ganderſemenſi denuo fuit vindicata.

3. Anno 1451 Marchio Brandenburgicus, Fridericus, teſtatur, Eliſabetham Abbatiſſam conſiliarios ſuos *Vlricum* et *Bernhardum fratres, Comites Reinſteinenſes*, ratione dominii, caſtri et vrbis, ad ſeſe amandaſſe. Interceſſerunt mox Duces Sereniſſimi Brunsuicenſes.

4. *MAGDALENA de CLVM*, Abbatiſſa a. 1552 infeudauit *Erneſtum, Boſſonem* et *Caſparum Vlricum*, Comites Reinſteinenſes, *fratres*, domo libera et areis, in Derneburg ſitis, XI manſis in campis ad Redeber et XI areis caſarum ibidem, vna cum aduocatia et adnexis, ab Alberto de Langeleben poſſeſſis, et ſilua Heinholz, ſilua inter Regenſtein et Langenſtein, parte meridionali, et pomario, ſilua ſalicum et Eberholdt ſub ouili, ſilua prope Schiltberge, ſilua Steinhorſt, aduocatia ſuper ſilua Volkerode, ſilua Stapelborg prope Bentzigerode et vno pomario, quod Henricus de Hondorf antea tenuerat, ſiluula ſuper Huye, Franckenberg etc. 2 villis, vna villa et prato ad Ruden minus, manſo vno et area in Dalem, area prope Bokenem, XI iugeribus ad Maldem, 2 manſis et ſiluula ad Ordeshuſen, $\frac{1}{2}$ manſo et area in Bornem, campo *Hungerkamp* ad Bilderla et pratis, pago Odeshuſen ad Scheyningen, 4 manſis ad Nienſtede, $2\frac{1}{2}$ manſis et $\frac{1}{4}$ agri iuxta Hebenhuſen, quos Curtius Spaden tenuerat, parochia S. Dionyſii ad Dernenburg, 4 manſis et adnexis, iuribusque ad Redeber, a Henrico de Veltheim poſſeſſis - -

5. *Eodem anno* eadem Abbatiſſa hiſce Comitibus promiſit poſſeſſionem bonorum ab Aſſeburgiis poſſeſſorum, ſi forte hi exſtinguerentur, ſcilicet



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pagi totius *Nienſted* ſub Oizel cum aduocatia, 14 manſorum et 14 villarum ibidem, ½ decimae iuxta Semenſtad, decimae iuxta Dencte minus, et vnius manſi ibidem, totius Oiſel, decimae totius iuxta Sotmer ſub Aſſeburgo, 14 manſorum ibidem, 5 manſorum ad Dencte maius, 3 manſorum ad Schelde minus, 5 manſorum et 11 caſarum, decimae in 7 manſos ad Backenrode, 4 manſorum et 5 caſarum ad Maldem, caſae et paſtionis ovium iuxta Bornem - -

6. Anno 1599. 20 Nou. teſtatur Dux *Henricus Iulius*, ſeſe infeudatum eſſe bonis Regenſteiniorum, et ſenatus Derneburgenſis clientelaribus praediis.

## 7. Vlrici diploma, a. 1432 datum.

„Van Gades Gnaden, wy *Olrick tho Reynſteyn* - - bekennen openbahr in diſſem „Breve vor Vns, Vnſe Erven, Nakomelingen vnde alſeweme, dat wy *van der* „*Herſchop tho Brunſchwig tho Ledne* hebben diſſe nahgeſchrevene Guder, Borch, Stade „vnde Slöte, alſe nameliken de Borch vnde Stad *Blankenborch*, *Reyſteyn*, *Neyndorpe*, „*Heymborch*, den Stich, *Haſelfelde*, den Forſt vppe dem Harthe, de *Weſterborch* halff, „alle Höffe tho Derſſen, tho Wygenrode alle Höffe, de ſe dar thor lehnende hebben, vnde eyn Holt by dem Dörpe, dat Broeck tho Kattenſtede mit alle ſyner Thobehoringe, dat Holt Eckenberg, dat Holt Bocksberg, wildeborch, dat Holt Schemelit by Steynbeke, dat Holt Papenforde, dat Dorp *Nyenrode* mit ſyner thobehorunge, dat dorp *Hordeshuſen* mit ſyner thobehorunge, dat Gerhardesholt, tho Ripzingerode twe Höffe, dat Holt Stalberg, dat *Oſterholt*, alle wörde (hortos ſepe clauſos) tho Derneborch, Haſelbecke, dat Gut tho Wedesleve, dat Gut tho *Borneke*, „dat dar was des Graven tho Blanckenborch, vnde dat gut tho *Bernſtorp*, mit alle „oren thobehoringen vnde Rechticheit, wume de benomen mach, darvan nichts „vthbeſcheiden, vnde wat wy vorder van rechte van der Herſchop hebben ſchüllen, vnde hebbe de tho Lehne entfangen vnde entfangende iegenwardige van dem „Hochgebornen Forſten, Her *Hinrike tho Brunſchwig unde Luneborch*, *Hertogen*, vnſem „gnedigen leeven Herrn, vnde hebben düſſes tho bekantniſſe openbahrer Vrkunde „vnſe ingeſegel vor vns, vnſe Erven, vnde Nakomelingen hangen heten an duſſen „Breff, de gegeven ys na Chriſti vnſes Herrn Geborth veerteynhundert, vnde darna in dem twe vnde dertigſten Iahre, des Sontags na Cathedra S. Petri.

## 8. Vlrici diploma, datum a. 1487.

„Wy *Olrick Grave* vnd *Herr tho Reynſteyn de Older* bekenne in duſſem open Breve „vor alſeweme, dat wy van dem Hochgebohrnen erluchten Forſten Herrn „*Wilhelm tho Brunſchwig vnde Luneborch* - - Hertogen, tho manliken Anlehne entfangen hebben de *Graveſchop tho Blanckenborch* mit dem Slote vnde de Stadt mit allen „geiſtliken vnd weltliken Ridderlehnen vnde Fryheiten, mit aller vnde itliker ſyner „tho vnde inhoringe, dörper, beſat vnde vnbeſat, namliken, *Linzke*, *Helſungen*, *Kalendorp*, *Mordorp*, *Sadenbeck*, *Nyenrode*, *Haringhuſen*, *Bornke*, groten vnde lütken „*Timenrode*, *Wigenrode*, *Hiddenrode*, *Cattenſtede* mit deme Broke darſulveſt, dede liggen in der Herrſchop, vnde horen tho dem Slote mit oreme thobehoringen, „Ackern, Graſen, Höltern, Watern, Wyden vnde allen Rechticheiten, als we „des itzund dageliken, vnd de Vnſer vorgenomten Dörper brucken, vnde in Beſittinge hebben, dartho alle Hölter vmb Blankenborch, ock mit der See vnd Brock „van *Weſterhuſen*, wente tho Halſungen, vnde mit dem Denſtwagen tho *Michelnſtein*, de aver langen tyden boven Minſchen Gedechtniſſe tho der Borch gedenet „hefft, ock mit dem Dorp *Litzingborch* vnd ſyner thobehoringe, ock mit der Vogtie „tho *Mulbeke*, ſo dat itzund daſülveſt mit thohoringen des Dorpes van Vns tho Lehne hefft vnde brucken werdt, vnde mit allen Hütten vp der *Bode*, beſat vnde wüſte, vnde allen thohorigen Holten - -

Totum diploma, et aliud, quo a. 1598 Iulius Dux Brunſuicenſis tutores Comitis Iohannis Erneſti in poſſeſſiones clientelares intromittit, nec non diploma Annae Ericae Abbatiſſae Ganderſemenſis a. 1599. 19 Nou. Henrico Iulio datum

ſuper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuper feudis Blankenburgenſibus, vides typis publicis excuſum in libello : *Kurtze gründliche Information vnd beſtendiger Bericht, was es vmb die Graffſchafften Hohn vnd Reinſtein vnd darinnen belegene Stifft Halberſtädtisch-vnd Gandersheimiſche Lehnſtücken, ingleichen vmb die Vhralte Graffſchafft Blanckenburg vnd die Herrſchafft, Ampt vnd Haus Hohnſtein für eine eigentliche Bewandnis habe.* Wolffenbüttel a. 1628. 4. 1 alphab. 7 plagg.

Comitatum Regenſteinenſem ab Epiſcopo et Capitulo Halberſtadenſi, quantum ad bona inde recognoſci ſolita adtinet, in exſpectationem ſuſcepit Iulius, Dux Brunſuicenſis, pro ſe et ſucceſſoribus ex ipſo naſcituris, a. 1583. 25 Maji. Erant tum in viuis adhuc Comites Regenſteinenſes, *Botho*, eiusque agnati *Erneſtus* et *Martinus*, ex *Erneſto* nati. Nexum feudalem renouauit Dux Henricus Iulius a. 1592. 13 Auguſti, ac porro Fridericus Vlricus a. 1624. 4 Dec. Succeſſerunt quoque Duces Brunſvicenſes, ex Iulio nati, Comitibus prorſus demortuis. In bello tricennali Ferdinandus II Imperator Comitatum a. 1628. 28 Febr. Maximiliano, Comiti Wallenſteinenſi, adtribuit titulo oppignorationis, praetexens alienationi eiusmodi iura retentionis. Ex eo tempore de Comitatu litigari coeptum eſt. In Pace Weſtphalica Ducibus Brunſuicenſibus haud ſecus ac Electoribus Brandenburgicis, qua Epiſcopatus Halberſtadenſis poſſeſſoribus, iura ſigillatim ſunt reſeruata. Comes Hungaricus de Tettenbach interea Comitatum tenuit et ad poſteros transmiſit. Quum vero poſtremus eorum, medio ſaeculo ſuperiori, in odia Imperatoris inuictiſſimi incideret et a. 1669 morte (a) adficeretur, Elector Brandeburgicus poſſeſſionem adripuit, contra quam in hunc vsque diem Sereniſſimi Duces Brunſuicenſes intercedunt et calamo gladiantur.

## CAPVT XLI.

## SCHVLENBVRG. *

Antiquiſſimae virtutis et perpetui nitoris pleniſſima eſt progenies illa, quae a *Schulenburg*, caſtro quondam in Palaeo Marchia, adpellationem trahit. Fridericus de Schulenburg ſeſe inter beneficiarios eccleſiae Gandershemenſis profeſſus eſt. De lite Bornhuſana diſſerui ex mente Ganderſemenſium p. 1047. ſq. Nobiles et Illuſtriſſimi viri, de Schulemburg dicti, dynaſtae ſunt prouinciales Veteris Marchiae cum Bartenslebiis et Alvenslebienſibus. Anno 1373 Carolus IV ipſis conceſſit confirmationem in officium hereditarium, quo Marchiae Brandenburgicae exſiſtunt *Magiſtri coquinae.* En particulam genealogicam :

## TABULA I.

*WERNERVS* 1228 in Palaeſtina Eques creatus † 1229. 22 Oct. ſepultus Ptolemaide.

*Henricus* Ep. Havelberg. 1248 † 1272. Doct. Theologiae et vir probus, qui ſcripſit *de caſtitate ſpirituali et fide catholica.*

* Thidericus 1264.

* *Henricus. Henningus* fratres. 1362.

* *Wernerus* et *Henr.* fr. 1360.

* *Hans Albrecht* Can. Hild. 1486. In litteris latinis dicitur *Albertus.* Fuit Ar hidiaconus per bannum Seſenſem. De cetero Hiſtoriam Schulemburgiae gentis per illuſtris petere decet ex Iohannis Friderici Pfeffingeri iunioris *Hiſtorie des Braunſchweig - Lüneburgiſchen Hauſes* P. I. p. 613. ſqq.

*Bernhardus* Vx. 1. 2. Oda.

*Gevehardus.* 1289. 1293. — *Wernerus.* 1285, 89, 93. — *Otto.* — *Henricus.*

*Wernerus.* 1319. vx. Anna de Alvensleben

*Georgius.* vx. Lucia de Dören — *Bernhardus,* Magiſter ord. Iohann. Sonneburg. 1368. — *Buſſo.* — *Sigfrid.* — *Henricus.*

*Levinus* Præp. Magd. eccl. — *Henricus* dynaſta Salzwedel.

*Henningus* 1360. 1364. 1373. — *Bernhardus* 1360. 1364. 1373. conditor lineae albae tab. 2, 4, 5. — *Dietericus* 1373 conditor lineae nigrae tab. 3.

TA-

(a) *Hiſtoire de l'Empire par M. Heiſs* To. III. p. 234. ſq. Ed. Amſtelodam. 1733. 12.

# TABVLA II.

*BERNHARDVS*

- *Ditericus* Ep. Brandeburg.
- *Bernhardus* Can. et Cellerar. Halberſt.
- *Henricus* Produx Cellens.
- *Henningus*, dynaſta Marchiae veteris 1360.
  - *Bernhardus*
    - *Fridericus*, Mareſchallus Electoris Brandeburg.
  - *Iohannes*

---

- *Buſſo.* Conſil. Brandeburg. 1440.
  - Fridericus. † 1536.
    - Wedige † 1584.
    - Ioachim9
      - N. N.
        - Leopoldus †1679.
  - Buſſo longus 1469 tab. 6.
  - Iohannes et Chriſtophorus. Poſteri.
- *Bernhardus* Hieroſolymitanus. 1447.
  - Bernhardus, Conſil. Brandeburg.
    - Chriſtophorus Conſ. Brandeb. et Brunsvic. Canon. Havelberg † 1570.
      - Chriſtophorus, Can. Havelberg.
        - Chriſtophorus Praepos. Havelb. † 1611.
        - Levinus in Lipsdorf † 1640.
          - Iohannes Caſimirus vx. Eleonora de Wenſe
            - Iohannes Caſimirus.
              - Iohannes Adolfus.
            - Alii.
  - Fridericus in Brohme
- *Matthias* in Altenhauſen. 1427. 1447.
  - Bernhardus, Conſil. Magdeb. 1485 † 1500.
    - Matthias 1542
      - Iacobus † 1576.
      - Daniel
        - Matthias †1656
          - *Alexander* tab. 5. Vx. 1) Adelheit Agnes de Alvensleben 2) Anna Sophia de Bismarck.
            - Alexander Vx. Sophia Anna de Melvill
              - Ern. Aug. 1692.
              - Georg. Ludovicus 1693. † 1710.
              - Alexander. Frid. Wilh. et Georg. Ern.
            - Daniel Ludolfus. Vx. Ioh. Suſanna de Dieskau.
              - Carolus.
        - Henningus † 1676. Poſteritas tab. 4.
  - Alii.

TAB. III.

# TABULA III.

Ditericus, conditor lineae nigrae.

Wernerus ſenior. — Henricus

Henricus, contutor Sigismundi poſtea Imp. — Bernhardus in cuius poſteris a. 1582. linea defecit. — Wernerus — Iohannes cuius abnepos † 1671. in Gallia.

Wernerus: Bernhardus — Wernerus Produx Cellens. — Iohannes. — Wernerus † 1519.

Bernhardus: Albertus — Levinus † 1569.

Wernerus † 1519.: Werner † 1532. — Iacob. — Iacob. † 1541. — Richard † 1536

Levinus † 1569.: Albertus. — Wernerus — Ditericus. — Bernhardus.

Albertus.: Iohannes. Vx. Armgard de Schencken. † 1636.

Wernerus: Levinus. — Ioachimus Fridericus

Levinus.: Achatius † 1680. Baro 1667.

Ioachimus Fridericus: Werner.

Ditericus. Bernhardus.: Ditericus Hermannus † 1693. 9 Dec. Vx. Amalia de Schulenburg-Lieberoſe

Iohannes. / Achatius: Levinus Ioachimus Conſil. int. Brandeb. — Achatius † 1678. — Wernerus Ludolfus † 1668. — Iohannes Georgius

Ditericus Hermannus: Lucia Catharina. — Achatius. — Albertus. — Helena et Amalia. — Levin Ditericus, Wernerus, Ioh. Georg. Ioh. Daniel.

# TABVLA IV.

Henningus

Henricus in Angern. Vx. Ilſa Floria de Kneſebeck, mater XV liberorum.

Henning. Chriſt. † 1682. — Matth. Daniel — Ioachimus Ludolfus. — Levinus Frider. † 1729. 21 Iun. Dux bellicus Sabaudi.

Henning. Chriſt.: *Henr. Hartwich.* — *Chriſtoph Daniel.*

# TABULA V.

Matthias

Alexander — Guſtauus Adolfus Conſil. int. Brandenburg.

Alexander: Alexander. — Daniel Ludolfus.

Guſtauus Adolfus: Margareta Gertrud nupta 1681. 28 Iun. Frid. Achatio de Schulenburg in Heelen. — *Matth. Ioh.* 1661. Dux bellicus Venetus. *Comes* 1715. — Daniel Bodo — Sophia Iuliana, nupta Raboni Chriſtoph. de Oynhauſen. — Ehrengard Meloſina nata 1667. 25 Dec. Princeps Imperii 1722. — Anna Eliſabeta 1673. nupta Domino de Spörk. — Fridericus Wilhelmus 1680. 24 Ian. cubicularius Regis Angliae † 1720. 23 Ian.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Tabvla VI.

Buſſo longus. Vx. Cunigunda de Oberg.

Albertus I. † 1528. — Buſſo Doctor iuris et Decanus Magd. — Ceteri.

Chriſto horus Ep. Ratzeburg † 1580. 9 Sept. — Georgius in Oſterwolde, dynaſta Warberg. † 1578. — *Fridericus* Conſil. Guelferbit. acquiſiuit Heelen vx. Ilſa de Saldern.

Albertus II in Heelen et Horſt

Henricus. — Achatius † 1660.

Fridericus Achatius † 1701.

Chriſtianus Gunther — Adolfus Fridericus

8 liberi — Duae filiae

## Caput XLII.

# COMITES SEHVSABVRGENSES, SEBVRGENSES, SESENSES.

Synopſis.

§.1. *Seſa olim dicebatur Sehuſen eiusque caſtrum vocabatuo Sehuſeburg.*
§.2. *Comitum Seſenſium familia et progenies exponitur.*
§.3. *Connexio eius familiae cum ſtirpe Lotharii Regis.*
§.4. *Quomodo Seſa peruenerit ad Duces Brunsuicenſes.*
§.5. *Nobiles de Seburg.*

§. I.

Seſa eſt oppidulum, inter Gandershemium et Lutteram ſitum, quod nomen trahit ex *See*, *lacu*. Ad meridiem vrbis lacus ſupereſt exiguus, ſenſim materie ingeſta ad veſtigia anguſtiora redactus. Apud veteres locus adpellatur *Sehuſa*, *Seuſi*, *Seſi*. Origo vrbis antiqua et recondita. Primo erat duntaxat *praedium*; ciuitas vero et caſtrum adiectum vocabantur *Sehuſaburg*, *Seburg*. Tandem vterque locus in vnum oppidum coaluit. Caſtrum intercidit, eiusque vicem domicilium *praefecturae* ſupplet. Dux Sereniſſimus Brunſuicenſis AVGVSTVS VVILHELMVS ſedem ibi amoenam cum horto ac templo exſtruxit. Olim locus parebat Ottonibus, Ludolfi poſteris. Anno 974 eum iam (†) poſſidebat Abbatiſſa Gandershemenſis, confirmante poſſeſſionem Imperatore Ottone ſecundo. Adtribuitur ea aetate ciuitas, et praedium adiectum, pago *Ambergawe* et Comitatui *Rotimigii Comitis*. Idem Imperator anno 980 Abbatiſſae Gerbirgae conceſſit *vrbalem bannum in Seburg*, hoc eſt, iurisdictionem et exactionem ſupremam per ciuitatem Seſae, atque eo ipſo locum Comitibus ſuis ſubtraxit. Habebant Wichmannus iunior et Ecbertus, fratres, heredia et Comitatus a Caeſare demandatos in proximo. Anno 984 conuentus *Seuſum* indictus eſt, ad quem Henricus Dux Bauariae accedere recuſauit, et rediturus ad ſua *Alam*, vrbem Egberti, ſuis conſiliis regiis inimici, deſtruxit, vbi tunc Adelheidis Imperatoris filia educabatur. (a) *Alae* rudera nonnulla cum veteri fama reſtant ad pagum *Alshuſen*. Henricus II tandem totum tractum *Ommergawi* cum Comitatibus compluribus, quibus tum *BODO* praeerat *Comes*, Abbatiſſae Gandershemenſi eiusque eccleſiae tradidit. Abbatiſſa autem Comitem Seburgo praepoſuit nouum. Ad annum 1013 in Diplomate Henrici II iam occurrit *Chriſtianus Comes*. Hic ab Adelheide prima, Abbatiſſa, *aduocatus eccleſiae* Gandersheimenſis effectus eſt. (b) Stemma huius Chriſtiani eſt huiusmodi:

*BRVNO*

(†) Otto M. a. 952. coenobio nouo Poldenſi donauit *eccleſiam et teloneum et vnum manſum in Seborch*. Diploma habes apud *MADERVM* in *Chronic. Brunsuic.* p. 107. ſq.

(a) *DITHMARVS Annal.* L. IV. p. 348.

(b) *CHRONICON Hildeshemenſe* p. 744. To. I. Leibn.

* * *

*BRVNO* Comes Querfurtl.
Vxor Ida.

Chriſtianus Comes de Seburg.

Wigmannus Comes de Seburg. Vx. 1) Giſela filia Ottonis C. Schweinfurtenſis 2) Bertha. (*)

Wilhelmus Comes de Lutisburg.

Gero Comes. Vxor Matilda, filia Timonis Comitis Wettinenſis.

*Wigmannus* Archiep. Magdeburg. † 1193. Epiſc. Citicens. 1152.

Conradus

*Eva*

Theodoricus Hallus. 1152.

2
*Hartwiga* ſeu *Hadwigis* Abbatiſſa Gernrodenſis 1118.

## §. II.

*CHRONICON* Francorum MStum Mabillonii ad annum 1035: *Giſla fuit ſociata Wigmanno Comiti de Seburch genuitque ex ea Geronem Comitem, patrem Wigmanni Magdaburgenſis Archiepiſcopi et Hartwigam Abbatiſſam de Geronrothe. Huius Wigmanni Comitis frater erat Comes de Lutisburch, et horum pater fuit Chriſtianus Comes, frater Gebhardi de Quervvorde.* Lutisburgum videtur exponendum per *Lutolfsburgum*, quod erat caſtrum Ludolfi iuxta pagum Dancleueſſen in ericeto magno, quod dicitur *Wedemer Heide.* Haud procul erat *Ludolfi villa*, ſeu *Nordliudulveshuſi* et *Ludolveſſem.* Tractus adiectus dicebatur *Ludolfsgawe*, contractius *Luchauwe*, cuius vltimus ex poſteritate Wilhelmi Comes fuit *Burchardus de Luchawe*, miniſterialis Lotharii Regis et propinquus, quem Hermannus, Comes prouincialis Thuringiae et Winciburgi, obtruncandum curauit eoque nomine Landgrauiatu terrisque ſuis omnibus multatus in carcere Blankeburgi delituit. De *GERONE* haec leguntur in Chronico montis Sereni: (c) *Thiemo Comes duxit vxorem Idam filiam Ottonis Ducis de Northeim, genuit ex ea - - filiam nomine Machtildam, quam Gero Comes de Bauaria accepit vxorem, genuit ex ea Wichmannum Archiepiſcopum et Conradum. Illoque defuncto, accepit eam Ludevvicus Comes de Bauaria.* Locus hic et mihi et aliis impoſuit. Nam Gero dicitur heic *Comes de Bauaria.* Verum patet facile, ipſum Bauarum ortu non fuiſſe, ſed Seburgenſem et Querfurtanum. Librarius igitur id, quod Ludevico erat adſcribendum, Geroni per errorem adſcripſit, noluitque dein erraſſe, vel oblitus eſt naeuum delere. Occaſionem ſuppeditatam fuiſſe errato, opinor, ex adiecta adpellatione *Ambergavi*, quae non multum diſcrepat a voce *Bauariae.* Conradus, Comes Querfurti, dicitur cum Conrado III Rege anno 1147 profectus Hieroſolymam. (d) Diſpiciendum eſt, num hic a noſtro Conrado non differat. Quodſi adfirmemus, de eodem vtrobique eſſe ſermonem, dubio caret ſimul, ab hoc Conrado proceſſiſſe Comites Querfurtanos, qui poſt Lotharium Regem floruerunt, et e quibus prodierunt Sigfridus Epiſcopus Hildeshemenſis, (e) Boſſo Archiepiſcopus Magdeburgenſis, (f) et Geuehardus Magdeburgenſis Canonicus, (g) nec non Albertus Archiepiſcopus ibidem. (h) Sunt, qui adſerunt, ex eadem ſtirpe emanaſſe Comites Mansfeldenſes.

## §. III.

Cum Lotharius Rex Seburgum tenere mallet, Conradus Querfurtum ſuſcepit. Lothario defuncto, filius ex ſorore ipſius ſucceſſit in poſſesſionem Seburgi, Gebehardus ſcilicet, qui rurſus ex eodem errore dicitur Comes *de Bauaria.* (i) En locum Chronici: *Sexta,*

(*) *Bertha* dicitur in Diplomate Wichmanni Hadwigae Abbatiſſae mater ac in Bullatis litteris Calixti Papae a. 1118. *ANNALES Gernrod.* p. 431. 433. To. II. Meibom. Forſitan *Chronicon Francorum* permiſcuit Giſelam cum ſorore Bertha. Wichmannus Epiſcopus certe eam quoque vocat *auiam* ſuam.

(c) p. 203. ed. Maderi.
(d) *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 344. To. III. Leibn.
(e) - - p. 146.
(f) - - ad a. 1278. p. 368.
(g) - - ad a. 1278. p. 369.
(h) *BOTHO* ad a. 1383. p. 389. 394.
(i) *CHRONICON montis Sereni* p. 205.

*Sexta*, filia Conradi Miſnenſis Marchionis et Lucardis, *Sophia nupſit Gebehardo Comiti de Bauaria, filio ſororis Luderi Imperatoris.* Accipe ſtemma Lotharii:

***BRVNO*** Comes de Querfurt. Vxor Ida.

- S. Bruno, Boruſſorum apoſtolus. † 1008.
- ***GERHARDVS***
  - Burchardus.
    - Gerhardus. vx. Oda filia Diterici, ſoror Milonis.
      - Conradus Archiep. Magdeb. 1134. † 1138.
      - Burchardus Burggrauius Mageeb. Vx. filia Sigismundi Comitis Anhaltini.
  - ***IDA.*** Maritus N. N. — Mariti frater Bernhardus C. de Suplinburg et Haldesleue.
    - *GERHARDVS* † 1075 Vxor Ita, filia Ottonis Comitis Palatina, neptis Mathildis, Ottonis II filiae.
      - *LOTHARIVS* Rex. † 1137. 3 Dec. Vx. Richenza † 1141.
        - *GERTRVDIS*, vxor Henrici ſuperbi, † 1143.
          - *HENRICVS LEO.*
      - *Gertrudis*, vxor Florentii I Com. Holland. Alia *ſoror* nupta Comiti Winceburgico.(*)
      - *Oda* vxor Sigfridi C.
        - *Gebehardus* C. Seburgenſis.
    - Bernhardus (Mariti frater) :
      - Bernhardus † improlis.
- Chriſtianus C. Seburg.

De Brunone, communi parente, *DITMARVS*: (k) *Fuit quidam BRVN nomine - - ex genere clariſſimo editus - - qui ad Pruſſiam pergens, ſteriles hos agros ſemine diuino ſtuduit fecundare, ſed ſpinis pullulantibus horrida non potuit facile mollire. Tandem in confinio praedictae regionis et Ruſſiae quum praedicaret, primo ab incolis prohibetur, et plus euangelizans capitur, deindeque amore Chriſti - - mitis, vt agnus, decollatur. - - Ab Ida matre ſua vnice* diligebatur - - *pater erat Bruno, ſenior egregius. CHRONOGRAPHVS SAXO*: (l) *Pater praefati Epiſcopi Brunonis Bruno dicebatur, mater Ida. - - Frater S.* Brunonis *Geuehardus. Geuehardus genuit Burchardum et Idam. Burchardus genuit Geuerhardum. ANNALISTA SAXO*: (m) *Amulradam - - accepit Theodericus, filius ſororis Herimanni Regis - - genuitque ex eodem Theoderico Milonem Comitem, et fratres eius, filias quoque Odam et Giſlam - - - Oda ſoror Milonis nupſit Geuehardo de Querneuorde, peperitque Conradum, Magedaburgenſem Archiepiſcopum et Burchardum eiusdem vrbis praefectum. CHRONICON MAGDEBVRGENSE* conſentit, (n) in eo tantum fallitur, quod Odae patrem vocet Thietmarum Comitem, et Thietmarum conſobrinum Henrici Regis. Loco vtriusque ponendi ſunt Thidericus et Rex Hermannus. Ida Burchardi ſoror Comiti Suplinburgenſi et Haldenslevenſi nupſit. Ex eo enim coniugio videtur vterque Comitatus perueniſſe ad Lotharium Regem. *CHRONICON* vetus Ducum Brunsuicenſium: *Ad Luderum deuoluta eſt hereditas de Haldesleve, morientibus Bernhardo Comite et filio eius Bernhardo, qui primo conuentum Canonicorum in Luttere fundauerat, qui poſtea anno Domini* 1135 *per Luderum et Rikizam, vxorem eius, in Monachos S. Benedicti regulae eſt mutatus. CHRONOGRAPHVS SAXO*: (p) *Ida genuit Geuehardum Comitem, patrem Lotharii Imperatoris. BOTHO* (q) errat, dum matrem Lotharii vocat Hedewigem, filiam Burggrauii Noribergenſis Friderici, et Hieronymum Henningeſium (r) in idem praecipitium trahit. Mater Lotharii Regis fuit *Ita*, filia Ottonis Comitis Palatini, quem Caeſar anno 1045 Goslariae conſtituerat Ducem Alamanniae. (s) Otto obiit anno 1047, (t) ſeptimo Idus Septembris. (u) *ALBERICVS* (x) commemorat, Lotharium Ducem Sa-

xo-

(*) *Erdwinus ERDMANNVS* in *Chronico Osnabruggenſium Epiſcoporum* p. 210.

(k) Annal. L. VI. p. 398. *ALBERTVS* Stadenſis ad a. 1008. p. 113. a. *Brun Epiſcopus a Prucis multis ſupliciis afflictus et pedibus manibusque abſciſſis, poſtremo capite plexus, coelos petiit.*

(l) Ad a. 1009. p. 221.

(m) To. I. Leibn. p. 577.

(n) p. 328. To. II. Meibom.

(p) l. c.

(q) p. 330.

(r) In theatro genealogico P. II ſecundi et III regni in IV Monarchia p. 102.

(s) *HERMANNVS Contractus* ad a. 1045. *MONACHVS Brunwillerenſis* c. I. p. 321. To. I. Leibn.

(t) *HERMANNVS Contractus* ad e. a.

(u) *MONACHVS Brunwillerenſis* l. c.

(x) In *Chronico* P. II. p. 68. ad a. 1037. *Hermannus, Mathildis, ſororis tertii Ottonis, filius, Coloniae ar-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

xonum, de linea Ottonis huius deſcendiſſe, matremque Lotharii, Ottonis filiam, vocat *Itam*. Errat proinde *TOLNERVS*, qui in ea eſt ſententia, (y) Ottonem nunquam duxiſſe vxorem. Geuehardus, Saxonibus foedere iunctus, et in praelio ad fluuium Vnſtrutum cum exercitu Imperatoris congreſſus, anno 1075 (z) nono Iunii cecidit, quum paucis diebus ante ſuſcepiſſet filium recens natum Ludegerum ſeu Lotharium.(aa) Ante hunc indubie Ita peperit infantes alios. *CHRONICON MONTIS SERENI* mentionem facit (bb) nonneminis, qui ex ſorore Lotharii Regis procreatus fuerit. *BOTHO* Lothario ſorores adtribuit (cc) *Gertrudem*, Florentio primo Hollandiae Comiti nuptam, ac *Odam*, Segebarti Comitis Bauariae poſthaec vxorem. Ex poſteriori citra controverſiam natus fuit *Gebehardus*, quem Chronicon, a Monte Sereno, id eſt, *Lauterberg* dictum, *Comitem de Bauaria* adpellat. Delabor in opinionem, Gebehardum fuiſſe Comitem Seburgenſem per Ambergawi et pagos adiectos. Deprehendi enim in ſchedis nonnullis antiquis, hunc Gebehardum tenuiſſe *Seſam*. Chriſtianus Comes olim quoque gubernauit res ſummas in pago (dd) *Denſiga*, qui ad Ierſtete ſeu Ierze, Bodenſtein, Maldem et Ortshuſen prope vrbem Bokenum exſtitit.

§. IV.

Lotharius inter haec adoleuit, ac, Magno ex Billungana ſtirpe maſcula vltimo exſtincto, Ducatum Saxoniae (ee) obtinuit. Eminuit aliorum ſtudium; complurium indignatio. Sed maioribus cumulare dignitatum praeſidiis Lotharium fortuna parabat. Anno enim 1125 Moguntiae regnum Germaniae ſuſcepit, triceſimo Auguſti die, (ff) proximoque XIII Septembris die Aquisgrani diademate ſibi impoſito effulſit (gg) Tum immutauit nomen ac Lotharium ſeſe vocauit. (hh) Acceſſit tantis ornamentis tandem inauguratio Romana anno 1133, 4 Iunii. (ii) Quum maximas de eo ſpes cuncti alerent, ex improuiſo anno 1137 obiit. (kk) Richenza, contracte Rixa, Henrici Craſſi Comitis Northeimenſis filia, marito ſuperſtes, anno demum 1141 exſpirauit (*) Vterque coniugum in templo coenobii Regio Lotharienſis inuenit tumulum.(ll) Monumentum vtriusque ſepulcrale, ſaeculo ſuperiori ab irruente aedis ſacrae pondere laeſum, ſpem ſpectatorum poſthaec deſtituiſſet, ni ad formam priſtinam quodammodo ex ſaxo recenti foret reductum. Filiam Gertrudem Henricus Magnanimus matrimonio ſecum anno 1127 ad Auguſtam Vindelicorum (mm) coniunxit, et ex eius complexu progenuit Ducem Bauariae ac Saxoniae, Henricum Leonem. Veneno (nn) ipſe interiit anno 1139. 20 Octobris

*dinatur Epiſcopus - - habuit fratres Ludolphum et Ottonem, Ducem Sueuiae, de cuius linea deſcendit ille Lotharius, Dux Saxonum, qui fuit Imperator.* In MSto meo additur; *per filiam Itam.*

(y) *Hiſtoriae Palatinae* c X. p. 274.

(z) *OTTO* Friſingenſis Chron. L. VI. c. 34. *Ceciderunt in hoc conflictu - -* (ad fluuium Vnſtrut) *Gebehardus, pater Lotharii, qui poſtmodum Rex fuit. ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1075. p. 732. *Bellum iuxta Vnſtruht committitur V. Id. Iunii. LAMBERTVS* Schafnaburgenſis ad e. a. p. 773. ſqq. *BRVNO* in Hiſtoria belli Saxonici p. 116, qui tamen in determinando praelii die paullulum aberrat.

(aa) *MARIANVS SCOTVS* ad a. 1075. p. 455. *Inter innumerabiles in praelio corruentes, interiit ibi Comes Geuehardus, pater Lutgeri, qui poſtmodum imperium aſſumſit, qui etiam paucis diebus ante hoc praelium natus fuit - - Hoc bellum conſummatum eſt V Idus Iunii.*

(bb) P. 205. *Sexta Sophia nupſit Gebehardo Comiti de Bauaria, filio ſororis Luderi Imperatoris.*

(cc) In Chronico picturato p. 330. Sigehardus Comes anno 1104. Ratisbonae a militibus Imperatoris Henrici IV interemptus eſt. *ALBERTVS* Stadenſis ad a. 1104. p. 146.

(dd) *DIPLOMA* Henrici III apud *LEVCKFELDIVM* in *Appendice* IV ad Antiqq. Poeldens. p. 275.

(ee) *ANNALES* Hildeshemenſes ad a. 1106. p. 737. *CHRONICON* Gozecenſe p. 234.

(ff) *ANNALES* eidem ad a. 1125. p. 740. *INCERTI AVCTORIS* narratio de Electione Lotharii in Eccardi Quatern. n. II. p. 46. *DODECHINVS* ad a. 1125. p. 470.

(gg) *DODECHINVS* l. c.

(hh) *CHRONICON* Gozecenſe l. c.

(ii) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1133. p. 289. *ALBERTVS* Stadenſis ad e. a. p. 160. b.

(kk) - - - - - idem ad a. 1137. p. 294. *ALBERTVS Stadenſis* ad 1141. p. 162. b.

(*) Eam duxit a. 1113. *ALBERTVS* Stadenſis ad e. a. Obiit anno 1141. *CHRONOGRAPHVS* Saxo ad e. a.

(ll) *CHRONOGRAPHVS* Saxo ad a. 1137. p. 296. *Rickeza Imperatrix obiit.*

(mm) *CHRONICON* Weingartenſe c. XI. p. 786. *CHRONOGRAPHVS* Saxo ad a. 1139. p. 295. *In Quidilingeburch Heinricus - - veneficio ibidem infectus XIII Kal. Nov. vitam finiuit. Corpus eius Lutterae ad dextram Lotharii Imperatoris poſitum eſt.*

(nn) *CHRONOGRAPHVS SAXO* l. c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bris et ſepulchris ſoceri ſocrusque fuit adplicitus. Vidua Gertrudis, tanto heroë orbata, anno 1142 Francofurti ad Moenum ſolemnibus Pentecoſtes diebus ſecundas (oo) iniit nuptias cum Henrico, Marchione Auſtrali et recens creato Bauariae Duce, ac demum anno 1143 ex difficultate partus (pp) vitam amiſit. Nonnulli eam ferunt in coenobio Scotorum Viennae fuiſſe humatam. (qq) Godefredus autem, Monachus Colonienſis, eam Lothariae etiam eſſe ſepultam, memoriae prodidit. Henrici Magnanimi ex aſſe heres, Henricus Leo, ſucceſſit parentibus in terrarum Saxonicarum poſſeſſione, Comitibusque Seburgenſibus exſtinctis Seburgum et Sehuſam obtinuit cum adiecti tractus parte, quae a *Schildbergo* cognomen traxerat. Retinuit tamen Abbatiſſa tributum denarii annui, decimam in *Pedel*, pago vicino, nunc exciſo, agros *Hungerkampf* et praedia alia, quae poſtea diuerſis familiis beneficii loco fuerunt tradita.

§. V.

Comitatus Seburgenſis, quondam pars tractus Ambergawi, dicitur adhuc *Graveſchup*, in diplomate Alberti Pinguis, filiorumque Ottonis et Alberti tum Praepoſiti Embecenſis, dato a. 1318 in veſperis Pentecoſtes, quo hi tres renuntiant iuri ſuo in pagum *Iertze*. (a) Exſtiterunt eodem tempore iam nobiles et miniſteriales, de Seſen dicti. *Henricus et Iohannes de Seſen* obuii ſunt ad annum 1318. (b) *Nicolaus de Sehuſen* occurrit ad annum 1346. (c) In Diplomatibus noſtris memorantur, *Hermannus miles* ad a. 1217. *Sigfridus* ad a. 1272. *Henricus* ad a. 1314. 1317. Hiſce feuda ab Abbatiſſis fuiſſe collata, conſtat, circa Seſam ſita. Iuriſdictioni autem ipſi paruerunt Ducum Brunſuicenſium.

## CAPVT XLIII.
## NOBILES DOMINI DE STAVFENBVRG.

*Staufenburgum*, caſtrum vetus in vertice collis ad radices ſiluae Hercinicae, inter Oſterodam et Seſam adhuc eminet. Sedes praefecturae in vallem translata prope vicum Gittelde. Floruerunt ibi quondam Domini, quos inde dictos fuiſſe conſtat. Ipſi ſaeculo XII iam fuerunt Vaſalli Henrici Leonis ac filiorum. Nam in diuiſione terrae Brunſuicenſis ac Luneburgenſis a. 1197 Otto IV recepit inter alia *Stauffenbergam*. Baſilius de Stauffenburg diplomati Henrici Leonis teſtis ſubſcripſit anno 1144. Supra p. 707. Praeterea in Diplomatibus noſtris ſunt obuii *Herewigus*, *Bertoldus* et *Erenbertus de Stoufenborch* ad annos 1130. 1154. (d) *Baſilius magnus* ad a. 1205. *Ermbertus de Stophenberg* ad a. 1162. Nonnulla ibi fuiſſe bona, quae ad Gandershemenſem eccleſiam referebantur, patet ex p. 850. Quomodo Domini hi ex communi ſtipite cum Comitibus Peinenſibus et Guelferbitanis deduci ſoleant, ſupra ſignificaui.

CAP.

(oo) *CHRONICA regia Colon. S. Pantaleonis* To. I. Eccardi p. 931.

(pp) Eadem *CHRONICA* l. c. ad a. 1143. *Domna Gertrud, praedicta Ductrix, coniux Heinrici, fratris Regis, ob difficultatem partus diem clauſit extremum, et apud patrem et matrem, et priorem coniugem ſuum Henricum, cum moerore totius Saxoniae; ſepelitur in Lutheron.* *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 296. *ALBERTVS* Stadenſis ad e. a. p. 163. a.

(qq) Error ortus ex mariti ſepultura. *CHRONICON* Auſtrale ad a. 1177. *Hainricus, Dux Auſtriae, obiit; et in monaſterio Scotorum, quod ipſe fundarat, ſepultus.*

(a) Diploma exhibet *POLYCARPVS LYSERVS in Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 82.

(b) *COTZEBVVII Chronicon montis Francorum* p. 60.

(c) Ibidem p. 77.

(d) Hi tres, vna cum tribus Eremberti filiis, occurrunt in diplomate Henrici Leonis ad a. 1154, quod coenobio Richenbergenſi dedit, editum ab Heineccio et Pfeffingero iuniori. Periculum faciemus exſtruendae tabulae genealogicae, quam emendabunt poſteri.

*

Erembertus
1154.

Baſilius. 1130. 1144. 1154. — Alexander. 1154. — Rudolfus 1154.

Herewigus. 1154. — Bertoldus. 1154. — Erembertus 1154. 1162.

Baſilius Magnus 1205.

## Caput XLIV.
# COMITES de SLADEM ſeu SCHALADEN.

SCHLADEM caſtrum, inter Wildela et Horburgum ad Obacram ſitum, Comitibus quondam, inde dictis, praebuit ſedem. Quum Comites intercidiſſent, Carolus IV Caeſar anno 1362 Comitatum Epiſcopo Hildeſienſi tradidit. Ex eo tempore praefectura ibi conſtituta eſt Epiſcopalis, cui circiter ſeptem villae adnexae ſunt. Ante centum annos et vltra ſedes praefecturae noua fuit conſtructa, caſtello ruinis derelicto. De Comitibus hiſce copioſe diſſerit *FRIDERICVS LVCAE.* (a) Pauca addidit *HEINECCIVS* in *Antiquitatibus Goslarienſibus.* Tabulam genealogicam ſupra dedi p. 201. To. I. Sigillum exhibeo in *tab.* XXVIII. fig. 5. 10.

Diplomata pleraque, ad Comites hoſce adtinentia latent in tabulario cathedralis eccleſiae Hildeſienſis. Nam ipſi Comites offerebant ſua bona ſubinde Epiſcopis, ac nonnulla donabant vel cedebant, quorum loco alia in feudum ſuſcipiebant, rati, ſeſe ſuis commodis aliter conſulere non poſſe. En Comites ipſos:

*Adelbertus* dicitur iam a. 993 floruiſſe.

*Sifridus* in Diplomate ad a. 1064 occurrit.

*Meinhardus* dicitur a. 1081. occubuiſſe in praelio ad Merſeburgum, vbi Henricus IV. deuicit Rudolfum AntiCaeſarem. (b)

*Eiko* obuius eſt in Diplomatibus Lotharii Regis et Imperatoris a. 1129. 1131. Ipſe cum filio Nichungo occurrit ad annos 1128. 1131. apud Heineccium in Antiqq. Goslar. p. 125.

*Nihingus* occurrit in Diplomate Lotharii eiusdem ad a. 1131. *Nitlungus de Sladem* teſtis eſt in Diplomate Bernhardi Epiſcopi Hildeſienſis ad annum 1145.

*Henricus* a. 1167 memoria fuit dignus. Ipſe eſt obuius in Adelhogi Epiſcopi Hildeſienſis diplomate circa haec tempora.

*Henricus* alius a. 1209 Ottonis IV Caeſaris fuit *Marſchalcus*, (c) quem puto ad Comites de Catalin, Sueuos, referendum eſſe.

*Ludolfus* occurrit ad annum 1221. *Henricus* ad a. 1231. et ad annum 1246 in Diplomate Conradi Epiſcopi Hildeshemenſis.

*Ludolfus*, Henrici filius, fuit primo Praepoſitus Goslarienſis, deinde Epiſcopus Halberſtadenſis. Tradunt, eum obiiſſe anno 1232; Cotzebuvius mavult annum 1241. (d) Ad annum 1246 Hermannus et Henricus, Comites Woldenbergenſes, decimam iuxta Klenen Nauwen Conrado Epiſcopo Hildeſienſi reſignarunt. Inter teſtes eſt obuius *Henricus iunior, Comes Slademenſis.* (e) Cotzebuvius hunc pro Ludolfi fratre habet. (f)

*MEINHARDVS* ſeu *MEYNERVS* a. 1285 ſuſcepit a Capitulo maiori Goslarienſi curiam clauſtralem iam ruinas minantem, eo fine, vt vna cum vxore *Adelheide* eam ad tempus vitae repararet et inhabitaret. Sumtus ipſos donauit eidem Capitulo in remedium animae ſuae. Fide iuſſerunt *nobiles viri Otto Comes de Everſten, Conradus de Werberg et Conradus de Piſcina.* Teſtes fuerunt *Hermannus de Werberg, Hermannus de Gowiſch, Borchardus de Wildenſtein, Giſo et Volcmarus fratres et milites dicti de Goslaria.* (g) Idem Meynerus a. 1394 pridie B. Martini Epiſcopi Francobergenſi coenobio contulit manſum in Werre ſitum, quem Bernhardus de Werre vaſallus ſuus ſororibus votiuis deſtinauerat. (h) Anno ſequenti donauit eccleſiae collegiatae Gandershemenſi bona in vtroque Eggelſen ſita, cum aduocatia. Comites Slademenſes circa annum 1291 partes Henrici Mirabilis, Ducis Brunsuicenſis, tuiti ſunt aduerſus Sifridum Epiſcopum Hildeshemen-

(a) Im *Grafen-Saale* p. 1101. ſq.
(b) M. *Ioann. Sam. STRAVSSII poſitiones hiſtoricae de Rudolfo Sueuico Anti-Caeſare.*
(c) In Diplomatibus apud I. G. *LEVCKFELDIVM Antiqq. Walkenred.* c. 18. p. 361. 364.
(d) In *Chronico Montis Francorum* p. 19.
(e) Ibidem p. 17.
(f) Ibidem p. 19.
(g) Diploma exhibet I. G. *LEVCKFELDIVS* in *Append.* IV. *ad Antiqq. Poldens.* p. 303.
(h) *CHRONICON montis Francorum* p. 48.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hemenſem. (i) Sed impetus ille mox conquieuit. Meynero tribuunt vxorem *Adelheidem*. Sic quidem recte. At ipſam fuiſſe Ottonis IX, Comitis Eberſteinenſis, filiam, vix credibile, ſiquidem Meyneri filia, *Lutgardis*, eidem Ottoni IX nupſit. (k)

*HENRICVS*, vxore vſus Cunigunda Comite Woldenbergenſi, crebrum in *Diplomatibus* eſt nomen. (l)

*VOLCMARVS* circa id aetatis etiam occurrit. (m)

*MEYNERI* et *ALBERTI* donationem ad a. 1312. exhibet Heineccius. (n)

Tandem anno 1362 Carolus IV Imperator Comitatum Slademenſem addixit Epiſcopatui Hildeſemenſi, haud inuito Comite Alberto. En diploma ipſum:

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis feliciter Amen. *CAROLVS quartus* diuina „ fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Boëmie Rex ad perpe„tuam rei memoriam. Decet imperialem clementiam iuſta petentium deſideriis cle„menter, annuere ſeque ſuis deuotis in his, que rationi conſonant, fauorabilem exhi„bere. Sane pro parte Venerabilis *HENRICI* Hildeshemenſis Epiſcopi, Principis et „deuoti noſtri dilecti, porrecta noſtro culmini petitio continebat, vt ipſe *caſtrum Scladen* „cum omnibus iuribus et pertinentiis eius et ſpectabili *ALBERTO Comite de Scladen*, fi„deli noſtro dilecto, pro eccleſia ſua Hildeshemenſi, a qua dictum caſtrum, ſicut aſſe„rit, hactenus tenebatur et dependebat in feudum, pro certa pecunie quantitate com„parauerit eidemque eccleſie incorporauerit per ipſum, eccleſiam et Epiſcopum Hildeshe„menſem, qui nunc eſt et pro tempore fuerit, iure proprietatis et veri dominii perpe„tuo poſſidendi, contractum emtionis et venditionis ac incorporationem huiusmodi ap„probare et confirmare autoritate Ceſarea dignaremur. Nos quoque dicti Epiſcopi pre„cibus iuſtis et rationalibus favorabiliter inclinati emptionem, venditionem, incorpo„rationem prefatos, in modo et forma, prout rite, rationabiliter et proinde proceſſerint, „ratas habentes et gratas, approbamus, et tenore preſentium de certa ſcientia autorita„te Ceſarea confirmamus, noſtris ac ſacri Imperii ac aliorum ſalvis iuribus in premiſſis. „Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtre Maieſtatis infringere, vel ei „auſu temerario contra ire, ſub pena indignationis Ceſareae, et ſub pena quinquagin„ta Marcarum auri puri, quas contra faciens, toties quoties contrafactum fuerit, ipſo „facto ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum quarum medietatem Imperialis erarii, reli„quam vero Epiſcopi et Eccl. Hildesh. uſibus decernimus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis et Dni. Dni. Caroli quarti Romanorum imperatoris invictiſſimi et glorioſiſſimi Boëmie Regis.

„Teſtes huius rei ſunt venerabilis *Theodoricus* Magdeburg: *Arneſtus* Pragenſis Ec„cleſiarum Archi-Epiſcopi, *Ioannes Luthomuslen ſacre imperialis aule Cancellarius*, Ioannes „Olmucenſis et Bartholdus Eiſtetenſis Eccleſiarum Epiſcopi Illuſtris Rudolphus Saxoniae „Elector, ſacri Romani imperii Archimarſcallus, Otto Brandenburg. Marchio, *Ridacka„rus* Brunsuicenſis, et *Henricus* Lignicenſis, Duces ſpectabiles. Burchardus Magde. „Magiſtri curie noſtre imperialis, et Fridericus Nurbergens. Burgravii Nobiles Tymmo „de Coditz Magiſter imperialis Camere, et Leupoldus de Nortemberg Imperialis co„quine noſtre Magiſter, et alii quam plures noſtri et Imperii ſacri Principes, nobiles, „et fideles, preſentium ſub Imperialis Maieſtatis noſtre ſigillo teſtimonio literarum. „Datum Nurnberg Anno Dni. Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſecundo, indictione „decima quarta, 3 Kal. Februarii Regnorum noſtrorum Anno ſexto decimo, Imperii „vero ſeptimo.

„Correcta per Ioannem Decanum Glogoman per Dominum „Nicolaum de Chremis."

Sigillum repraeſentauit leonem coronatum et ſubſilientem, qualem vides in *tab.* XXVIII. *fig.* 10.

CAP.

(i) *CHRONICON HILDESH.* p. 756.
(k) *Polycarpi LYSERI Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium in Saxonia* p. 46.
(l) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 328. ſq.
(m) *HEINECCIVS* l. c. p. 311.
(n) Loco laudato p. 332.

## Caput XLV.
# COMITES de SPIGELBERG.

*SPILBERGAWI* fuit olim tractus, a *Spilberg* (a) ſeu *Spigelberg* dictus. Henricus II Rex Comitatum eum donauit eccleſiae Ganderſemenſi, a Bothone tunc temporis adminiſtratum. Anno 1116 *Simon Comes* in ſocietatem S. Viti Corbeienſem ſuſceptus eſt. Ioannes Leznerus dedit quidem tabulam horum Comitum genealogicam. At non licuit reperire documenta hiſtorica, quibus illam comprobare potuerim. Dabo igitur ea, quae mihi inter legendum occurrerunt. Comites ipſi tenuerunt feuda ab eccleſia Ganderſemenſi, vti pateſcit ex p. 850. *Tibertus* ad annum 1144 obuius eſt in diplomate apud *LEVCKFELDIVM Antiqq. Poldens.* p.281. *Ditmarus* a. 1159 ad Mediolanum fuit occiſus. Iodocum ad annum 1165 recenſet Hamelmannus. *Mechtildis* a. 1200 fuit Decana Quedlinburgenſis, a. 1230 ibidem Praepoſita, defuncta 1249. Alia *Mechtildis* a. 1249 ibidem fuit Canonica et ab a. 1250 ad 1270 Decana. Videatur *KETTNERVS* in *Quedlinburgiſcher Kirchen-Hiſtorie* c. VIII. p. 75. ſqq. *Bernhardus* ad a. 1229 obuius eſt penes *LEYSERVM* in *hiſtoria Comitum Wunſtorpienſium* p. 18. *Ermegardis* fuit Canonica Gandershemenſis, a. 1354 Decana, et ab a. 1357 ad 1359 Abbatiſſa. *Ioannes* a. 1338 occurrit in diplomate Iudithae, Abbatiſſae Gandershemenſis. *Ioannem*, Abbatem Werdinenſem, a. 1358 deprehendimus. To. III. Leibn. p. 602. *Adolfus* Abbas Werdinenſis, ad annos 1403. 1409. ibidem eſt obuius. Wilhelmus de Monte vicit a. 1407 Comitem Spigelbergenſem, teſte *ERDMANNO* in *Chronibo Osnabrug.* p. 242. To. II. *Meibom. Philippus*, qui vxore vſus eſt ſorore Wilbrandi Comitis Hallermundani, amiſit a. 1422 caſtra Oſen et Grone, teſte *KORNERO* in *Chronico Luneburgico* To. III. Leibn. p. 201. Ipſe (b) a. 1435 Wilhelmo ſeniori, Duci Brunſuicenſi, caſtrum *Hallermunt* tradidit. *BOTHO* ad e. a. p. 403. Frater ipſius *Mauritius* exſtitit Abbas Corbeienſis ab anno 1418 ad annum 1434. *ANNALES CORBEIENSES* p. 316. ſq. To. II. Leibn. Philippus genuit liberos, Mauritium, Iohannem, Fridericum et Gerhardum. *Mauritius* fuit Praepoſitus Embricenſis et Canonicus Colonienſis, a. 1485 Heidelbergae exſtinctus. *HAMELMANNVS Opp. Geneal. hiſt.* p. 414. *Iohannes* fuit Canonicus Colonienſis. *Fridericus* apud *TELOMONIVM* p. 93. To. II. Leibn. eſt obuius. Vxorem ei tribuit Rotulus noſter *Eliſabetham*. *Gerhardus* a. 1461 emit caſtrum Sladem iure pignoris ab Erneſto Epiſcopo Hildeſienſi, vna cum ſociis. Diploma exſtat in tabulario cathedralis eccleſiae Hildeſienſis. *Fridericus* procreauit *Fridericum*, cuius ad annum 1492 Telomonius l. c. meminit; Walburgem Abbatiſſam Gandershemenſem ac Wunſtorpienſem; *Mauritium*, ad a. 1492 cognitum, cui fuit vxor *Alheidis*, Comes Lippiaca; *Iohannem*, cui tribuunt vxorem Comitem Solmenſem; ac filias. *Iohannes* generauit *Iohannem*, *Annam* aliasque filias. Iohannes gemino matrimonio gauiſus eſt. Vxor prior fuit Comes Pirmontana, per quam ſuos in hereditatem Comitatus Pirmontani transtulit. Poſterior fuit Comes Dipholtina. Anna nupſit Diderico, Domino Pleſſenſi. Ex Iohanne natus eſt *Fridericus* III, poſſeſſor Comitatus Pirmontani. Vxor ei tribuitur Comes Hoënſteinia. Reliquit ipſe *Mariam*, Abbatiſſam Eſſendienſem, (c) *Philippum*, qui obiit a. 1578. 10 Aug. *Vrſulam*, Hermanno Simoni Comiti Lippienſi nuptam, ac Walburgem, quae ducta fuit a Georgio, Comite Gleichenſi a. 1558. Vrſulae filius Philippus, heres Pirmonti ac Spigelbergae, anno 1584 obiit. Walburgem cum Georgio nexu nuptiali iunxit Ditericus, nobilis Dominus Pleſſenſis. Georgius deceſſit a. 1599. 5 Octobr. Arnhemii in Comitatu Geldriae, relictis liberis Wolfio, Sigismundo, Eliſabetha, Margareta, Philippo Erneſto, Iohanne Ludouico et Georgio III, quorum penultimus a. 1633. exſtinctus (d) proſapiam Comitum Gleichenſium clauſit. Sigillum Comitum Spigelbergenſium videre eſt in tab. XXVIII. fig. 4.

Diplo-

(a) Alius *Spileberg* pagus eſtitit in terminis Thuringiae, prope Salam. Vide diploma Iuttae Abbatiſſae Quedlinburgicae p. 782. To. I. *Menck.*

(b) Anno 1434 Otto Claudus, a cognato Wilhelmo ſeniori adiutus, bellum intulit *Mauritio*, Comiti Spigelbergenſi et arcem Hachmöle oppugnauit.

(c) Obiit ipſa a. 1561. Dominica poſt Mariae.

(d) *Caſp. SAGITTARIVS* in *Hiſtoria der Graſſchaſt Gleichen* Lib. III. c. 7. ſqq.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

### Diploma Gandersheimenſe:

We *ERMEGART von SPEYGELBERGE Proueſtinne*, *Margareta von Wilnaw* (*) *Dekinne*, *Elizabeth von Dorſtad*, *Margareta von Aſpermont* Canonice, *Theodericus Schaper Senior*, Fruwen, Hern, vnde dat Cappittel des frigen wertliken Stichtes to Gander-ſem bekennen vnd betugen mit duſſen openen beſegelden breve vor vns vnde vnſe nakomen, dat we hebben vorkofft vnde *vorkopen* iegenvvordigen in crafft duſſes breves *dem* geſtrengen *Diderike van Linde* , ſinen rechten eruen vnd holder duſſes breues mit ſinen willen *vor hundert* gude vulwichtige rinſche *gulden* , de we beredelken von ome entfangen vnde vord in vnſes Stichtes nud vnd frommen gevvant vnd gekart hebben - - eynem *vnſem halven meygerhoue to Eggelſen* , den buvvet vnde fruchtet nu Bode Eggerdes *vnde driddehalver hove darſulves* , de von os in pachtesvvis hebben Bernd Olrik vnde Conrad Metten, buten vnd binnen dem dorpe belegen , mit allen tobehoringen vnd me de benomen mach, vvelker halffen meygerhoff mit den gūten hoven an korne, gelde vnd homen ſo darvan vallen mach me faren ſammen vnd bringen ſchal alle iarlikes to Hildeſem in eynes fromen borgers hus vnder vnſe ſtichte koſte in de ſtad Hildeſem, vnde duſſen vorbenompten Diderik von Linde vnde ſinen medebenompten ore ſeuen gulden alle iar vppe ſunte Michelis dach allererſt goutliken geuen dar vt - - betalen ſunder vertoch vnd inſage. Ede ſchege daner ſodane betalinge nicht , alſe vorſcreven is, ſo mochten ſeh Diderik van Linde -- duſſer verſcreuenen gode vndervvinden, de rente vnd gulde, alſe darvon vallen vvere, vn vvil - - vn ſeven gulden - - betalen - 1356 an ſunte Remigius dage des hilgen Confeſſoris.

## Caput XLVI.
# COMITES de STADE,
## quorum nonnulli fuerunt Marchiones Saxoniae ſeptemtrionalis, et pagum *Dobberke* ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerunt.

Synopſis. §. 1. *Stemmatologia.*
§. 2. *Vitae et res geſtae ad Comitem Vdonem I.*
§. 3. *Vitae et res geſtae Comitum ab Vdone I ad finem.*
§. 4. *Archiepiſcopi et Duces Bremenſes, qui Comitatum Stadenſem tenuerunt.*

### §. I.

Stirpem Comitum Stadenſium maxima ex parte nobis Albertus Stadenſis conſeruauit ad annum 1144. Neſcio tamen, quî euenerit, vt in poſteritate Henrici III et Sigfridi I auctores diſcrepent. Albertus tribuit Henrico Bono filios Henricum III et Sigfridum I. En verba: *Hic adpellatus eſt Bonus , et genuit duos filios , Sifridum Comitem, qui Stadium aedificauit. Hic, a piratis capto caſtro , cum fratre comprehenſus eſt. Frater quum in tranſtris, compedibus vinctus, ſederet, in nauim piſcatoris ſaliuit, et ſic abductus ſaluatus eſt. Piratae ſiquidem dederant pacem volentibus redimere captiuos, et ita patuerat aditus piſcatori. Barbari ergo , de fuga principis offenſi , fratri , videlicet Sifrido , vtramque manum amputauerunt. Elapſus autem, finitimos colligens, piratas vicit, et, quos viuos comprehendit, ſuſpendit prope Stadium in loco, qui ab eodem euentu WARGABOR vocatur. Mutilatus autem liberatus eſt, et vxorem duxit de Bawaria et genuit filium Sifridum, fratre mortuo ſine herede. Iunior Sifridus vxorem duxit Adelam.* Fuſius nonnulla momenta idem recenſet ad annum 988. Chronicon Quedlinburgenſe, annis et fide praeſtans , annum cladis 994 determinat, fratresque captos determinat *Henricum Vdonem*, *Sifridum* , quorum medius fuerit interemtus. Ad-

(*) Nobiles *de Wilnowe* quaerendi ſunt in Thuringia aetatis mediae. *LAMBERTVS Schaffnaburgenſis continuatus* ad a. 1307. To. I. p. 437. ed. Struv. *Ciues Iſnacenſes, videntes ſe opprimi, a rege Alberto auxilium contra filios Landgrauii frequenter poſtulabant, qui quendam nobilem, dictum de Wilnowe, cum manu valida eis miſit.* Vocatur idem *regis aduocatus , nobilis de Wilnowe, frater Abbatis Fulaenſis*, in *HISTORIA* de Landgrauiis Thuringiae c. 81. p. 1337. ed. Struv. To. I. Piſtor. *STRUVIVS* monet, legendum eſſe potius *Wildenau.*

Addo Ditmarum, Epiſcopum Merſeburgenſem, cuius mater horum erat ſoror. Hic ita memoriae prodidit: (a) *Tres auunculi mei, Henricus, Vdo et Sigefridus cum Ethelgero, ceterisque compluribus, piratis ſua depopulantibus, IX Kal. Iulii nauibus occurrunt, factoque inuicem certamine Vdo decollatur; Henricus autem cum fratre ſuo Sigefrido et Ethelgero deuictus, a peſſimis hominum captus deducitur.* Deinde addit idem, loco Henrici filium eius vnicum Sigfridum manſiſſe obſidem; Sigfrido autem primo filium exſtitiſſe nullum. Supereſt igitur, vt perhibeamus, tum nondum ei fuiſſe filium, ſiquidem *ANNALISTA SAXO*, autor in genealogica re non contemnendus, et clare ſingula elocutus, a nobis in concinnanda tabula fuit ob oculos poſitus, qui Sigfrido I filium Luderum adtribuit.

# Tabula Genealogica:

*

*HENRICVS* I *caluus*. Vxor *Hildegarda*.

*HENRICVS* II bonus, Canonicus primo Hildesheim. Vxor *Iuditha* filia Vdonis I Ducis Franconiae † 973. 26 Oct.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* III captus 994. † 1016. Vx. *Mechtildis*. | *VDO* I occiſus a Danis 994. 9 Kal. Iul. | *SIGFRIDVS* I captus a Danis 994. redemtus. Vx. *Adela*, filia Geronis C. de Alesleve. | *Cunigunda*, vxor Sigfridi C. Walbecc. | *Hadwiga* Abbatiſſa Hesling. 973. |
| *SIGFRIDVS* II | | | Ditmarus Ep. Merſeburg. | |

Children of Sigfridus I:

| | | |
|---|---|---|
| *LVDERVS* † 1080. Vx. *Adelheidis*, amita Rudolfi Ducis Sueuiae, qui † 1080. 15 Octobr. | *Irmengardis* Abbatiſſa Alvesleb. | *Berta* Abbatiſſa Alvesleb. |

*VDO* II, Marchio primus in Aldesleve † 1082. 4 Non. Maji. Vx. *Odonis*, priuigna Ottonis Ducis Bauar. et Comitis Northeim. filia Hermanni Comitis Werlenſis. † 1111.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* IV *Longus* Vx. de Ruſſia, *Eupraxia* ſeu *Praxedes*, ſeu *Adelheida*, poſtea in vxorem ab Henrico IV Imperatore ducta. | *VDO* III ſeu *Lotharius* † 1107. Vx. *Ermegarda*, ſoror Helperici C. de Plozke, nupta poſtea Gerhardo C. Heinsberg. † 1119. | *RVDOLFVS* I. Marchio ad VIII annos, Vdone III defuncto † 1124. Vx *Richardis*, filia Hermanni ex Franconica. | *SIGFRIDVS* III Praepos. Magdeburg. ad S. Nicol. et Canon. eccl. mai. | Filia Abbatiſſa in Alsleben. | *Adelheidis* vx. 1) Friderici III Comitis Sommerſeburg. et Gotteſecenſis 2) Ludouici Saltatoris. † 1110. |

Children of Henricus IV:

| | | |
|---|---|---|
| *HENRICVS* V. Marchio. Vx. *Adelheid* ſoror Alberti Vrſi. Ipſe † 1128. | *Filia* I. vx. Henrici Marchionis Ileburg priuigni Rixae Auguſtae, nata ex Gertrude. | Filia II. vxor Popponis C. de Henneberg. |
| *Hedwigis* Abbatiſſa Hesling et Gerenrod † 1152. — *Eila* vxor Bertholdi C. de Wolfegge; Wichmannus Ep. Citicenſis. | *Albertus* C. de Oſterburg 1180 Chrō. Mariaethal. p. 257. | |

Children of Rudolfus I:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *VDO* IV Vx. *Beatrix* ſoror Hermanni C. de Wincëburg. Ipſe † 1140. | *RVDOLFVS* II periit in Ditmarſia 1144. Vx. *Eliſabetha* ſoror Ottocari C. de Stiria. Obtinuit ipſe Marchionatum Alberti Vrſi 1140 ad 1142 | *Hartwicus* Praep. et Archi-Ep. Brem. † 1168. | Abbatiſſa. | *Ita*. vxor Friderici I. C. de Sommerſeburg. | *Lutgardis* † 1152 nupſit 1) Friderico II C. de Sommerſeburg 2) Erico Lam R. Daniae 1044 ad 1047. 3) Hermanno C. de Wincenburg |

Children of Lutgardis:

| | | |
|---|---|---|
| N. N. filia nupta Henrico C. de Schwarzburg. | N. N. filia nupta Maguo Burzio R. Dan. | N. N. Canonica. |

*

*Reinholdus* Vxor ex Anglia

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Fridericus*, adminiſtrat Comitatum Stadenſem 1126 † 1135. 13 Apr. | *Vlricus*. | *Odilia* Abbatiſſa in Hesling. | *Rockelen*. Vxor C. de Waldeſtorp. |

§. II.

(a) Annal. L. IV. p. 352.

§. II.

Regio, Stadae adiecta, olim Comitibus nonnullis fuit adtributa, vt Dithmarſos vsque ad Eideram regerent, et Danos ab incurſatione littorum auerterent. *Henricus* III incoluit vrbem *Herseveld*; (*) Sigfridus autem primus vrbem *Stethu*, ripae Albis meridianae adiectam permuniuit et vocauit *Stadium*, ex ripa i. e. *geſtade*, procul dubio. Vdo II Marchionatum Aldesleuenſem cum Comitatu coniunxit, quem ex integro, vna cum Comitatu Dithmarſiae, ab Ida impetrauerat. *Herſevelda* non adeo fuit remota (f) ab vrbe Hamburgi, prope Roſſeveldam ſeu Roſaveldum. (g) Tabulas genealogicas de Comitibus Stadenſibus condiderunt praeter Albertum Stadenſem, in quo nonnulla notauimus, Albertus Crantzius, (h) qui nonnulla omiſit: Caſparus Danckwerth, (i) qui a Ludero ſeu Lothario ſeriem inchoat: Henningius, (k) qui ficta admiſcet: Reinerus Reineccius, (l) qui Sigfridum I et II permiſcet ac vnum Sigfridum plus iuſto intexit: Iohannes Hybnerus, qui a Sigfrido I deducit poſteros contra auctoritatem Ditmari et alia admiſcet falſa: Lunebergius Mushardus, qui (m) diligentiam ſuam omnibus probauit: et Pfeffingerus, (n) diligentiſſimus, excepto quod a Sigfrido I deducat Luderum: atque Conradus Bertholdus Behrens in Antiquitatibus genealogicis, quae nondum viderunt lucem. Inſignia Comitum fuerunt, ſi Henningeſio credimus, fuerunt caput nigrum bubali in area nigra et leo aureus, ſupra Lunam conlocatus. Sed auctoritatem merito requirimus. Nobis conſtitutum eſt, vnice niti teſtimoniis veterum genuinis. *Henricus Caluus* adtingit viuendo Henrici Aucupis tempora. Albertus Stadenſis, per errorem, vel ſuum vel librarii, pronuntiat, eum *tempore Imperatoris Henrici* II floruiſſe. Albertus Crantzius errorem illum emendauit. Henricus Caluus ex vxore Hildegarda ſuſcepit (o) Henricum II, cognomento *Bonum*, et, auctore Erpoldo Lindenbrogio, plures liberos, et inter eos Ottonem, cuius filiam *Ehrentrudim*, Woldemaro Aſcaniae Comiti nouimus nuptam. (p) Henricus fuit primo Canonicus Hildesheimenſis. Ex eo viuendi genere a ſuis reuocatus, caſtrum Herſenvelde deſtruxit, et Praepoſituram ibi fundauit, praediis ac ornamentis ampliſſimis eo collatis. Haec Albertus Stadenſis. *ADAMVS BREMENSIS*, (q) Praepoſituram illam eſſe conditam in loco Roſafeldun, memoriae prodidit. Annum 1001 definit *CHRONICON SLAVICVM* (r) Annum 988 mauult Henningeſius. Ex vxore *Iuditha* Henricus Bonus procreauit. (**) Henricum III, Vdonem I, Sigfridum I, Hedewigem Abbatiſſam Heslingenſem, et Cunigundam. Hybnerus addit Hedewigem Abbatiſſam Gernrodenſem et Eilam. Sed hae pertinent ad medium ſaeculum XII. Qua de cauſſa eas reieci ad Henricum V. Pendeo animi, vter Henricorum fuerit ille, de quo *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad annum 972 (s) nonnulla refert, quae Hermanni Billungici ambitionem et Henrici modeſtiam declarant. Hermannus enim ille inſtar Imperatoris, Ottone Caeſare in Italia agente, Magdeburgi ab Archiepiſcopo et ciuibus fuerat ſuſceptus, et ad templum cathedrale ductus a Praeſule, accenſis luminaribus et campanis cunctis ſonantibus. Pergit Chro-

(*) *DITMARVS* L. V. *Annal.* p. 353.
(f) *WOLTHERVS* in Vita Adalberti Archiepiſcopi Bremenſis p. 44. To. II. Meibom.
(g) *ADAMVS* Bremenſis H. E. L. II. c. 31. p. 64.
(h) Saxon. L. VI. c. 5.
(i) Deſcript. Holſatiae P. III. c. 16. p. 293.
(k) Part. II. 2di et 3tii regni in IV Monarchia p. 198.
(l) In Appendice genealogica ad Chronicon Alberti fol. 14. b. ſqq.
(m) In Monumentis antiquae nobilitatis Bremenſis p. 16. ſq.
(n) In Vitriario illuſtrato P. II. p. 677. Ed. II.
(o) *ALBERTVS* Stadens. ad a. 1144. p. 163.
(p) In *Asel Chronick MSto*, teſte Mushardo l. c. c. II. §. 1. p. 3. et c. VI. p. 16.
(q) Loco laudato p. 64.
(r) Apud Lindenbrogium p. 253.
(**) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1056. p. 448. *IDEM* ad a. 969. p. 319. *Henricus Comes de Stade et Iuditha genuerunt tres filios, ſcilicet Henricum, Vdonem et Sigefridum, et tres filias.*
(s) Ed. Leibn. p. 185. ſq. At dubium tollit *ANNALISTA SAXO* ad a. 969. p. 319. ſq. *Ibi* (Magdeburgi) *Comes Henricus de Stade tantae reſiſtentem ſuperbiae dolo capere Dux* (Saxoniae, Herimannus) *niſus non potuit, quia hunc militum magna caterua vallabat. - - Comes praefatus, quia Caeſaris* (Ottonis I) *fuit conſanguineus gratiam imperialem vsque in exitum vitae ſuae fideliter obtinuit. Habuit vxorem nomine Iuditham, ſororem Vdonis Ducis, qui poſtmodum ſub Ottone Rufo in Calabria cum multis occubuit. - - Sepultus eſt* (Henricus) *cum coniuge ſua in Heſunge.* Vdo ille II fuit filius Vdonis I Ducis Franconiae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Chronographus: *Heinricus autem Comes de Staden, tantae inſolentiae obſiſtere volens, non valuit quidem ad praeſens, ſed a Duce ob vindictam iniuriae* (abire) *iuſſus, iter aggreſſus, et, transcenſis Alpibus, venit ad Imperatorem.* Doluit Imperator de inſolentia Hermanni Archiepiſcopum mulctauit, Comiti autem Henrico torquem auream donauit gratiamque confirmauit. Anno 993 Henricus III, Vdo I et Sifridus I cum Ekkihardo Marchione inſignem Ottoni III operam contra Slavos, Brandeburgo imminentes, nauauerunt. Reſtiterunt aduenientibus copiis Slavi, easque in duas disiecerunt partes, quarum vna in vrbem irrupit; altera, occiſis nonnullis, rediit. Aduolauit mox ipſe Caeſar et rebelles penitus ſubmouit, (t) vrbemque denuo ſubactam diu retinuit intactam. Poſthaec anno ſequenti tres illi fratres (u) damna fecerunt luctuoſa in certamine, cum piratis Danorum ad Stadium commiſſo, ad 23 Iunii. Incurſauerant per oſtium Albis praedones: occurrerunt eis praeter tres hoſce fratres Thidericus ac Ethelgerus, Comes vterque. Vdoni capto hoſtes caput ceruicibus abſciderunt. Omnes victi captique. Bernhardus Dux Saxoniae, Luneburgi ſedere ſolitus, nuntios propere ad ipſos redimendos miſit. Piratae, ad pacem ineundam promti, ingens redemtionis poſtularunt pretium. Chronicon Quedlinburgenſe, ipſos VII millibus talentorum eſſe redemtos, docet. Antequam numi pro redemtione ſoluerentur, Sigefridus tentauit liberationem e cuſtodia. (§. I.) Dedit Imperator Otto, ſeu Rex, quantum potuit: Chriſtiani Principes benignitatem ſuam itidem exercuerunt: in primis Cunegunda conuaſauit ſingula pro eripiendis fratribus. Retinuerunt piratae loco Henrici II Sigfridum filium vnicum cum Garevardo et Wulferemo, loco autem Ethelgeri avunculum Thidericum. Sigfridus ille, filius Henrici II vnicus, tum caruit filio et ea de cauſſa ex Cunegundae liberis ſocium ſibi mitti voluit. Inter haec, antequam ſingula perſoluerentur, euadit e manibus piratarum Sigfridus. At quis ille? Pergit Ditmarus: (*) *Piratas Comes vix euadens, quum littoris ſecuritatem attingeret, vt prius ipſe praecepit, paratos inuenit equos et ad ciuitatem ſuam, Herſeveld dictam, vbi frater ſuus Henricus et vxor eius* (**) *ETHELA, tanti gaudii inſcia, fuit, pergere properauit.* Hinc adparet, Sigfridum I eſſe intelligendum, eosque alucinari, qui Sigfrido huic filium tribuunt cognominem. Piratae illi Normannici ſeu Danici a profeſſione olim vocabantur *frangen.* Vox haec inter Saxones nondum deſiit, apud quos in hiſce terris vocatur *homo validus et certaminum ſtudioſus ein frange.* Manus conſerere et rapinas exercere noſtris eſt *frangen.* Admodum eſt probabile, Francos exinde olim fuiſſe dictos. minime vero a *franc* i. e. *liber.* Piratae, fuga Sigfridi ad iram accenſi, in captiuos reſiduos crudeliter conſuluerunt, terrasque adiectas rapinis denuo infeſtarunt. Sed redierunt Sigfridus, aliique cum Bernhardo, Saxonum Duce, et praedones, memorabili edita pugna proſtrauerunt. Nam, Helmoldo teſte, altera pars piratarum, per Viſurgim nauibus ſubuecta, omnem ripam vsque ad Leſtmonam ſeu Lesmoniam ſiue Lescinouam vaſtauerat et cum maxima captiuorum multitudine ad paludem Glindesmor peruenerat. Sed miles captiuus, dux itineris delectus, eos ad impeditisſima voraginis loca deduxerat, in quibus fatigati et ab inſequentibus Saxonibus deuicti ſunt, occiſis XX millibus. *Albertus Crantzius* (x) ſocium captiuitatis *Thidericum* venditat pro Sigfridi I fratre. Sed in eo indubie fallitur. Cunegundam Sigfridi I fuiſſe ſororem, Dithmarus diſtincte ſatis teſtatum fecit. *Hedwigis* altera nititur teſtimonio eiusdem Dithmari (y) fuitque educata in coenobio *Heslinge*, a Comite quodam *Hed* in honorem S. Viti conſtructo, ibique duodecennis a. 973 Kalendis Maii creata fuit Abbatiſſa, inuito patre. Paullo poſt excesſit e vita VII Kal. Nouembr. *Iuditta*, Henrici Boni

(t) *DITMARVS Ann.* L. IV. p. 352.

(u) *DITMARVS* l. c. *CHRONICON Quedlinburgenſe* ad a. 994. p. 282. *HELMOLDVS Chronica Slavorum* L. I. c. 15. p. 551. To. II Leibn. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 988. 1144. *ADAMVS Bremenſis* H. E. L. II. c. 22. p. 57. *ANNALISTA SAXO* ad a. 992. et 994. *ANNALES Hildesh.* ad a. 994. p. 720. To. I. Leibn.

(*) L. IV. p. 353.

(**) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1016. p. 442. *Henricus, Comes filius Henrici de Stathe, in Chriſto et in ſaeculo multum valens, iuſta ſenectute in bono fine obiit VI Non. Octobris. Vxor eius Machtildis dicebatur; flor uerat que vterque in omni bonitate: vnde vsque hodie multi frequentant ſepulcra eorum, vbi mira quaedam dicuntur viſa.* Succeſſit ei in Comitatu frater Sigfridus, ex conſenſu Principum Caeſarisque in comitiis Goslarienſibus declarato. *DITMARVS* L. VII. p. 413. *ANNALISTA SAXO* p. 446. annum ſucceſſionis determinat 1017.

(x) *Saxoniae* L. VI. c. 5. *ADAMVS Bremenſis* c. 73. p. 22. vocat eum nude *Thidericum*.

(y) *Annal.* L. II. p. 340.

ni vxor, quam filia Abbatiſſa in templo coenobii ſui pulchre exaedificato honorificentiſſime ſepeliuit. (z) *Emnilda* fuit matertera Sigfridi, Comitis Walbeccenſis, mariti Cunegundae: ideoque huc immerito trahitur. (aa) *Henricus* quidam et *Vdo confratres* vna cum Sigfrido iuniori et Bennone, Sigfridi ſenioris Comitis Northeimenſis filiis, anno 1002 trucidarunt Comitem Ekkehardum, competitorem diadematis regii, in coenobio *Polithe*. (bb) Verum prohibet ratio chronologica, quo minus vtrumque hunc caedis ſocium inter Comites Stadenſes quaeramus. Henrici III vxor *Ethela* e terris Bauaricis fuit oriunda, peperitque Sifridum II. Sigfridus autem II ſine heredibus obiit. Sigfridus I vxorem duxit *Adelam* (†) et ex ea genuit Luderum. Celebratur Sigfridi ſecundi liberalitas erga Herſeveldenſem Praepoſituram, quippe cui bona donauit, prope Berneburgum in *Tribeſe* ſita. (cc) Henningeſius Sigfrido II addidit fratrem Luderum. Verum obſtat ſilentium eorum, quorum auctoritati in vetuſtioribus rebus geſtis inniti debemus. Sigfridus II ex Adela ſuſcepit filium Luderum. Sigfridus I muniuit Stadium, anno, opinor, 986 et 987, quo caſtella iuxta Albiam inſtaurata ſunt. (dd) Luderus ex amita Rudolfi Sueui, Adelheide, genuit Vdonem II. Rudolfus cecidit in praelio iuxta Merſburgum a. 1080 Id. Octobr. (ee)

§. III.

Vdo II ſuſcepit Comitatum Stadenſem ex beneficio eccleſiae Bremenſis Archiepiſcopalis. Duxit *Odonim*, priuignam Ottonis Ducis Bauariae, Comitis Northeimenſis, qui anno 1081 Ducatum Bauaricum amiſit. Ex ea progenuit Henricum Longum, Vdonem II, qui et Luderus dicebatur, Rudolfum, et Sigfridum III Canonicum eccleſiae cathedralis Magdeburgi et Praepoſitum ibidem ad S. Nicolai, filiasque duas, quarum prior fuit Abbatiſſa in Alesleve, poſterior Adelheidis nupſit Ludevico, patri illius Ludovici, qui Landgrauiatum Thuringiae, Hermanno Comiti Winceburgico a. 1130 ereptum, obtinuit a Lothario Saxone. (a) Henricus Longus, maſculo herede nullo relicto ex vxore Ruzica, obiit. Hethwigis, Abbatiſſa Gernrodenſis, in *annalibus Gernrodenſium* (b) traditur fuiſſe filia Henrici Stadenſis Comitis. Verum lacuna ineſt eis annalibus, vt diſtincte non conſtet, in quodnam tempus vita huius Abbatiſſae incidat. Vdo II Marchionatum ſeptemtrionalis Germaniae, qui Brandenburgicus vocari ſolet, in domum ſuam intulit. Apud animum conſtituerat ducere vxorem Eilicam, filiam Magni Ducis Saxoniae. Verum mox deflexit amorem in *Ermengardam*, ſororem Helperici Comitis de Plozeke, qui anno 1119 obiit. (c) Indignati ſunt clientes ipſius fiduciarii id matrimonium, rati, ſeſe pares, ni maiores eſſe, dignitate Helperico. Ex Ermengarda nati ſunt Henricus et filiae duae. Vdo anno 1088 interfuit conuentui Acheimenſi cum Liemaro, Archiepiſcopo Bremenſi, Magno Duce Saxoniae aliisque. (d) Anno 1101 inſigni virtute Brandenburgum Slauis rurſus eripuit. (e) Saxoniae Principes, in ipſum inſurrexerunt a. 1104 et Alesleviam obſederunt. (f) Partem Comitatus Stadenſis, quo potius erat ex matre Ida Ecbertus, hoc occiſo obtinuit. (g) Sed ex hac actione praua contraxit ſibi fortunam aduerſam. Ipſe enim ab Henrico, Slauorum Principis Buthue filio, ex Marchia Brandenburgenſi pulſus, ex taedio et moerore a. 1106. obiit. (h)

Ita

(z) *DITMARVS* l. c. p. 349.
(aa) - - - L. IV. p. 351.
(bb) - - - Annal. L. V. p. 366. *CHRONICON Quedlinburgenſe* ad a. 1002. p. 286.
(†) *ANNALISTA SAXO* ad a. 1056. p. 488. *Haec* (Ioditha) *peperit ei* (Henrico Bono) *liberos Henricum, Vdonem, Sigefridum, qui Sigefridus, defuncto Henrico fratre, Comitatum fratris ſui. a Caeſare, Bavenburgenſis eccleſiae fundatore, ſuſcepit. Habuit vxorem Adelam, filiam Geronis de Alesleve, quem Ruffus Otto Imperator* (a. 979.) *in inſula quadam iuxta Magedaburg decollari iuſſit; quae genuit ei Ludigerum Comitem, qui a plerisque dictus eſt Vdo; eiusque vxor Adelheidis dicebatur, amita Rudolphi Regis; ex qua genuit hunc Vdonem, qui occiſo Wilhelmo a. 1056. primus ex illa generatione Marchiam aquilonalem adquiſiuit.*
(cc) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1144. p. 164. *Albertus KRANZIVS Saxon.* L. VI. c. 6.
(dd) *CHRONICON Quedlinburgenſe* ad a. 987. p. 281.
(ee) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a p. 263.
(a) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1144. p. 164.
(b) To. II. Meibom. p. 430.
(c) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 285.
(d) Apud *Lindenbrogium* inter *priuilegia Hamburgenſia* §. 33. p. 146.
(e) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 278.
(f) *IDEM* ad e. a. p. 279.
(g) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1112. p. 152.
(h) *IDEM* ad h. a. p. 150. Annum ſequentem determinat *CHRONOGRAPHVS Saxo* p. 281.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ita nemo eſt impune ſceleſtus. Vxor eius Ermingardis coenobio nouo, dicto Neumünſter, in Holſatia ſito, donauit praedium ſuum in Elmeshoren. (i) *Henricus* Puer, Vdonis II filius et heres maſculus vnicus, parenti ob praematuram aetatem parenti ſuccedere nondum poterat. Quare Imperator Henricus adminiſtrationem Marchiae Rudolfo, patruo eius, ad octo annos demandauit. (k) Rudolfus ille duxit *Richardem* ex Francia orientali ortam, longe locupletiſſimam, ex qua genuit *Vdonem* III, maritum ſororis Hermanni Comitis Winceburgici, a. 1153 occiſi, occiſum itidem prope Aſcerleuiam a militibus Alberti Vrſi ante prolem ſuſceptam: *Rudolfum*, maritum Eliſabethae, ſororis Ottocari Comitis Stiriae, occiſum ante liberos procreatos idque a Dithmarſis: Archiepiſcopum *Hartwicum*: et *Lutgardem*, vxorem Friderici Comitis Palatini Sommerſeburgenſis, matremque Alberti Comitis Palatini et *Adelheidae* Abbatiſſae Quedlinburgenſis ac Gandersheimenſis. Lutgardis dein, ob propinquitatem generis (*) ſeparata a Friderico illo, nupſit *Erico Lam* Regi Danorum (**) eoque a. 1147 mortuo, vel ab eo repudiata, nuptias celebrauit cum Hermanno Comite Winceburgico, quo cum, enixa iam ei tres filias, praegnans in lecto interfecta eſt anno 1153 menſe Febr. (l) *CHRONOGRAPHVS* Saxo ad a. 1153. (m) *Comes Hermannus de Wincenburg IV Kal.* Februar. *feria* III. LXX *occiſus eſt et coniux eius Luichardis*. Rudolfus reddidit a. 1115 Vdoni III Marchionatus adminiſtrationem, (n) et obiit a. 1124. (o) Litem Henrico de *hereditate Idae* mouit Elimarus iunior, Comes Oldenburgicus, filius Elimari ſenioris et Richenzae. (p) Ida illa erat filia Erneſti II Ducis Sueuiae, quae nupſerat Lippoldo, Comiti Stadenſi, filio Gliſmodis, deinde Dedoni Comiti Dithmarſiae, et ad vltimum Ethelero, Comiti Dithmarſiae. Procreauerat vero *Odam*, virginem votiuam Rintelenſem veloque abiecto vxorem Regis Ruſſiae, *Ecbertum* ab Vdone II occiſum, *Richenzam*, vxorem Elimari ſenioris Comitis Oldenburgici, et *Burchardum*, Archiepiſcopum Trevirenſem. (q) Ecbertus erat cognatus Vdonis II. Nihiloſecius eum peremit ad Wiſtede iuxta Elſtorpe. Mater tum profecta eſt ad auunculum ſuum Papam Leonem IX, a quo ad reconciliationem cum Vdone ineundam commota rediit et hunc in heredem adoptauit. Repugnauit tandem huic pactioni Elimarus iunior, nepos Idae ex Richenza, ad annum 1112. Intercerceſſit tandem lis cum miniſteriali Friderico, cui Vdo II Comitatum Stadenſem tradiderat adminiſtrandum. Verum haec legenda ſunt apud Albertum ipſum. Fridericus ille Comitatum hunc Stadenſem ſibi vindicauit, inuitis Henrico V et Rudolfo I. Verum, ab hiſce tandem expulſus, confugit ad Lotharium, Ducem Saxoniae eumque in ſuas pertraxit partes. Qua de cauſſa Lotharius exſtruxit *Vordam*, id eſt, *Bremervoerde*, qua vteretur tanquam freno Comitatus. Marchiones Brandeburgici dudum Ducibus Saxoniae erant inuiſi. Illi enim hoſce non admodum reſpiciebant. Duces Saxoniae e contrario moliebantur regnum per Germaniam ſeptemtrionalem. Quae aemulatio tandem, ab Imperatoribus Stauffenſibus adiuta, in neruum erupit et Henricum Leonem a faſtigio auctoritatis deiecit. *RVDOLFVS* I Marchio obiit anno 1124. (r) Henricus vero Puer defunctus eſt vita anno 1128. (s) Veneno hunc interiiſſe, et quidem anno 1123, tradunt *ALBERTVS Stadenſis*, (t) *WOLTHERVS* (u) et *Hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium.* (x) A Friderico, adminiſtratore Comitatus, venenum id indubie ſuppeditatum, quippe qui in hac morte omnem ſpem ſuam poſuerat: et, ea ſecuta, numis effecit, vt Albero, Archiepiſcopus Bremenſis, ipſum

(i) Apud *Lindenbrogium* l. c. §. 44. p. 154.
(k) *CHRONOGRAPHVS Saxo* l. c. Fit mentio *Henrici Marchionis* ad a. 1112. in Diplomate Reinhardi Epiſcopi, ſupra p. 179.
(*) Sorores enim *Ida* et *Lutgardis* erant. Illa nupſerat Friderico I patri; haec filio Friderico II, Vterque erat Comes Palatinus Sommerſeburgenſis.
(**) *ERICVS* in *Hiſtoria gentis Danorum* ad a. 1144. p. 300.
(l) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1144. p. 164.
(m) Pag. 304.
(n) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 284.
(o) *IDEM* ad e. a. p. 286. *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 155.
(p) *ALBERTVS* ad a. 1112. p. 152.
(q) *IDEM* l. c. p. 153.
(r) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 286. *ALBERTVS* Stadenſis ad a. 1144. p. 153.
(s) *IDEM* ad e. a. p. 287.
(t) Ad h. a. p. 155.
(u) In Chronico Bremenſi p. 50. To. II. *Meibom*.
(x) Apud *Lindenbrogium* p. 89.

ipſum lege feudali conſtitueret Comitem Stadenſem, (y) id potiſſime ſpectans, vt, competitoribus diſcordia conliſis, rapinam ipſe auferret. Vndenam igitur vitam et dignitatem ſuam ſuſtinuerunt heredes Rudolfi primi? Negari ſane non poteſt, Lotharium Saxonem, qui tunc cum Ducatu Saxoniae regiam dominationem coniunxerat, odiis ſuis obtemperaſſe magis quam rectae conſcientiae. Non enim habebat ſatis, Friderici iniuſtiſſimi vſurpatoris cauſſam exulceratiſſimam defendiſſe; ſed in id quoque incumbebat, vt iuſtos Comites Stadenſes et Comitatu et Marchiae Brandeburgicae poſſeſſione excluderet. Nec vterque conatus eum fefellit. Comitatum enim Fridericus inuolauit; Marchiam obtinuit anno 1130 Conradus, Comes Plozecenſis, (z) filius Helperici, et, eo telis confoſſo (a) a. 1133, nactus eſt eum a. 1134 (b) Albertus Vrſus. Rudolfi heredes ſic ad tenues redacti reditus, luerunt poenam parricidii, ab Vdone II quondam in Ecbertum commiſſi. Helperici illius, de quo diximus, ſoror Irmegardis, Vdone IV mortuo, nupſit Gerhardo, Comiti Heinsbergico. (*) Fridericus vero Comes, turbarum auctor, obiit anno 1135. Idibus Aprilis (c) et Comitatum, iniuria raptum, ad poſteros transferre non potuit. Inter haec Henrico Magnanimo, Lotharii genero, de Ducatu Saxoniae lites ſunt motae, quem Conradus III Imperator Alberto Vrſo deſtinauit. Partes Henrici amplexus Rudolfus II, obſedit cum eodem Luneburgum a. 1139 et expugnauit. Sic Albertus Ducatu Saxoniae deturbatus paullulum conquieuit. (d) Bello per inducias protracto et comitiis Wormatienſibus interpolato, Rudolfus Comes ac Fridericus Comes Palatinus, Alberone Romam profecto, profecti ſunt Bremam eamque expilarunt. Anno 1140 Principes Saxoniae, inuito Conrado Rege, Albertum a Ducatu excludunt eiusque Marchionatum Rudolfo tradunt. (e) Anno 1142 Albertus reſtitutus eſſe perhibetur, (f) Quo facto Rudolfus, Dithmarſos ſubigere molitus, ab eisdem interimitur. (g) *VDO* IV iam anno 1130 a militibus Alberti prope Aſcerslebiam. (h) Dicitur Vdo a Chronographo Saxone *Comes de Francenleve.* Solus ſupererat maſculus heres Hartwicus, Archiepiſcopus Bremenſis, qui paternas ac fraternas hereditates Stadenſes et Ditmarſicas eccleſiae ſuae cathedrali adplicuit, conſentiente a. 1145 Conrado III Rege, (i) repugnante autem poſthaec Comite Palatino Sommerſeburgenſi et Henrico Leone. Conſenſum Regi addidit Fridericus Archiepiſcopus Magdeburgenſis. Sed traditio illa aduerſabatur iuribus, in Imperio Germanico receptis, ſecundum quae ſuccedebant Duces in bona Comitum, ſine herede maſculo defunctorum. Nihilo ſecius Henricus Leo recuperauit Comitatum Stadenſem a. 1168. Poſt varias (†) lites et Imperatorum fauores in Archiepiſcopos Bremenſis eccleſiae Otto Puer a. 1235 recepit Comitatum Stadenſem et anno ſequenti ea de cauſſa pactiones iniit cum Henrico, Praeſule Bremenſi. Nuper tandem Comitatus Stadenſis ſeu Ducatus Bremenſis rediit ad domum Auguſtiſſimam Brunſuicenſem gemina emtione. *Lutgardis*, Hartvvici ſoror, nupſit Alberto II Comiti Palatino Sommerſeburgico, et cum eo benefecit coenobio Marienthalenſi. (k) Ceteros eius maritos antea iam enumeraui. De Comitibus ac Marchionibus Stadenſibus ſcripſit Iohannes Angelius Werdenhagen P. III. libri de rebus publicis Hanſeaticis c. 2. p. 70. ſqq. ed. *Lugduni Batauorum* 1631. 12.

## §. IV.

Archiepiſcopi et Duces Bremenſes, qui Comitatum Stadenſem tenuerunt:

*Hart-*

(y) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1123. p. 155. *WOLTERVS* l. c.
(z) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 288.
(a) *IDEM* ad e. a. p. 289.
(b) *IDEM* ad e. a. p. 290. *Albertus Comes ſuccedit Cunrado Marchioni.*
(*) *ALBERTVS* Stadenſis p. 164. 2. *MEIBOMIVS* in *Chronico Marienthalenſi* p. 254. To. III. rer. Germ.
(c) - - s - ad e. a. p. 160. *WOLTERVS* l. c. *HISTORIA Archiepiſcoporum Bremenſium* apud *Lindenbrogium* p. 90.
(d) *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 161. ſq.
(e) *IDEM* ad e. a. p. 162.
(f) *IDEM* ad e. a. p. 163.
(g) *IDEM* ad e. a. p. 163. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 296. *CHRONICON montis ſereni* ad e. a. p. 18. *HISTORIA Archiep. Bremens.* p. 101.
(h) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 288. *ALBERTVS* ad a. 1144. p. 164. *CHRONICON Magdeburg.* p. 328.
(i) Diploma Conradi habes apud *Lindenbrogium* §. 45. priuilegiorum Archiepiſcopatus Hamburgenſis p. 155. et *LVNIGIVM* in Reichs-Archiv Contin. II. Abtheilung 4 Abſatz XV §. 34. p. 355.
(†) Confer *Vitam Ottonis Pueri.*
(k) *CHRONICON Marienthalenſe* p. 257. To. III. *Meibom.*

*Hartwicus* I, Rudolfi I Comitis filius 1148. † 1168. Fuit vltimus Epiſcopus Hamburgenſis.
*Balduinus* Halberſtadenſis 1168. † 1178.
*Sifridus*, Alberti Marchionis Brandeburgici filius † 1184.
*Gerhardus C. de Lippia*, Epiſcopus Osnabrugenſis, quum Bremam ad ſedem Epiſcopalem vocaretur, a ſuis libenter dimiſſus eſt.
*Hartwicus* II Gerhardo ſubſtitutus † 1207. Ipſi Philippus Imperator a. 1199 adiudicauit caſtrum Stadii cum Comitatu. (a)
*Burchardus* † 1207.
*Waldemarus*, filius Canuti Regis Daniae, Epiſcopus Slesvicenſis et Bremenſis 1208 † 1220.
*Gerhardus* C. de Lippe 1221 † 1259.
*Hildebrandus* C. de Brockhuſen, cuius vicem ſuppleuit Hildeboldus C. de Wunſtorf, Praepoſitus. † 1273.
*Giſelbertus*, Dominus de Branchorſt † 1306.
*Henricus Goltern* † 1306.
*Florentius* † 1307.
*Iohannes* † 1327. *Burchardus Grel* † 1344.
*Otto* I Comes Oldenburgicus † 1349. *Gotofredus* † 1351.
*Albertus* Dux Brunſuicenſis † 1391.
*Otto* II Comes Oldenburgicus † 1402.
*Iohannes* Schlamsdorf † 1421.
*Nicolaus*, Comes Delmenhorſtanus † 1437.
*Balduinus* II † 1441. *Gerhardus* C. de Hoia † 1460.
*Henricus* Comes Schvvarzburgicus † 1497.
*Iohannes* Rodius 1498 † 1511.
*Chriſtophorus*, Dux Brunſuicenſis, ſub quo a. 1522 conciones primas Evangelicas habuit Henricus Zutphanienſis martyr, Monachus Auguſtinianus in ſacello et templo S. Anscharii; miſſa vero a. 1525 in omnibus templis eſt abrogata, in ſolo cathedrali aliquanto diutius remanſit. Ipſe obiit a. 1557.
*Georgius*, Dux Brunſuicenſis, 1558 † 1566.
*Henricus*, Dux Saxoniae, Angariae et Weſtfaliae 1567 † 1585.
*Iohannes Adolfus*, Dux Holſatiae, ſimul Epiſcopus Lubecenſis, natu 1575, electus a. 1586 † 1616.
*Iohannes Fridericus* heres Norvvegiae, Dux Slesvicenſis et Holſatiae, ſucceſſit fratri a. 1596. et duxit in vxorem ſororem Regis Daniae 30 Aug. † 1634.
*Fridericus*, quartus Chriſtiani Regis Daniae filius, Dux Holſatiae, electus 1634, ingreſſus Epiſcopatum inito anno 1635 natus a. 1609. 18 Mart. electus in Regem Daniae a. 1648. 10 Apr. et ex Epiſcopatu ſuo expulſus per pacem Weſtfalicam, qui in *Ducatum* nunc mutatus eſt.
*Chriſtina*, regina Sueciae a. 1648, reſignat diadema regium 1654. 6 Iun.
*Carolus Guſtavus* Rex Sueciae † 1660. 23 Febr.
*Carolus*, filiolus ad regnum adſumtus, natus a. 1655. 24 Nou.
*Carolus* XI a. 1660 Rex.
*Carolus* XII Rex a. 1698. natus 1682.
*Georgius* I Rex Angliae, Elector Brunſuicenſis, fit Dux Bremenſis a. 1719. † 1727. 22 Iun.
*Georgius* II Rex Angliae, natus 1683. ſucceſſit patri.

De cetero non eſt improbabile, Comitem Vtonem IV in Lisga poſſediſſe feuda ab eccleſia Gandershemenſi. Sed eorum memoria intercidit. Genealogiam Comitum Stadenſium ex profeſſo delineatam teſtimoniisque hiſtoricis comprobatam dedit Vir Celeberrimus *Chriſtianus Gottlieb SCHWARZIVS* in To. III. Menck. p. 1115. ſqq.

CAP.

(a) Diploma Philippi habes apud *LINDENBROGIVM* inter *priuilegia Archiecclesiae Hammaburgenſis* p. 195.

Cc cc cc cc cc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Capvt XLVII.
## STOLBERG.

De Comitibus, a *Staleberge* ſeu *Stolberge* dictis, pauca proferre valeo. *Beniamin LEVBERVS* in *Catalogo Comitum*, *Baronum et Toparcharum Saxoniae* To. III. *Menck.* n. 4. p. 1899. ſqq. nonnulla de eis protulit nomina, annis adiectis. Sed doleo, deſiderari nexum genealogicum. Illuſtriſſimi Comites quondam ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerunt Bodveldum et tractum adiectum. Sed proſapiae infeudatae exſtinctae ſucceſſit Domus Brunſuicenſis.

*WOLFGANGVS Comes* a. 1448 tenuit feuda Elbingerodenſia, nempe caſtrum, villam, et praefecturam *Elbingerode*, fodinas ferrarias ferrique parandi officinis *Trockfort*, *Lüdershof*, *Königshof*, *Sauſſenburg*, *Murhol*, et *officina noua*. Facile patet, Comites haec bona tenuiſſe ex infeudatione, a Ducibus Brunſuicenſibus Grubenhagicis peracta. Nam *WOLFGANGVS ERNESTVS*, *IOHANNES HENRICVS*, *LVDOVICVS GEORGIVS* ac *CHRISTOPHORVS fratres* et agnati, Comites Stolbergae, Königſteinii, Rutſcheforti et Wernigerodae, anno 1584 ex conſenſu Sereniſſimorum Ducum Wolfgangi et Philippi bona haec vendiderunt Duci Henrico Iulio, exceptis vecturis publicis, iure praeſidiario militumque conſcribendorum, aliisque iuribus regalibus. Pretium conſtitit in 91303 Ioachimicis et 12 groſſis Marianis. Creditores Comitum fuerant Münchhauſii, Aſchwinus de Holle, Oldershuſii, Franciſcus de Minnigerode, Bado de Adelevſen, Gladebeckii. Contractui ſubſcripſerunt anno 1597 *Wolf Ernſt* Comes, Bartoldus Lüdeke Doctor, Henricus Beſſel.

## Capvt XLVIII.
## COMITES DE SOMMERSCHENBVRG.

Summa. §. 1. *De progenie Alberti Seveke.*
§. 2. *De Thiderico et Sigeberto nonnulla.*

### §. I.

De hiſce inter Aduocatos eccleſiae Gandersheimenſis eſt dictum in Diſſ. II. §. IX. p. 173. ſqq. Spicilegium heic eis adiungimus. Tammone defuncto, Fridericus I, Comes Wettinenſis, Palatinatum obtinuit. (a) Cui anno 1020 mortuo, ſucceſſit filius *DEDO* II, natus ex Agneſa de Wimare, qui cum fratribus Friderico II et Alberto Archiepiſcopo Bremenſi coenobium *Gotteseck* ſeu Gozecenſe fundauit. (b) Duo priores ſeſe vocarunt *Palatinos praeſides*. Chronicon Gozecenſe eos vocat *Palatinos Comites et decretorum regalium maximos Principes*. Dedo a Clerico ad pagum Polethe ad annum 1050 per inſidias perfoſſus eſt quinto Maii, et Goslariae, iuſſu Imperatoris Henrici III ſepultus. (c) Virtus et dexteritas ei Palatinatum Saxoniae peperat. *CHRONICON GOZECENSE* ampliſſima ei tribuit praeconia, hunc in modum: *Rebus militaribus adeo fuit aptiſſimus, vt ſuis temporibus nemini videretur ſecundus. Vnde in expeditione Hungarica, per Regem Hinricum anno 1040 facta, quia cunctis virtute militari ſe praetulit, primus ſtirpis ſuae monarchiam palatii a rege promeruit. Nam eius ductu et ingenio fluvium Rabam Rex transvadauit, et tres vrbes maximas cepit, vaſtauit, atque ſuccendit. - - Eo defuncto, quia filium legitimum non habuit, monarchiam Palatii Dominus Fridericus, germanus eius a rege ſuſcepit.* Nothum Dedo reliquit, nomine Fridericum, Monachum et poſt Abbatem coenobii Gottes-Eck. (d) De anno obitus Dedonis ſcriptores diſcrepant. Annum 1057 determinat *Chronicon breue*. (e) *LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS* (f) definit annum 1056. cum continuatore Hermanni (g) Contracti. Chronicon Gozecienſe, quod Lauterbergenſi a Ma-

(a) *DITMARVS* Ann. L. V. p 368.
(b) *CHRONICON Gozecenſe* p. 106. ſq. ed. Hoffmanni ſcriptor. Luſat. et ed. Mader. p. 207. ſqq.
(c) *Idem CHRONICON* p. 212. *ed. Mader.*
(d) Loco laudato p. 214.
(e) To. III. Leibn. p. 427.
(f) Pag. 163. To. I. Piſtor. p. 324. ed. Struv.
(g) Pag. 298.

Madero eſt adiectum, ambiguitatem praefert, quae latet in verbis: *Anno incarnationis Domini* M. L. III. *Non. Maii.* Veteres poſt ſingulas numerorum litteras ponebant puncta. Vnde oritur veriſimilitudo, legendum eſſe: 1053. *Non. Maii.* Hanc lectionem etiam adprobauit Hoffmannus, recentior Chronici Gozecienſis editor. Editio autem Maderiana habet annum 1050, tertium Nonas Maii. Dedoni ſucceſſit *FRIDERICVS* II, frater, qui cum ceteris Saxoniae Thuringiaeque Principibus Henrico IV rebellem ſeſe praebuit. Anno 1055 ſeſe dedidit Imperatori (h) et Papiam relegatus eſt per ſequiannum. Anno 1085 villam ſuam *Neindorp* coenobio Gozecienſi donauit. Vxorem habuit Hadewigam, de Bauaria oriundam, ex qua ſuſcepit Fridericum III. Ipſe obiit in prouincia Barbienſi anno 1088. 7 Kal. Iunii. (i) Filio pater vxorem ſociauerat *Adelheidam*, filiam Vdonis de Aldesleue, genere et forma praeſtantem, anno 1083. Sed gaudia patris turbauit nex filio in venatione inlata a Theoderico de Dedelebe et Vdalrico de Rinſtede, anno 1087. Non. Febr. (k) Paullo poſt Adelheidis peperit Fridericum IV, ac anno 1088 nupſit Ludewico, Comiti Thuringiae, apud quem educatus eſt Fridericus ille tenerrimus. Friderici II ſorores fuerunt Bertha et *ODA*, ſeu *Hilaria*. Oda nupſit Alberto, cognomento *Seueke*, Comiti Sommerſeburgico. Ipſa obiit a. 1088 apud villam ſuam *Zörbich* ſeu Zurbavijo et in coenobio Gotteseccenſi fuit humata. (l) *CHRONICON MONTIS SERENI*: (m) *Filiam Friderici Comitis*, Adelberti, Dedonis et Friderici II ſororem, *Odam ADELBERTVS quidam nobilis*, *cognominatus Seueke de Summerſcheburg accepit vxorem, genuitque ex ea Fridericum Comitem Palatinum ſeniorem.* Cognomen ei adhaeſit ex caſtro *Seueke* ſeu *Seuekenberg*, quod ſitum fuit haud procul Quedlinburgo in monte Herciniae. Fit caſtri huius mentio in hiſtoria Alberti ſecundi, Epiſcopi Halberſtadenſis. Hic enim illud ſumma cum difficultate expugnauit. (n) Hic Fridericus Palatinus anno 1088 ſibi vindicauit Comitatum Palatinum Saxoniae, quum Fridericus IV admodum adhuc puer eſſet. Quum hic ferrum ſuccinxiſſet et ad aetatem virilem perueniret, Comitatum ferro repoſcere decreuerat. Verum interpoſuerunt ſeſe amici, vt honorem illum conſanguineo ſuo in bellis exercitatiori reliquerit. (o) Fridericus hic Sommerſeburgicus villam *Neindorpe* ademit eccleſiae Gottes-eccenſi, eamque cuidam Friderico, vnde nobiles *Neindorpii* prodierunt, loco beneficii fiduciarii credidit, (p) variisque conflictatus turbis bellicis, quas ſupra ediſſerui, obiit anno 1120. (q) Fridericus IV a Lothario vocatur *Palatinus de Putelendorff* (r) ad annum 1129. Exceſſerat autem de vita a. 1124 prope Dingelſted, vnde in Halberſtadii proximi aedem cathedralem translatus ac ſepultus eſt. (s) Vocauit ſeſe *Comitem Palatinum*, licet poſſeſſione excluſus eſſet. Friderico I Sommerſeburgico ſucceſſit filius Fridericus II, ex Ida filia Rudolfi iunioris Comitis Stadenſis natus. (t) Sigillum ipſius poſt *HEINECCIVM* (u) exhibui. Repraeſentatur in illo eques galeatus cum (x) inſcriptione: *Fritherícus. Dei. gra. Palatinus. Comes.* Fundauit coenobium Mariaevallenſe prope Helmſtadium et obiit ao. 1162. Hic cum filia ſua Adelheide praedium *Neindorpe* dedit eccleſiae Gandersheimenſi, Neindorpiis lege feudali continuandum, ſi Comites prius obiiſſent. Fridericus enim II et Albertus II, filius, qui familiam maſculam clauſit, feudo illo fuerunt vſi tanquam oblato eiusque vſumfructum retinuerunt Neindorpiis. Cetera adduxi loco excitato.

*ATHEL-*

(h) *CHRONICON* Gozecienſe p. 215.

(i) Loco excitato p. 220. Alius quidam anno 1038 obiit Sigifridus *praetor Palatinus*, qui Winciburgi eſt tumulatus. Fuerunt itaque ea aetate plures Palatini Praetores Comitesque per Saxoniam.

(k) Pag. 216. ſq.

(l) *CHRONICON Gozecenſe* p. 221.

(m) Pag. 262. ſq.

(n) *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 151. To. II. Leibn.

(o) *CHRONICON Gozecenſe* p. 229.

(p) Loco laudato p. 229.

(q) *CHRONICON PEGAVIENSE* ad e. a. p. 255. *Fridericus Palatinus de Saxonia obiit.*

(r) In *MADERI* Antiqq. Brunsuic. p. 227.

(s) *CHRONICON* Gozecenſe p. 233.

(t) *ALBERTVS Stadenſis* p. 163.

(u) In Syntagm. de Sigillis Tab. X. n. 7. et p. 126.

(x) Tab. II. fig. 4.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

* * *

*ATHELBERO* C. Palat.

*THIDERICVS*, ni filius, certe gener. † 99.. | *Rothegardis*, Abbatiſſa in Hildiswardeshuſen. | *Sigibertus* Comes a. 993. (y) † 995. | Filia — Ethelgerus Comes.

*TAMMO* | *Berwardus* Ep. Hild. † 1022.

* * *

*ALBERTVS* I Seueke. Vxor Oda † 1088.

*FRIDERICVS* I † 1120. Vxor Ida.

*FRIDERICVS* II † 1162. Vx. Luitgarda, filia Rudolfi I Comitis Stadenſis. | *Albeidis*, nupta Goswino dynaſtae in Heinsberge. | *Iuditha*, nupta Ludouico C. de Aldenhuſen. | *Agneſa* nupta Conrado C. Plocenſi et Marchioni Brandeburg.

*ALBERTVS* II † 1178. Vx. Luitgarda C. de Henneberge † 1220. | *ADELHEIDIS* Abbatiſſa Quedl. et Gandersh. † 119 - - -.

§. II.

Quantum ad Comites Palatinos adtinet antiquiſſimos, omittendum non eſt, Albertum Stadenſem ad a. 988 retuliſſe, quod *Thidericus Comes* cum Sigefrido Marchione, vel potius Comite Stadenſi, a piratis ad Stadium fuerit captus. Chronicon Quedlinburgenſe ad a. 994 accuratius iſthaec percenſet. En verba: *Henricus*, *Sifridus*, *et Vdo fratres cum ſuis*, *nauali praelio dimicantes contra Nordemannos*, *victi ſunt et capti*: *ex quibus Vdo cum plurimis*, *bello occiſus*, *occubuit*; *caeteri cum VII millibus talentorum redemti ſunt.* Quinam illi fuerint tres fratres, diſcitur ex Hiſtoria Comitum Stadenſium. Indubie fuit Didericus e numero ibi captorum et poſthaec redemtorum. Exceſſit Thidericus cum fratre Sigiberto anno ſequenti, id eſt, 995. Ad hunc enim Chronicon Quedlinburgenſe ſic habet: *Theodericus Comes Palatinus et frater eius Sigibertus*, *praeclari*, *obierunt.* Suſpicor, Albertum, Seveke cognominatum, per vnum et alterum intermedium, natum fuiſſe ex hoc *Sigiberto.* Ethelgeri Comitis avunculus vocatur Comes Thidericus, huiusque porro amitae filius *Olef*, a Ditmaro (z) adpellatur.

## Capvt XLIX.

## DIPLOMATA AD COMITES DE SCHWERIN ET BOIZENBVRG SPECTANTIA,

### ex beneuola communicatione Viri Celeb. Ioannis Ludouici Leuini Gebhardi.

### 1. Helmoldus donat a. 1274 octo manſos in minori Hackenſtede ſitos coenobio Marienbergenſi, quod eſt iuxta Helmſtadium.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Nos *HELMOLDVS* Dei gratia *Comes Czwerinenſis* omnibus in perpetuum. Fragilitas conditionis humane requirit, vt ea, que „inter preſentes rite aguntur, ſcripture teſtimonio confirmentur. nam, que proceſſu „temporis obliuione depereunt, literarum teſtimonio reuiuiſcunt. Nouerint ea propter „tam poſteri quam preſentes huius pagine inſpectores, quod nos accedente legitimo „et beniuolo conſenſu dilectorum fratrum noſtrorum *Gunzelini* uidelicet, *Iohannis* et „*Ni-*

(y) Hic dicitur frater Theodorici Palatini Comitis in Diplomate a. 993. apud *LEVCKFELDIVM* Antiqq. Halberſtad. p. 664.

(z) Annal. Lib. IV. p. 352. To. I. Leibn.

*Nicolai*, proprietatem octo manſorum ſitorum in *minori Hackenſtede* cum omnibus per-“
tinentiis et areis et prorſus cum omni iure et utilitate, ſicut nos poſſedimus coram ue-“
nerabili Domino noſtro *Conrado* ſancte Magdeb. eccleſie archiepiſcopo ad inſtantiam“
honeſtorum uirorum *Aluerici* et *Iohannis pincernarum de Denſtede*, qui eosdem manſos“
a nobis in pheodo tenuerunt et nobis reſignauerunt, dedimus et donauimus eccleſie“
ſanctimonialium montis ſancte Marie extra et prope muros ciuitatis *Helmeſtede* ob ſpem“
ac meritum retributionis eterne, et vt noſtra ac etiam progenitorum et heredum no-“
ſtrorum ibidem iugis memoria in orationibus habeatur. Huius donationis noſtre ſunt“
teſtes Dominus *Burchardus* camerarius, Dominus *Sifridus* Cantor, Dominus de *Que-*“
*renvorde*, *Gunterus Swalenberge* Cuſtos, Hinricus de *Grunenberge*. Canonici Magdeb.“
Nobiles uero ſunt Comes *Guntherus* de *Lindowe*, *Olricus* et *Hinricus Comites de Regen-*“
*ſtein*, *Conradus Comes de Wernigerode*, *Borchardus Comes de Welpia*, Dominus *Waltherus*“
*de Barebye*: Milites vero ſunt *Hinricus Hucſit*, *Hermannus Rabe*, *Nicolaus Vos*, *Helem-*“
*bertus de Comene*, *Guntherus de Bertensleue*, *Geuehardus de Aluensleue* et filii eiusdem“
*Geuehardus* et *Hinricus*, *Iohannes de Gatertleue*, *Helmerus de Dreynleue*, et alii quamplu-“
res clerici et laici fide digni. Ut autem hec noſtra donatio inuiolabilis et ſtabilis per-“
petuo perſeueret, preſentes litteras noſtras in teſtimonium conſcribi iusſimus et ſi-“
gilli noſtri robore communiri. Datum et actum in Yggersleue anno gratie M°.CC°.“
LXX°. IV°. in die Nonarum Nouembris.“

Sigillum conuenit cum ſigillo Guncelini ad annum 1299.

## 2. Diploma 2 ex Chartulario S. Michaëlis Luneburg.

Reuerendo in Chriſto patri ac domino Friderico Verdenſis eccleſie Epiſcopo *NICO-*“
*LAVS* et *GVNTZELINVS* Dei gratia *Comites Zwerinenſes* cum debita ſubiectione“
quicquid poſſunt amicicie, obſequii et honoris. Decimam in Heynſen nobis a *Hunero*“
Milite *de Odeme* per literas reſignatam, quam a nobis in pheodo tenuit, et nos a uo-“
bis et ecclesia ueſtra iure tenemus feodali, uobis et eccleſie ueſtre reſignamus in hiis“
ſcriptis hac addita conditione. Quod ipſius decime proprietas ad monaſterium ſancti“
Michaëlis in Luneburg perpetuo deuoluatur - Datum anno M°. CCC°. I°. in die“
natiu. domine noſtre marie uirginisglorioſe.“

## 3. Diploma ex Archivo Lunenſi:

Nos *HENRICVS* et *NYCOLAVS filius Domini Nycolai Comitis de Boyceneborch* beate“
memorie, *patrueles*, et Dei gratia *Comites Zwerinenſes*, recognoſcimus et preſen-“
tibus publice proteſtamur, quod, heredibus noſtris unanimi conſenſu concorditer ra-“
tihabentibus, ex certa ſcientia donauimus et donamus preſentibus iuſte donationis ti-“
tulo proprietatem iuris pheodalis decime tam maioris quam minute in uilla Bilne, col-“
legio pauperum hoſpitalis S. Nycolai in *Bardewich* cum omni iure, ſicut noſtri proge-“
nitores et nos a Verdenſi Epiſcopo pheodaliter habuerunt, nobis et noſtris heredibus,“
nihil iuris in dicta decima reſeruantes. Datum Zwerin. anno Domini M°. CCC°.“
XXIX°. in die Calixti Pape et Martyris.“



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sigilla Comitum Swerinenſium haec tria debemus Ven. Rehtmeiero.




A Comitibus Swerinenſibus viri nobiles ac illuſtres, MAGNI et *de GROTEN* dicti, immerito deriuantur. Vir hiſtoriae peritiſſimus et fautor noſter ſingularis IOANNES LVDOVICVS LEVINVS GEBHARDI, Profeſſor Academiae equeſtris Luneburgenſis, in litteris ad me a. 1732. 3 Kal. Iunii datis inter alia ſic diſſerit: *Grotiadarum noſtrorum gens minime gentium deſcendit a Comitibus Sverinenſibus vel Boyzenburgicis, ſed pari antiquitate cum iſtis floruit. Eo enim tempore, quo Gunzelinus praeeſſe iuſſus eſt Slauis Sverinenſibus ultra Albim, MAGNI ſiue GROTIADAE iam magni facti ſunt. Origo fabulae ab Hoffmanno repetenda, qui quum edoctus eſſet, quosdam* MAGNOS *ſuis nominibus encomium de Schwerin adieciſſe, inde ſibi perſuaſit pateſcere, Grotiadas genti Schwerinenſi inſerendos.* Eadem ſenſit *IOHANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS* in *Hiſtoria des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes* P. I. p. 349. ſqq. Emendanda proinde eſt tabula, quam dedit *REHTMEIERVS* in *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica* p. 501.

4. Diploma ex Chartulario S. Mich. Luneburg. iam adlatum a Cl. Pfeffingero P. I. p. 399. ſq.

„In nomine Domini Amen. D. G. Nos *NICOLAVS Comes de Zwerin* ad audientiam „ tam preteritorum quam futurorum recognoſcimus publice per preſentes, quod, „cum Iohannes de Meltzing famulus et patrueles ſui Iohannes et Henricus, filii quon„dam Domini Henrici de Meltzing militis bona ſua videlicet 3 Wichemeten ſiliginis et „6 ſolid. annuatim in duabus curiis in *villa Ebſtorp* vendiderint Dn. Nicolao et conuen„tui S. Mauricii in Ebbekestorpe perpetuo poſſidenda. que ad nos pertinere dinoſcun„tur. titulo pheodali. ut dictus Dn. Praepoſitus ac Conuentus ibidem eorundem bo„norum ampliori libertate in poſſeſſione quieta et commodo potiatur, *pro ſalute anima„rum parentum noſtrorum et noſtrarum* de conſenſu omnium heredum noſtrorum, idem „ius pheodi ſibi damus propter Deum, et patentibus literis concedimus perpetue per„fruendum. In huius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appenden„dum. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XVIIII°. in die beati Odelrici con„feſſoris.“

5. No-

### 5. Notae nonnullae ad hiſtoriam Comitum Swerinenſium.

*GVNZELINVS* Comes Swerinenſis fuit ſocius peregrinantis in terram ſanctam Henrici Leonis. *ANONYMVS SAXO* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 110. To. III. Menck.

Circa annum 1174 Henricus Leo caſtro Swerinenſi praefecit *GVNZELINVM*, qui terram Obotritorum regeret. (a) Quum vero filii Nicloti haud forent contenti terris, ab Henrico Leone ſibi datis, Wertzelaus maiora concupiuit. In tempore Gunzelinus Henricum Leonem de deſtinationibus Wertzelai admonuit. Aduolauit hiberno tempore Leo et Wertzelaum in oppido Werle oppugnato cepit ac Brunſuicum in vincula abripuit. Prebislaus, fratris captiuitatem vlturus, terras Obotritorum miris deuaſtauit incendiis, ipſumque Gunzelinum in caſtro *Ilowe* obſedit (b) At rediit Leo, auxiliis circumvicinorum heroum ſuccinctus, Slavosque conſectatus eſt vsque ad vltimos Pomeraniae terminos. Tandem Presbislaus in gratiam receptus obtinuit ab Henrico regiones auitas, iureiurando fidelitatis praeſtito.

Anno 1197 ſedes Epiſcopalis Meclenburgo Swerinum eſt translata.

Anno 1223 Henricus, Comes Sverinenſis, duxit captiuos Waldemarum, Regem Daniae, ac filium eius, atque abripiendos curauit Suerinum ante portam Iohannis. Poſthaec cepit quoque Adolfum, Comitem Lauenburgenſem, eumque Regibus vinctis adiunxit, qui ſeſe 50000 marcarum millibus redimere ſunt coacti (c) *ANONYMVS SAXO* (d) hanc rem ita ediſſerit: *Quum Imperator adhuc in Appulia exiſteret, Comes Henricus de Zwerin cepit regem Daciae Woldemarum cum filio ſuo iuuene rege Woldemaro vno mane, quum adhuc tenebrae eſſent, in tentorio ſuo, vbi ſimul in vno requieuerunt lecto, in proprio regno. Naues quoque et armamenta eorum ſecuribus concidit, et, quicquid petiit, illic recepit, et ſecum - - abduxit. Regem autem cum filio multis laboribus et anguſtiis per mare vsque ad terram ſuam perduxit et aliquamdiu in caſtro Leonoi captum cuſtodiuit, poſtea vero ad caſtrum Dannenberch eum transduxit et inde in caſtrum ſuum Zwerin illum iterum reduxit. Comes igitur Henricus cum rege ad voluntatem Imperatoris ſtare debuit. Rex vero cum nunciis ſuper certa quadam ſumma de liberatione ſua conuenit.* Poſthaec interfuit Henricus in praelio, quo Otto Puer ad Bornhovede captus fuit. (e)

Anno 1251 *Wernerus* occurrit inter teſtes, ſubſcriptos diplomati Ottonis Epiſcopi Verdenſis, Ducis Brunſuicenſis, adlato ab I. F. Pfeffingero iuniori P. I. *Hiſt. Brunsvico-Luneb.* p. 256.

## Caput L.

## *COMITES SWINFVRTENSES,*

### Qui tenuerunt ex beneficio eccleſiae Gandersheimenſis bona, in Francia orientali ſita, Boldeshuſen, Ollinga, Konigshoven et Sunderenhouen. Dubargewi poſtea ceſſit feudo Burggrauiis Noribergenſibus.

POPPO

(a) *CHRONICON Sclavicum* Lindenbrogii c. 29. p. 217.
(b) Idem *CHRONICON Sclavicum* c. 31. p. 218.
(c) Idem *CHRONICON* c. 36. p. 221.
(d) In *Hiſtoria Imperatorum* p. 122. To. III. Menck.
(e) *ANONYMVS SAXO* p. 124. To. III. Menck.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*

*POPPO* Comes (a)

*HENRICVS* Marchio et Dux Franc. Orient. † 886. Vx. N. filia Ottonis Ducis Saxoniae. — *POPPO* Dux Thuringorum a. 892. depoſitus. Poſteritas eius occurrit inter Comites Brunſuicenſes §. *ult.*

*ADELBERTVS* Marchio Babeberg. a. 905. decollatus — *ADELARDVS* C. a. 902. decollatus. — *HENRICVS* C. a. 902. occiſus. Huic Eccardus tribuit vxorem, filiam Ottonis. Sed malui veteres ſequi.

Berthold Comes — Otto Comes

Adalbertus de Martala Comes † 954. — Poppo Ep. Wirciburg. † 961. — Henricus Archiep. Trevir.

Leopoldus I Marchio Baioariae orient. † 994. Vx. Richeza. — *BERTHOLDVS* Marchio Franconiae a uerſus Bohemos † 980. Vxor Eila, filia Lotharii Comitis Walbecceníis † 1015. — Poppo Ep. Wirciburg. *Seburg* fuit ſoror Epiſcopi Popponis, ſed neſcio cuius. *Tradit. Fuld.* c. 1. n. 164. p. 288.

Adelbertus Marchio Auſtriae, cuius poſteritas ſaeculo XIII extincta. — Poppo I Praepos. eccl. Bamberg. et Ep. Trevir. *Ditmar. Annal.* L. VII. p. 406. — *HENRICVS* Marchio Schwinfurtenſi † 1017. Vxor Gerberga. *Annaliſta Saxo* p. 577. To. I. Leibn. a. 1047.

*OTTO* Marchio, fit Dux Sueuiae 1047 † 1057. 5 Nou. vxor Immula ſeu Irmegardis, filia Manfredi Marchionis Seguſienſis: nupta poſt Egberto I Comiti Brunſuicenſi. — *Eilica*, ſoror, traditur fuiſſe vxor Bernhardi II Billungici. *Annaliſta Saxo* ad a. 1059. 1086.

*Eilica* Abbatiſſa — *Iuditha* vx. 1) Cononis Ducis Bauar. 2) Bodonis, nobilis Norici. — *Beatrix* nubit Marchioni. † 1105. — *Gisla* vxor Wigmanni, Comitis Seburg. — *Berta*

Conradus † 1105 *Chronogr. Saxo* ad h. a. — N. filia nupta Godefrido C. de Cappenberg.

De *Dubargewe* ſeu *pago Tuberi* nonnulla monui ſupra. (b) Dicitur alibi *pagus Dubragewe* (c) et *Dubargeu*, (d) nec non *Tubergowe*. (e) In Franconia orientali ſolebant pagi cognomen trahere ab amnibus fluviisque, vti *Salagewe* ex Sala, *Chochengewe* a fluvio Chochara ſeu Kochero, *Golachgeu* ſeu *Gollagewe* ex Gollaha. Ita *Tubergowe* pagus dictus eſt a fluvio *Tuber*, *Duber*, *Tauber*, qui latine *Tuberus* adpellatur. Erat in eo pago villa *Kunigeshoba* ſeu *königshofen*. Ludouicus Pius in eo anno 822 confirmauit Wolfgario Epiſcopo Wirciburgenſi baſilicam, honori S. Martini ſacram. (f) Exſtabat in eo *villa Grunefelden*, quam Sigeboto S. Bonifacio Fuldenſi tradidit: (g) *Obernſteten* et *Gruningen*: (h) *Esginaha*: (i) *Hohhuſen*: *Bulſeshuſon* et *Ollinga*, quarum villarum vtramque *OTTO* I anno 973 Abbatiſſae Gandersheimenſi. Gerbergae II donauit: *Baldolvesheim*, *Chunincgeshovon*, *Wichartesheim*, et *Sonderenhoven*. Poſterior tamen villa ab eodem et Ottone in alia charta adnumeratur pago *Gollahegewe*, finitimo et proximo ad ortum,

(a) Tabulam iam adornauerat *ECCARDVS rerum Francic.* L. XXXII. §. 118. p. 814. Cui tamen nonnulla addidi. Vtrum Luitpoldus Marchio ſit filius Adelberti Marchionis, an Adelberti de Martala, dubito. Prius malunt nonnulli Veterum.

(b) In Diſſ. III. p. 610.

(c) Apud I. G. *ECCARDVM* L. XXVIII. rerum Francicarum §. 306. p. 260.

(d) Ibidem L. XXVIII. §. 186. p. 178.

(e) *EBIRHARDVS* in Summariis traditionum Fuldenſium c. I. n. 19. p. 281. ed. Schannati. n. 65. p. 284.

(f) *ECCARDVS* l. c. §. 186. p. 178.

(g) *EBIRHARDVS* l. c. c. I. n. 162. p. 288.

(h) *IDEM* c. I. p. 281. n. 5.

(i) Ibidem n. 19. p. 281. n. 65. p. 284. Fluvius Gollaha cum Tubere ibidem eſt obuius n. 78. p. 284. *Wichartesheim* in Tubergowe, n. 64. p. 284.

tum, vbi nunc *Gollach* fluuius per Marchionatum Onolsbacenſem profluit in terras Epiſcopatus Wirciburgenſis. Vtrique pago vnus Gerungus Comes praefuit anno 973. Dedi litteras, vt haec curatius expiſcarer, ad I. G. ab *ECCARD*, quum viueret, qui mihi reſpondit, loca illa pagi Dubargewe ad Tuberum eſſe ſita in Epiſcopatu Wirciburgenſi et ad Mergenthemium, et nunc dici nominibus adhuc priſcis *Grünefelden*, *Obernſtet*, *Grunfeldhauſen*, *Eiſingen*, *Hauſen*, *Bolzhauſen*, *Ollingen*, *Königshofen*, *Sindershofen*. Monuit idem, *Königshofam*, hoc eſt, curtem villamve regiam olim fuiſſe in Franconia non vnam. Aliam eſſe cognominatam im *Grapfeld*, haud procul Romhilda: aliam eſſe *Kunigeshoven* in montanis contra Boëmiam, quae nunc dicatur *Hoff in Vogtlande*, quaeque iungatur villae *Schebezlize* i. e. Schlaiz, in traditionibus Fuldenſibus: aliam eſſe Moguntinae ditionis ad Tuberum circa Mergenthemium: aliam haud procul a Moeno ad auſtrum abeſſe prope Ochſenfurtum. De quarta mentionem fieri in Diplomatibus Gandershemenſibus, ſubnotauit idem vir laudatiſſimus.

## Caput LI.

# COMITES de VALKENSTEIN

## seu Falkenſtein.

Comites, quondam dicti de *Valkenſtein*, incoluerunt oppidum *Ermsleben* in Dioeceſi Halberſtadenſi, antiquis temporibus in amplitudinem porrectius, quam noſtra aetate. Ædes primaria Dei iam anno 1016 eſt inſtituta. *CASPAR ABEL* in *Vorberichte zu der Samlung etlicher noch nicht gedruckten alten Chronicken* 1732. 8 *Brunsv.* Sigillum Comitum et vrbis conſpicuum eſt tribus falconibus. Illud exhibet I. M. *HEINECCIVS* in *ſynt. de ſigillis veterum.*

Dabimus Comites potiores, quotquot inter legendum occurrerunt.

*BVRCHARDVS* ad annum 1152. *Annal. Gernrod.* p. 433. To. II. Meibom.

*OTTO* ad a. 1183. *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 197. Occurrit idem in diplomate Adelheidae IV, Abbatiſſae Gandershemenſis ac Quedlinburgenſis ad annum 1173. Confer ſupra p. 184. Vnde patet, eum fuiſſe Vaſallum alterius eccleſiae. Teſtis eſt ad a. 1169.

*HOYERVS* ſeu *Hogerus* a. 1230 teſtibus adnumeratur in Henrici VII Regis edicto. *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 219. Nec non in diplomate Alberti, Ducis Saxoniae, ad annum 1233. *PFEFFINGERVS* iunior P. II. p. 11. Eodem circiter tempore idem cepit oppidum Quedlinburgi. *CHRONICON Magdeburg.* p. 330. To. II. Meibom. *ANONYMVS SAXO* p. 122. To. III. Menck.

Anno 1237 reſignauit Gertrudi Abbatiſſae Quedlinburgenſi aduocatiam, quam poſſidebat in bona eiusdem eccleſiae, extra oppidum ſita. *KETTNER* l. c. p. 332. ſq. Tum quoque Comites *Hoierus* et *FRIDERICVS* conſpiciuntur in numero teſtium. *Hoierus* a. 1241 accepit 129 marcas argenti puri ab Abbatiſſa in redemtionem aduocatiae ſuper XVII manſis in Thitforde et XX manſis in Marsleve. Loco laudato p. 273.

*HELMBVRGVS* Comitiſſa a. 1240 donauit XXIII marcas altari Mariae Virginis Quedlinburgi. Abbatiſſa Gertrudis donationem confirmauit. *KETTNER* l. c. p. 271.

*FRIDERICVS* a. 1274 pro remedio animae ſuae aliquid agri ad Wackerslebiam ſiti obtulit coenobio Mariaevallenſi. *CHRONICON Marienthalenſe* p. 264. ſq. T. III. Meib.

*CONRADVS* a. 1295 obuius eſt in diplomate Sifridi Epiſcopi Hildeſienſis inter teſtes, ac praeterea *Otto de Woldenberg*, Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis, Wolterus de *Bywende*, *Ioannes Comes de Inſula*, Bertoldus et Ioannes fratres de *Gaddinſtede*, Aſchwinus et Dethmarus fratres de *Lutter*, Baſilius de *Rutenberg*, Conradus de *Stockem*, Otto de *Bouente*, Iohannes de *Oberge*, Sifridus de *Rutenberg* et alii.

*VOLRADVS* et *OTTO* fratres a. 1303 reſignant vnum manſum, ad Quedlinburgum ſitum, Friderico camerario Quedlinburgenſi. Diploma datum in Enegrimsleve. *KETTNER* l. c. p. 432.

*OTTO* a. 1303 donat eccleſiae collegiatae Quedlinburgenſi vnum manſum in Zallerslebe. Ibidem p. 447.

*OTTO* quidam de Valckenſtein fuit a. 1308 Canonicus eccleſiae cathedralis Hildeshemenſis, vti patet ex Diplomate Sigfridi Epiſcopi ad hunc et ſequentem annum.

*BVR-*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*BVRCHARDVS* a. 1327 donauit 2 manſos Marslebienſes Calendariis Quedlinburgicis. *KETTNERVS* l. c. p. 454.

Vltima ita cohaerent:

Conradus

Otto 1303. 1319. — Volradus 1303

Otto 1319 — Boſſo 1319. 1327. — Oda 1319. — Mechtildis 1319 — Lutteroda 1319

## CAPUT LII.
# DOMINI de WANZLEVE.

Oda, Ludolfi vxor, caſtrum *Wanzleve* pagosque adiectos vna cum miniſterialibus adnexis dedit coenobio maiori Ganderſemenſi. Hos inter eminebant, qui a caſtro Wanzleve cognominati fuerunt. In diplomatibus ſupra datis hinc inde eorum fit mentio. *Alvericus* commemoratur ad a. 1212. *Ludowicus* a. 1240 occurrit cum filiis *Henrico et Arnoldo*. Henrico exſtiterunt filii *Bodo* et *Ludewicus*. Vtriusque iniicitur mentio a. 1268. *Gumpertus* iam obierat a. 1309. Tribuuntur ei ad a. 1306 filii *Alvericus* et *Gumpertus*. Gumperto denuo ad a. 1321 fuerunt filii *Henricus* et *Gumpertus*. Ad a. 1321 occurrit *Ludewicus* cum filiis *Guncelino*, *Borchardo*, *Wernero*. (a) A. 1367 in praelio ad Dinckler cruentiſſimo captiui ducti ſunt *Gumpertus* et *Alvericus*. *REHTMEIERI Br. Chron.* p. 641. Anno 1375 Petrus de Brunna, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, a Wanzleviis emit caſtrum Wanzleve, inuita Domina Abbatiſſa. *CHRON. Magdeburg.* p. 347. *Ludewicus* ad a. 1380 occurrit. *Guncelinus* ac filius *Iohannes* fuerunt homines profani et petulantes, qui a. 1386 Warslebium et Mammendorpium, praedia monaſterii Mariaevallenſis, hoſtiliter inuaſerunt. *MEIBOMII Chron. Marienthal.* p. 268.

# CAPVT LIII. WALMODEN.

Praemittitur genealogia, eique ſubiungitur breuis delineatio hiſtorica ex Diplomatibus, nondum ex parte editis, ac Chronico Walmodenſi.

## TABVLA I GENEALOGICA.

*

*THEOTMARVS* a. 993.

N. N.

*Thedelinus* I ſeu Theodulus eques a. 1080.

*Aſchwinus* I ſeu Aſcanius. Vxor Berta de Gerenrode.

*Thedelinus* intrepidus II. Vx. Anna de Prölena. 1154. — *Alexander* I. Canon. Goslar. — *Didericus* I † 1168.

*Didericus* II. a. 1181. — Aſchwinus II a. 1181.

*Aſchwinus* III. vx. Sophia de Herlingsberga 1246. — *Alexander* II. Scholaſticus Goslar. 1271. — *Leopoldus* 1239. — *Didericus* III. — *Brando* 1218. — *Henricus* I. 1279. — *Aſchwinus* IV 1259.

*Adrianus* 1267. — *Didericus* IV. 1272. 1282. 1285. — *Henricus* II. 1271. 1292. — *Alexander* III. Can. eccles. Goslar. S. Matthiae 1271.

*Aſchwinus* V Templarius in Heine † 1309. — *Didericus* V Pawenberg 1319 † 1331. — *Henricus* III famulus 1319. 1322. 1324. 1331. — *Ditericus* VI Can. Hild. 1308. 1322. — *Aſchwinus* VI 1304. 1305. — *Henricus* VI 1305. 1319. Vx. Ilſabe de Steinberg. — *Didericus* VII. 1326.

Under *Didericus* V: *Aſchwinus* VII 1331.

Under *Henricus* III: *Sanderus* 1325. 1332.

Under *Sanderus*: *Didericus* VIII. 1397. — *Ludolfus* 1397. 1416.

Under *Didericus* VIII and *Ludolfus*: *Sanderus* 1434 † 1478. — *Ludolfus* 1434.

Under *Didericus* VII: *Henricus* VII. 1331.

Under *Henricus* VII: *Henricus* VIII 1384 Vx. Sophia. — *Henning* 1389 1395. vx. Agneſa de Hallermund, ſoror Ottonis. — *Henricus* IX.

Under *Henricus* VIII: *Tedel* III. 1410. 1417. 1430. — *Aſwinus* Can. Hild. 1430. — *Pauenberg* 1410. 1417. 1430.

Under *Henning*: *Henricus* X. 1397. Vxor Beata de Salder. — *Tedelinus* IV famulus 1397. 1417. † 1431. Vx. Ilſe de Aluensleben. Tab. II.

Under *Henricus* X: *Tedelinus* V. 1410. — *Henricus* XI. 1410.

TABU-

(a) Werneri filius fuit *Ludouicus* 1380. p. 856.

# TABULA II.

*Thedelinus* IV.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Ludolfus.* | *Henricus* XII. 1431. | *Detmarus.* | *Geffert.* | *Tedelinus* VI. 1460. † 1479. vx. Bodela de Hanenſee. | *Ilſe.* | *Sophia.* |

*Thedelinus* VII 1491. † 1529. Praeſes Goſlariae bellicus. vx. Rickel de Fredeman. † 1525. Peperit ipſa XII liberos.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Henricus* XIII. 1569. Vx. de Swichelde. | *Goedel* Mon. Ciſterc. Hild. | *Ludolfus.* 1569. vx. de Cramme Margareta † 1570. 27 Apr. | *Anna* Mon. in Dernburg. | *Melchior* 1532. 1533. | *Alheida* Mon. Lamſpring. | *Iaſper* † 1569. vx. de Weuerlinge Tab. III. | *Balthaſar.* |

| | |
|---|---|
| *Tedelinus* VIII † 1610. 30 Sept. Vx. Sophia, filia Lippoldi de Roſſing, nupta 1571. Ipſe Conſiliarius prouinc. Brunſv. † 1620. | *Magdalena* nubit 1561 Brandoni de Adelipſen. |

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Ludolfus* natus 1572. | *Lippoldus* 1574. † 1591 in Gallia. | *Bertoldus* 1576. † 1610. | *Tedelinus Burchardus* natus 1577. † 1629. Vx. Gertrudis de Cramme 1613. † 1639. 12 Ian. Ipſe fuit dynaſta et Conſiliarius prouinc. Brunſuic. | *Margareta* 1579 † 1608. nupta Caſparo de Rucksleben. | *Ioſt Henricus.* 1581 † 1519. | *Vrſula Armgardis* 1583. nupta 1619. Burchardo de Stockhauſen † 1611. | *Hans Philip* 1585. | *Dorothea* 1591. | *Anna Magdalena* 1592. nupta 1618 Henrico Iulio de Kniſtede † 1650. 20 Oct. | *Ludolfus* 1601. 21 Dec. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Sophia* 1614. nupta N. de Botmer. | *Thedel* 1615. † 1636. Helmſtadi. | *Clara Anna* 1616. nupta Erneſto de Haken. | *Henricus* XIV 1617. † 1674. Vx. 1) Mette Salome de Mandelslo 1645. 2) N.N. de Alten. Ipſe fuit Conſil. prouinc. Hild. Epiſc. | *Margareta.* | *Anna Magdalena* nupta Baltaſari Oſterwaldo de Campe. |

| | |
|---|---|
| *Tedelinus Aſchwinus* † 1700. Vx. de Eſtorf. Ipſe fuit Conſil. prouinc. Hildes. Epiſc. | *Ludolfus Achatius*, in Heino, † 1713. Vx. de Heimburg. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *TEDEL OTTO* 1681. † 1731. 3 Iun. Vx. *Anna Sophia* de Steinberg. 1723. | *Henricus* 1682. † 1730. Sept. vx. Lucia de Gadenſtede | *ARND LVDOLF* 1683. Can. Ganders. | *Georg. Chriſtian.* Vxor de Druckleben tribunus ſecundarius militarius Hannov. | *Benedictus Gebhardus* | *Chriſtophorus Adam.* Vxor de Calm. | *Gotlieb Adam.* Vx. de Wend. |
| *Tedel Fridericus.* — Lucia. | IX liberi, quorum prim9 *Thedel Wilhelm Otto.* | | | | Ludouicus. — Chriſtophorus. — Tedel Aſchen. | Filius quadrimus. |

# TABULA III.

*Iaſper* † 1569. 29 Nou.

*Sophia* 1551. — *Magdalena* 1559. — *Tedel Fridericus* Vx. de Steinberg. — *Adam* 1555. † 1562. — *Ilſa* 1568.

*Hans Fridericus* Vx. de Gilten.

*Tedel Arend.* Vx. de Spigel.

*Fridericus Schoenberg* vx de Campen — *Hans Georg* Vx. de Güten — *Fridericus Aſchwinus* † 1729. Vx. Diderica

IV filii. — Filii duo. — *Ferdinandus.* *Fridericus.*

## §. I.

### *Origo et momenta domus dictae de Walmoden.*

Si quae excellunt familiae generis nobiliſſimi vetuſtate et incorrupta virtute, earum principatum aemulatur generoſiſſima familia, cui de *Walmoden*, caſtro veteri et nouo ad Ringelhemium, cognomen adhaeſit. Pro *Walmoden* occurrit etiam ſubinde *Walmeden.* Caſtra vocantur plerumque *Walm.* Walmodii olim quoque tenuerunt Lutterum cum nobilibus, de *Lutter* dictis. Coniicio, communem vtrique familiae olim fuiſſe ſtirpem. *Andreas de Luttere* obuius eſt ad annos 1233 et 1234. (a) Annus 1244 *Iohannem* (b) *de Lutheren* exhibet. Ad annum 1256 *Lippoldus de Luttere* commemoratur. (c) Anno 1258 (d) fit mentio *Egberti de Luttere. Eberhardus et Aſchwinus* fratres (e) occurrunt ad annum 1289. *Aſchwinus et Dethmarus* (f) floruerunt anno 1295. Dethmari quoque ad annum 1298 et 1320 iniicitur memoria. *Conradus de Lutter* anno 1345 (g) et *Aſchwinus* anno 1384 memorantur. Quo ordine hi ſint connectendi, nemo hucvsque docuit. Originem gentis Walmodiae ex Graecia, et fortaſſis e domo Conſtantinopolitani Caeſaris, eſſe arceſſendam; Chronicon Walmodenſe, aduentus cum Berwardo in haſce terras, et nomina *Theoduli* ac *Aſcanii* ſignificant. Pro Thedulo frequentiſſime quidem *Thedelinus* occurrit. Sed id eſt ex vulgari ſermone. Fundatio autem capellae Liſtringenſis anno 1450 ſic coepit: *Theudulus Walmodenus vir militaris Hildenſem. Dioc.* - - - Berwardus, Comes Sommerſeburgenſis, (*) Conſtantinopoli

(a) In antiquis litteris. Ad a. 1220. *Fridericus de Lutter* eſt apud *HEINECCIVM* in Antiqq. Goslar. L. II. p. 224. *Andreas de Lutter* exſtat in diplomate Ottonis Ducis Brunsuicenſis apud *LEVCKFELDIVM* in Addend. ad Antiqq. Poldens. p. 301. *Aſchwinus de Lutter* in Chartis Walmodiorum ſupereſt ad a. 1384.

(b) In Chronico Montis Fr. p. 16.

(c) Chronicon idem p. 26.

(d) Pactio inter Albertum M. Ducem Brunsuicenſem et Iohannem Epiſcopum Hildeſienſem:

„Dei gratia *ALBERTVS* Dux de Brunswigk omnibus, ad quos hec litera peruenerit. Salutem „et ſincere voluntatis affectum. Preſentibus recognoſcimus et publice proteſtamur, quod „preſentibus venerabili patre ac Domino W. Halberſtadenſis ecleſie Epiſcopo et nobili Principe „Iohanne Marchione de Brandenborg *auunculo noſtro* et multis aliis viris nobilibus et honeſtis de „parte uenerabilis Hildenſemenſis, et noſtra, fideliter et firmiter eſt dictum. quod noſtri et nos „dicto Domino Epiſcopo et ſuis auxiliatoribus, donec in octauam Pentecoſtes nunc venturam, ſe„curitatem perſonarum et rerum ſeruabimus bona fide. Quodſi aliquo caſu, ignorantibus nobis, „eidem Epiſcopo et ſuis medio tempore aliqua per noſtros irrogaretur iniuria uel laeſura. dicto „Domino Epiſcopo nos ſatisfaciemus in amicitia uel in iure. Huic vero ſecuritati Dominus *Bor„chardus de Wulferbutle.* Dominus *Iohannes de Eſcherde.* et dominus *Egbertus de Luttere* ſunt „incluſi. Actum Brunsuic in clauſtro S. Egidii. anno Domini Mo. CCo. LVIIIo. XVI Kal. „Ianuarii.“

(e) Hi tum vendiderunt dominium dimidii manſi, in Keriknowen ſiti, Francobergenſi coenobio fertonibus V. argenti nigri. *CHRONICON montis Francorum* p. 45.

(f) *Idem CHRONICON* p. 67. In Diplomate *Sifridi* Epiſcopi Hildeſienſis a. 1295 *Aſchwinus et Dethmarus fratres de Lutter* occurrunt: item *Dethmarus* ad a. 1298.

(g) In litteris bullatis *Magni et Erneſti fratrum*, Ducum Brunsuicenſium, p. 632 apud *REHTMEIERVM* in *Br. Lun. Chronica* P. III. c. 47.

(*) *Compendium Vitae S. Bernwardi* p. 481. To. I. Leibn. *COCCEII Inſtit. Iur. publ.* c. XV. ſect. 2. §. 17.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

poſt Theophaniam Ottonis II vxorem deduxit Romam et in Germaniam. (h) Ipſe erat Epiſcopus Hildeſienſis, quocum *Walmodii* in has deuenerunt oras. (i) An Theodoſio ſecundo Imperatori Graeco progenitores Walmodiorum iam munia praeſtiterint militaria, euicit nemo certis documentis; fama tamen antiqua ſic perhibet. Supereſt haud amplius pagus *Walmothehuſen*, ſitus olim haud procul a coenobio Pölede et pago Silkerode et Aichsfeldiam. Decimas ibi tenuit Abbatiſſa Gadershemenſis; terram tunc tenuerunt *Imedei*, a Witekindo magno nati. Prima heic ſedes fuit Walmodiis, et inde nomen eſt eorum, vti facile adparet, exortum. *Walmethehuſen* a Meinwerco, Epiſcopo Paderbornenſi, ex Imedeis oriundo, adplicitum eſt eccleſiae ſuae. Exinde propagati ſunt Walmodii et tranſlati ad terram circa *Bokenum* et *Bakenbergam*, vbi vtrumque caſtrum *Walm* exſtruxerunt. Nomen Herciniae montis ſingulare *Bacenis*, oppido et monti adhaerens, olim Sueuos, in Marchia Brandeburgica habitantes, a Cheruſcis, de *Werre* ſeu *Weſer* dictis, diuiſit. (k)

## §. II.
## *Ditmarus, Anonymus, Aſchwinus primus.*

Memoriae proditum reperio, *Theotmarum* a. 993 cum octo aliis militibus in comitatu Berwardi Epiſcopi ex terris Palatinatus Sommerſeburgenſis in Epiſcopatum Hildeshemenſem perueniſſe. Liberi ipſius poſteritatem fallunt. Vnus tamen et alter Ditmarum inter et Theodulum primum videtur inſerendus eſſe. Berwardum Ditmaro praedium *Walmoden* donaſſe, fama vulgauit, quod a *Theodulo primo* fuiſſe poſſeſſionem, *chronicon vetus* docet. *Theoduli* ad annum 1080 fit mentio. Vxor eius ex domo generoſa Riburgenſi ortum traxit, cuius diuitias praedicari video. Filius ex vtroque genitus, *Aſchwinus*, caſtrum *Lutter* iuxta Bakenberg incoluit. Exſtruxit idem arcem *Walmodii noui*, cuius in hunc diem ruinoſa exſtant antiquitatis veſtigia. Bona ab vxore *Bertilde* ſeu *Berta*, de *Gerenrode* accepta, praebuerunt occaſionem, vt *miniſterialis* eo nomine redderetur eccleſiae Hildeſienſis cathedralis.

## §. III.
## *Alexander I, Thedel II, Ditericus I et II, Aſchwinus II.*

Aſchwinus I prouentu trium filiorum inclaruit, videlicet *Alexandri primi*, *Thedelini ſecundi* et *Diterici primi*. Alexander Marte ancipiti delectatus fertur: Thedelinus II ſedem in Lutter tenuit. Henricus Leo, in Palaeſtinam iter ſacrum ingreſſurus, vxorem grauidam et aulam Brunſuicenſem de meliori commendauit (a) Egberto, Comiti Wolfebuttelano, quem Imperator paullo poſt et numis promiſſis et praediis terrisque oblatis eo adlexit, vt in Henricum herum ſuum perfidia vteretur, et in eo eſſet, vt Saxoniae caput, Brunſuicum, Caeſari tradere moliretur. (b) Non tulit tantam improbitatem Thedelinus, quo Henricus Leo ad diplomatum ſuorum fidem roborandam vti ſolebat. (c) Namque nil reliqui fecit ad celeritatem, vt perniciſſimo adrepto equo, cui ad pabula ſubminiſtranda exiguum tempus reliquerat, in Palaeſtinam conferret, et *LEONEM* de eis, quae domi agitarentur, faceret certiorem. Rediit Tedelinus, antequam, reditum Henrici imminere, crederetur a quoquam. Tantam velocitatem eundi ac redeundi quum alii animo vix concipere poſſent, diabolum ex machina arceſſiuerunt, quo vectore Tedelinus in Palaeſtinam profectus fuerit. Enata inde eſt fabula, *Tedelinum* capricorno in Orientem vectatum eſſe, equumque ipſius, loco pabuli, ardentes flammas prunasque comediſſe. Symbola haec ſunt ex *inſigni* Walmodiorum et per-

(h) *CHRONICON QVEDLINBVRG.* ad a. 997. p. 283. To. II. Leibn. *Iohannem quemdam Calabritanum Imperator Otto ob Graeci Imperatoris filiam, ſibi matrimonio adquirendam, cum Bernwardo, Epiſcopo, Conſtantinopolim miſerat.* Locus hic indubie de Epiſcopo Wirciburgenſi intelligendus eſt. Locus tamen dandus erat traditioni antiquae, et origini eiusdem indagandae.

(i) *Conradus Bertholdus BEHRENS* in *genealogiſcher Vorſtellung einiger uhralten Hochadelichen Häuſer* p. 113.

(k) *PTOLEMAEVS* in *Geographia* L. II. c. 11. *CAESAR* de *bello Gallico* c. 10. *CLVVERIVS* in *Introd. Geogr.* L. III. c. 5. §. 12. p. 193.

(a) *ARNOLDVS Lubecenſis* L. I. c. 2. p. 630. To. II. Leibn.

(b) *GOBELINVS Perſona* in *Coſmodromio* p. 271. *GERHARDVS Stederburgenſis* in *Vita Henrici Leonis* p. 433.

(c) Diplomati Henrici Leonis a. 1154. ſubnotatus eſt inter teſtes *Tidelinus de Walmoden* apud *HEINECCIVM* in *Antiqq. Goſlar.* L. II. p. 151.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pernicitate equi deſumta. Inſigne enim eorum repraeſentat *tres capricornos.* Fabulam illam copioſe exſecutus eſt carmine Teutonico M. *Timaeus*, Rector Wernigerodanus, quem de *Tedelino intrepido, Tedel Vnverfert*, inſcripſit. In caſtro Lutter Tedelinus plerumque verſatus, tandem, quietis impatiens, nomen ſuum in numero Livonorum ordinis enſiferi Equitum profeſſus eſt. Quum igitur militatum contra idololatras Sarmatiae abiiſſet, nil habuit prius, quam vt ſpecimina intrepidi ac animoſi pectoris longe lateque ederet. Ad extremum a reditu in patriam excluſus, inter Livonos vitam cum morte commutauit. Fratres ipſius fuerunt *Alexander primus* et *Thidericus primus*, equites, quorum poſterior ad annum 1168 fato conceſſit. Vxorem tabulae olim deſignatae vocabant *Annam de Brülen.* Thidelino tribuuntur filii *Ditericus* II et *Aſchwinus* II. Prioris fit mentio ad annum 1181. Poſterior permutauit decem manſos, ſitos iuxta *Nauwen*, cum coenobitis Richenbergenſibus, qui prope Goslariam habitant, recepto (d) praedio, *Cantigerod* dicto.

## §. IV.

## *Diterici II proles maſcula.*

Diterico II tribuimus filios *Ditericum III*, *Brandonem*, *Henricum I* et *Aſchwinum III.* Diderici memoria occurrit in litteris, de emtione et venditione Gandershemii inita perſcriptis. Brandonis fit mentio ad annum 1218. *Aſchwinus* ille eodem tempore vixit, additus quippe in eiusmodi epiſtola ſuis fratribus. Henricus I occurrit apud Leznerum, (e) et in (f) diplomate ad annum 1271.

## §. V.

## *Aſchwiui II proles.*

Aſchwinus ſecundus generauit filios *Alexandrum* II, *Aſchwinum* III et *Leopoldum.* Alexander II, Scholaſticus aedis ſacrae ſanctorum Simonis et Iudae Goslarienſis, anno 1271 ex hereditate paterna acceptum B. Magdalenae ſacrarium ad aedem modo dictam exſtruxit et domibus adiectis reditibusque adornauit, et in eo ſepulturam inuenit. (g) Exſtructionem ipſam in dubium reuocat *Heineccius*; inſtaurationem duntaxat Alexandro huic tribuit, addita clauſula: *Conſtat e variis monumentis, capellam B. Mariae Magdalenae dudum ante haec tempora floruiſſe.* At hoc ipſum e diametro repugnat concluſioni eius diplomatis, quod iamiam daturi ſumus. Ius quaeſitum ſepulturae hereditariae in illo ſacello poſſeſſae olim et poſſidendae dudum ſibi *generoſiſſimi Walmodii* vindicarunt. Reclamant iam pridem illi iuri quaeſito Capitulares aedis SS. Simonis et Iudae, quorum monitu Heineccius libro ſuo clauſulam paullo ante commemoratam inſeruiſſe videtur. *Aſchwinus* III, inter miniſteriales eccleſiae cathedralis Hildesheimenſis referri ſolitus, decimas Walmodenſes Bodenſteinenſibus a. 1240 permutauit. (h) Eodem anno idem ab eccleſia Gandeſienſi petiit, vt dominium IX manſorum, in Nawen ſitorum, quos a praedicta eccleſia in feudo tenebat, ſibi conferret, oblatis ad damnum reſarciendum nouem aliis Lindedae ad Guelferbitum ſitis. His eius precibus lubenter Capitulum Gandersheimenſe adnuit die Apoſtolorum Philippi et Iacobi anno 1241, praeſentibus Hermanno et Henrico Comitibus Woldenbergiis. Teſtes fuerunt Iohannes, Theodericus, Siffridus et Henricus, Canonici Gandersheimenſes, et alii. (i) *Leopoldi* ad annum 1239 fit mentio. Tum enim cum fratre Aſchwino inter teſtes loco inferiori adfuit, Conrado Epiſcopo Hildeſienſi, ſibi ab *Vlrico de Hohenbuchen* reſignatum dimidium decimae in Nauen coenobialibus virginibus Francobergenſibus ad anniuerſarium obitus ſui diem celebrandum conferente et donante. (k) Fert fama, Aſchwinum cum *Sophia de Herlingsberge*, herede partis Herlingsbergae, defunctis vel deturbatis aliis heredibus, iniſſe matrimonium. Nobiles certe nonnulli caſtrum illud, prope Goslariam ab Ottone IV (*) exaedificatum, a Ducibus Brunſuicenſibus tenuerunt acceptum. *Iuſarii de Herlingsberge,*

(d) *HEINECCIVS* l.c. p. 180. ſq.
(e) In *Chronico Hildeshemenſi* c. 117.
(f) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. III. p. 287.
(g) *HEINECCIVS* l. c.
(h) Chartarium Walmodenſe.
(i) *CHRONICON montis Francorum Goslariae* p. 14.
(k) - - - - *idem* l. c.
(*) *CHRONICON Goslarienſis eccleſiae* ad a. 1189. p 751. To. III. Leibn.

ge fit mentio ad a. 1243. (l) A. 1290 Henricus Mirabilis, Dux Brunſuicenſis exuit *Henricum et Didericum de VValmoden* hereditate Herlingsbergenſi. (*) Anno 1291 Herlingsberga ſuit capta et diruta, eiusque in vicinia Sigfridus, Epiſcopus Hildesheimenſis, caſtellum *Levenburgi* conſtruxit. (m)

## §. VI.
## *Diplomata Walmodenſia.*

Diplomatibus nonnullis ea, quae iam delibauimus, nunc iuuat illuſtrare.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *ADELHOGVS* Dei gratia ſancte Hildenes-“
heimenſis ecclesie Eps. Quia ſecuritatis ſue inſtrumentis eccleſia deſtituta nonnun-“
quam rerum ſuarum detrimentis afficitur. ipſa neceſſitate perdidicit. vt ſiquos faceret“
celebres poſſeſſionum contractus actionis ſue monimenta. que antiquitate temporis“
in obliuionem labi poterant. literarum tenacitati commendaret. Eccleſiam itaque“
*Richenbergenſem*, cui ex integro beneuolentia noſtra ſemper patuit. in nulla ſui parte“
immunitam eſſe uolentes. notum facimus Chriſti fidelibus poſteris et preſentibus. quod“
Lamberti prepoſiti eiusdem eccleſie fratrumque inibi Deo ſancteque genitrici eius et“
perpetue uirgini Marie famulantium petitione bona. que *TIDERICVS et ESCHVVI-*“
*NVS filii TIDILINI de VVALMODEN Kattingerodin* beneficio a nobis habuerunt. ipſis“
eadem bona in manum noſtram reſignantibus. cum monte quodam adiacente qui *Nei-*“
*lenberg* appellatur. et omni alio uſufructu. richenbergenſi eccleſie in proprietatem“
perpetuam contulimus. pro quibus iidem pueri. uidelicet T. et E. decem manſos cum“
omni utilitate attinente. quos memorata eccleſia in villa. que *Naun* uocatur. proprie-“
tatis iure poſſidebat eadem praedia. fratribus illius eccleſie in manum noſtram dimit-“
tentibus. in beneficium a nobis receperunt. Ut igitur hoc noſtre auctoritatis factum“
inconvulſum perhenni ſtabilitate perſeueret. neue aliqua eccleſiaſtica ſecularisue per-“
ſona quauis temeritate preſumat infringere. paginam iſtam ſigilli noſtri charactere“
communimus. Teſtes *GERHARDVS* Prepoſitus Stiderburgenſis. Conradus Pre-“
poſitus montis S. Georgii. Rodolfus Abbas de Ringelheim. Eilbertus Canonicus ma-“
ioris eccleſie in Hildenesheim. Lothewicus Capellanus Epiſcopi. Vdo et Tietmarus“
Canonici Goslarienſes. Erneſtus. Tidericus Hallenſis. item Tidericus et fere omnes“
Canonici de Monte S. Georgii. Alexander Capellanus Abbatis de Ringelheim. Co-“
mites *Burchardus de VValdenberge. Adhelbertus de Euerſteine. Edhelgerus de Iluelde. Ti-*“
*dericus de Inſula.* Ciues Goslarienſes Rodolfus de Capella. Odelricus diues. Odel-“
ricus filius eius. Adelbertus Widego. *Comes Sigebodo de Scartfelde et frater eius Bertol-*“
*dus.* Rotbertus aduocatus de Northuſen. Burchardus de Eimiſſen. Unargus. Egel-“
marus. Fridericus. Steppo de *Mandere.* Widego de Heringo. *Burchardus et VVi-*“
*dekinus de VVolferbutle.* Ito de Berwinckele. miniſteriales Hildenesheimenſes. Con-“
radus de Werre. Bertoldus de Werre. Abrahamus.

Anno dominice incarnationis M° C° LXXXI° Indictione XIIIIta. re-“
gnante Fridherico Imperatore ſemper Auguſto. imperii eius anno XXX° XIIa“
Kalend. Maii. actum feliciter amen.“

De ſacello Mariae Magdalenae hoc habe Diploma:

*WERNERVS* Prior et conuentus dominarum in Frankenberg Goslar. omnibus hanc“
literam intuentibus notum facimus. quod cum *bona in Bodenſten* a fratribus de *Wal-*“
*mode* ſcilicet domino *Th.* et *Henrico* militibus pro CCCC et X marcis com-“
paraſſemus. condictum fuit. ut ſemper in termino paſchali ſolueremus de pe-“
cunia. quantum ſoluere poſſemus. et quod non ſoluemus pro X marcis“
unam marcam ſolueremus nomine cenſus. donec tota pecunia eſſet ſoluta. Vnde de“
conſilio amicorum noſtrorum accepimus a domino *Alexandro* Scholaſtico *patruo* mili-“
tum predictorum XLII marcas. quas predictis fratribus ſoluimus. pro quibus XLII“
marcis obligamus nos non ſolum bona noſtra in Bodenſten. ſed et eccleſiam noſtram“
cum omnibus bonis noſtris ad hoc. ut Clerico deſeruienti capelle S. Mariae Magdale-“
ne. que contigua eſt eccleſie SS. Apoſtolorum Symonis et Iude in Goslar. demus II“
marcas. que ita bone ſint. ut marca ualeat puram marcam minus lotone. unam in“
ui-“

(*) *CHRONICON WALMODENSE: Anno 1290 hebben ok Henrick vnd Diderick den Herlingsberg boven Woltingerode verlooren.*

(m) *HEINECCIVS* l. c. p. 310.

„uigilia B. Michaëlis. alteram in uigilia Paſche. et ſi iſte marce debitis temporibus non „ſoluerentur. predicto Clerico in tali dampno noſtra eccleſia reſponderet. - - (a) „Praeterea ſcire debent huius pagine inſpectores. quod predictus Al Scholaſticus (b) iam „dictam capellam. ad quam cenſus iſte duarum marcarum deputatus eſt. *funditus* con„ſtruxit ſuis laboribus et expenſis.“

Anno 1246 Aſcanium III permutaſſe decimam Walmodenſem bonis Bodenſteinenſibus, hoc docemur Diplomate:

„*CONRADVS* Dei gratia Hildenſemeñ Eps. omnibus fidelibus. ad quos iſte litere per„uenerint. ſalutem in domino. Cum plenitudine caritatis. Quoniam hominum „memoria infirma eſt et debilis. ideo de re geſta ſcriptura autentica. que contineat te„ſtimonium veritatis. Nouerint itaque tam poſteri quam preſentes, quod cum dilectus „in Chriſto Iohannes Prepoſitus noui operis in Goslaria in noſtra preſencia conſtitutus „decimam et allodium in Bodenſtein, ad monaſterium noui operis pertinentes, nobis „reſignauiſſet. nos ipſas donauimus in feodo *Aswino de Walmode.* Idem vero Aswinus „lege permutationis in manus noſtras reſignauit decimam in Walmode, quam in con„tinenti ſub prememorate legis modo pro remedio anime noſtre contulimus liberali„ter dicto monaſterio noui operis ad prebendam dominarum, que ibi virtutum Domi„no famulantur. Ne autem liberalitatis noſtre beneficium ab aliquo revocaretur in du„bium, nos preſentem paginam ſuper hoc conſcriptam ſigillo noſtro duximus roboran„dam. Teſtes huius rei ſunt Iohannes Prepoſitus in Alsburgk, cellarius Hildenſem, „Magiſter Meynhardus Scholaſticus, Magiſter Iohannes, filius Volcmari, Heindenri„cus Decanus, Heinpenrieus Canonicus ſancti Petri, Albertus Canonicus de Monte ſe„uo, Godefridus *ſcriptor noſter*, Thidericus de Dorrevelt Clerici. Conradus Marſcal„cus et Baldewinus filius ſuus, *Hugo de Holthuſen*, Aswinus, milites. Bertoldus Cra„ne, Iohannes de Hamelen, Ecbertus filius camerarii, Conradus de Embeke, Beſe„ko camerarius, *Henricus et Bertramus fratres de Berueltbe*, *Iordanus de Scheninge* et alii „quam plures. Actum eſt hoc anno Domini M°. CC°. XL°. ſexto Kal. Aprilis, ponti„catus noſtri anno XIX°.

Litterae bullatae *BENEDICTI* XI aduerſus tres fratres, de Walmoden dictos, bona eccleſiae Ganderſemenſis infeſtantes:

„*BENEDICTVS* Eps. ſeruus ſeruorum Dei. dilecto filio Archidiacono Goslarienſi in „ecclā Hildeſemeñ ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Conqueſte ſunt nobis „Abbatiſſa et capitulum *ſecularis eccleſie in Ganderſem*, quod *Aſchwinus* et *Henricus* de „Wallmode milites, *Thidericus* eorumdem militum frater armiger et Henricus dictus „Nurenberg Laicus Hildeſemeñ Dioc. ſuper quadam pecunie ſumma terris, poſſeſſio„nibus, et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcri„pta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias cauſam et appellatione remota „debito fine decidas; faciens, quod decreueris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter „obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio aut timore ſubtraxe„rint, ſimili appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum „Lateran. VIII Kal. Februarii. Pontificatus ñri anno primo.

Benedictus PP. XI.

§. VII.

*Aſchwini III filii.*

Aſchwinus III genuit filios *Hadrianum*, cuius ad annum 1267 iniicitur mentio: *Didericum* IV militem: *Henricum* II. et *Alexandrum* III cuſtodem eccleſiae SS. Simonis ac Iudae, quae eſt intra Goslariam. Alexander occurrit in Diplomate Goslarienſi ad annum 1259. (c) Singuli fere occurrunt in charta ad annum 1267, quam cum lectore puto communicandam.

„*REIN-*

(a) Integrum Diploma dedit *HEINECCIVS* Antiqq. Goslar. L. III. p. 288. ad a. 1272. diemque beati Georgii, quo fuit ſcriptum.

(b) Alexander hic vocatur iam ad annum 1259 *Scholaſticus*, in Diplomate, apud *LEVCKFELDIVM* in Addendis ad Antiqq. Pold. Append. IV. p. 293.

(c) Apud *LEVCKFELDIVM* Antiqq. Poeldens. p. 294.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*REINHARDVS* Dei gratia Decanus totusque conuentus ſanctorum apoſtolorum“
Symonis et Iude in Goslar. omnibus hanc literam inſpicientibus notum facimus, quod“
Dominus *Alexander de Walmoden* eccleſie noſtre *Scholaſticus* emit duos manſos ſitos in“
Beledſe maiore XXX marcis puri argenti a filiis fratris ſui, ſcilicet *Adriano*, *Thiderico*“
et *Henrico de Walmoden* militibus, quo ipſi in preſentia noſtra ſupra ſummum altare no-“
ſtrum perſonaliter obtulerunt, et quod factum iſtud filii Domini Thiderici ratum ha-“
berent, ſcilicet *Aſuinus* et *Thidericus*, qui tunc erant in rerum natura, Dominus Berno“
et Albertus fratres de *Gowiſche*, Dominus Henricus et Anno fratres de *Gowiſche*, pro-“
miſerunt. Pro *filio* uero Domini *Henrici*, nomine *Aſchwino*, Dominus Conradus de Pi-“
ſcina et Thidericus de *Piſcina* promiſerunt, quod factum iſtud ratum haberet, uel pre-“
cium eccleſie reſtitueret duplicatum, iſtos manſos ita libere et abſolute eccleſie contu-“
lerunt, ut nec ipſi nec eorum heredes aduocatiam uel *Achtvvart in ſilua* poſſent ſibi ali-“
quo modo uſurpare. Si tamen alicui predictum *Achtvvart* uendere uellent, pro tem-“
pore tunc potius eis *de Walmoden* uendere deberent, quam alienis. Sic eſt condi-“
ctum. Huius rei teſtes ſunt. Ego Reinhardus Decanus. Alexander Scholaſticus. *Gun-*“
*ther de Githelde.* Henricus de Inferno. Ber. honeſtus. Iohann de Goſa. Bybo cuſtos.“
*Alexander de Walmoden.* Gunz. de Oſterod. Fridericus de Vackenſtede. *Ol. de Piſcina.*“
Dominus Giſo. Dominus *VValther de Gitlede.* miles et ipſius fratres. Th. et H. *de VVal-*“
*mode* et Ol. de *Bilſten* - - Acta ſunt anno Domini M° CC° LXVII° in die decolla-“
tionis Iohann. Bapt. in choro noſtro ante ſummum altare. et ad huius rei firmitatem“
placuit ſigillis autenticis ſcilicet noſtre eccleſie et Iohannis et Henrici Prepoſitorum“
Noui operis et ſancti Georgii preſentem literam roborari.

Adrianus et Alexander Scholaſticus ante annum 1273 iam obierunt. Alexander vero III fuit Canonicus eccleſiae collegiatae maioris Goslariae. Haec patent ex Diplomate:

Nos *Alexander*, *Thidericus*, et *Henricus fratres de VValmode* omnibus hanc literam in-“
tuentibus notum eſſe cupimus, quod domum cognomine *Gelpenbart*, quam Do-“
minus *Alexander* b. m. *patruus noſter* quondam ſcholaſticus eccleſie SS. Apoſtolorum“
Symonis et Iude in Goslar legauerat, pro miſſa omni ſabbato celebranda et antiphona“
omni ſexta feria de veſpere de domina noſtra cantanda. uidelicet *Altiſſima redemtrix*“
etc. capelle ſancte Marie Magdalene, adherenti monaſterio predicto ſanctorum Sy-“
monis et Iude in Goslar, contulimus propter Deum. ita tamen, quod Capellanus pre-“
dicte capelle omni vigilia natiuitatis Dominice Canonicis eiusdem eccleſie putam mar-“
cam Goslarienſis argenti miniſtrabit. Si uero, quod abſit, domus predicta in tantum“
deſoletur, quod non ſolueret, niſi ſolam marcam eisdem Canonicis, ipſam dabit. Si
uero in M. marc. non ſolueret de duabus marcis, quas prefata capella habet de eccleſia“
*Franckenberg* a Domino Alexandro patruo noſtro ſibi collatas, capellanus, qui pro tem-“
pore eſt, ſupradictis dominis puram marcam ordinabit; in recompenſationem vero“
illius domus Gelpenbart, que fuerat eccleſie ſupradictorum Apoſtolorum Symonis et“
Iude eſtimatio omnium edificiorum totius curie Domini *Alexandri de Walmode* fratris“
noſtri, pro cantu, quem adhuc ordinauerimus, celebrando, ipſo Alexandro mortuo“
et eius prebenda uacante, cedet integraliter eccleſie ſupradicte, ita tamen, quod, quic-“
quid adhuc cantari decreuimus, cantabunt, et taxationem predicte curie in reditus“
conuertent illius cantus. Et ut hoc robur firmitatis obtineat, placuit nobis preſens“
ſcriptum ſigillorum munimine - roborare. Dat. an. gratie M°. CC°. LXXIII°. in die“
B. Gertrudis.“

*Thidericus de Walmode* anno 1282 teſtis exſtat in Diplomate Ottonis Ducis Brunsuicenſis. (d) Ipſe cum fratre Henrico accepit per legem feudi maſculi ab eodem Ottone curiam *Lichtenberg* cum bonis adnexis compluribus. *Anno de Govviſche* a. 1280, remedia animis parentum adlaturus, coenobio Francobergenſi piſcinam in radice montis lapidei ſitam. Inter teſtes adparet *Henricus de Walmede miles.* (e) Anno 1271 Thidericus et Henricus, fratres de Walmoden, milites, cum conſenſu fratris Alexandri, ad

D.

(d) Apud *LEVCKFELDIVM* Append. IV. Addendorum ad Antiqq. Pold. p. 301. Idem *Theodericus de Walmede* eſt primus teſtium in Diplomate Ottonis, Ducis Brunsuicenſis, a. 1285 dato, et edito a F. *PFEFFINGERO* iuniori in *Hiſt. Braunſchw. Luneb.* P. II. p. 162.

(e) *CHRONICON montis Francorum* p. 41.

D. Matthiae Goslarienſis Canonici, in monte et die B. Georgii in Capitulo eiusdem generali Francobergenſibus vendiderunt bona ſua Bodenſteinenſia, eorumque iura, commoda, aduocatiam et decimam quadringentis decemque marcis argenti examinati. Fidem pro eis dedere quatuordecim milites, quorum nomina haec ſunt. ex parte Diterici et heredum ſuorum Aſchwini, Diderici, Henrici, Diterici Iohannes Marſcalcus, Burchardus eius filius, Bertholdus, Albertus et Hermannus, fratres filii Domini Bertholdi de Gowiſche, Henricus et Anno filii Arnoldi de Gowiſche: ex parte Henrici et heredum ſuorum Aſchwini et Henrici Ludolfus et Bernhardus fratres de *Cramme*, Aſchwinus de *Montelapideo*, *Brandanus de Lindede*, Bruno Cancer, *Thidericus et Conradus de Piſcina*. Teſtes: Fridericus Decanus, Iohannes de *Bilſten*, Conradus de Reinſtede, Canonici D. Matthiae Goslariae, Conradus templi forenſis paſtor, Henricus D. Iacobi paſtor, Elerus de Homanneshuſen miles, Burchardus de *Bilſten*, Hermannus ſenior de *Aſtveld*, Thidericus Bonus, Iohannes Imminghof aliique. (f) Henricus de Walmoden dicitur amiſiſſe portionem heredii ſui in Herlingsberga, dimidium Lutterae et nouum Walmoden: quae duo poſteriora loca poſthaec per legem hypothecae in manus Epiſcoporum Hildeshemenſium inciderunt. Quantum ad Herlingebergam adtinet, ea anno 1189 ab Ottone, poſtea *quarto* dicto, munita et poſt haec familiae demandata eſt, quae inde fuit denominata. Albertus Dux Brunſuicenſis in ea *Conradum de Werre* militem aluit anno 1274. (g) In *Herlingerode*, proximo pago, Comites Woldenbergenſes tenuerunt poſſeſſiones mancipi, quas Conradus et Iohannes cum omni iure et aduocatia anno 1281 donarunt eccleſiae collegiatae Goslarienſi, Apoſtolis Simoni et Iudae conſecratae. (h)

## §. VIII.
## *De poſteris Diderici IV.*

Antequam Henrici II poſteritatem maſculam vlteriori expoſitione proſequor, Diderici IV filios nepotesque praemittere animus eſt. Didericus ſuſcepit educauitque Aſchwinum V, Templarium Heinenſi commendae praefectum: Didericum V cognomento *Pavvenberg*: Didericum VI, Canonicum Hildeſienſem et Henricum III famulum, qui plerumque Diderico fratri praeponitur. Litem Templariis anno 1307 intenderunt Clemens V Papa et Rex Franciae Philippus. (i) Quare Aſchwinus ſeſe ordine illorum emancipauit et praedium ſibi demandatum Epiſcopo Hildeſienſi obtulit ſuaeque familiae adnexuit, quum obit 1309. Didericus miles cognomentum obtinuit ex loco *Pavvenberg*, nunc vocato *Pagenberg*, edito caſtro tribusque foſſis munito inter Lutterum et Walmodium ad ſiniſtram in ſilua. Rudera hodieque exſtant. Fama eſt, Walmodios ab Epiſcopo Hildeſienſi, cuius fratrem, Epiſcopum Halberſtadenſem Walmodii, preſſerant captiuitate, et a Comitibus duobus Walmodio nouo eiectos in caſtrum Pawenberg conceſſiſſe. Anno enim 1331, diſſentiente Capitulo maioris eccleſiae Hildeſienſis, eligebantur eodem tempore in Epiſcopos et Ericus, Comes Schaumburgenſis, et Henricus, Dux Brunſuicenſis, iam Hildeſiae Canonicus. (k) Walmodii cum oppidanis Hildeſienſibus multisque militibus ſtabant a partibus Erici, et eo nomine ſibi oberant. Ericus vero, rebus ſuis improſpere geſtis, obiit deſertus a plerisque ac aemulo dignitatem tot controuerſiis agitatam reliquit. (l) Inuaſerunt inter haec caſtrum Walmodii noui milites generoſi de Swichelde et vias publicas ex eo infeſtarunt. (m) Didericus hic ſeptem huobas in *Sölede* vendidit Crammiis; bona autem in *Hörſſem*, ab Abbatiſſa Gandeſienſi in beneficium accepta, tradidit Comitibus Woldenbergicis. Decimam in *Sodder* eiusque vſum fructum vna cum Henrico fratre anno 1319 vendidit maiori eccleſiae Hildeſienſi, quam Otto Epiſcopus Hildeſienſis anno 1322. 29 Maii contulit coenobio Dernburgenſi. Didericus ac Henricus anno 1321 contulerunt in feudum ciuibus quibusdam Goslarienſibus de Dornthen dictis VIII manſos in *Weſt Haringen* et decimam adnexam reditus-

(f) Idem *CHRONICON* p. 37. ſq.

(g) *LEVCKFELDIVS* ad Antiqq. Poldens. p. 296. *Henricus ab Herlingsberg* occurrit ad a. 1318. et 1325. *CHRONICON* idem p. 66. 67.

(h) Diploma eſt apud Leuckfeldium l. c. p. 298. ſq.

(i) Decreta et Bullatas literas de ordine Templariorum tollendo habes apud G. G. Leibnitium in *Codice iuris gentium diplomatico* P. II. p. 76. ſqq. *CHRONICA* S. Aegidi ad a. 1311. p. 593. *Ordo contemplariorum deſtruitur.*

(k) *BOTHO* in Chronico picturato p. 378.

(l) *CHRONICON Hildeshemenſe* p. 760. To. I. Leibn.

(m) *BOTHO* l. c. p. 378.

ditusque $1\frac{1}{2}$ marcarum ac vnius lothonis argenti puri in aduocatia vrbis Goslariae. Frater Didericus Canonicus memoratur inter teſtes in Diplomate Sigfridi Epiſcopi a. 1308. Aſchwinus VII Diderici Pawenbergici fuit filius. Nam a. 1331 (n) die B. Ambroſii Thidericus de Walmoden dictus Pawenberg pater eiusque filius Aſchwinus partem ſiluae, *Ebbedeshagen*, quae olim ager cultus fuerat, inter Süd Nauwen et Bodenſtein ſitam, coenobio Francobergenſi hac lege donarunt, vt virgines votiuae poſtridie B. Ruffi anniuerſarium parentum ſuorum diem ritu ſolenni celebrarent, diſtributo inter ſorores hoc ipſo die, quicquid ex ſilua memorata quotannis redierit. Adiungo Henrico III famulo filium *Sanderum*, magis ex coniectura, quam ex teſtimonio veterum. Coniecturam ſuperſtruo illi famae, quae, heredes fuiſſe Henrico, dictitat. Certe in charta a. 1324 ei tribuuntur heredes. Sanderus anno 1325 in feſto Pentecoſtes renuntiat iuri ſuo in rubeta et valles inter *Ammenhuſen* et *Wolenhuſen*, et renuntiat iuri ſuo in decimam ac bona, iuxta *Dalem* ſita. Idem anno 1332 ſiluam querceti, Beuerbrugk, obtinet in feudum a Iohanne et Borchardo, Comitibus Woldenbergicis. Sanderus genuit *Didericum* VIII et *Ludolfum*. De Ludolfo Chronicon Walmodenſe: *Anno Domini* 1397 *erat magna diſcordia inter Epiſcopum Halberſtadenſem et Ludolfum de Walmoden virum militarem Hildeſemens. qui tunc temporis morabatur in caſtro Lutter infra Barenberge, et omnes, quos inter ſe captiuauerant, decollati ſunt ex vtraque parte, et iſte idem Ludolfus fecit ſibi magnum dolabrum fabricari, per quod ipſe decollauit, quos cepit.* Didericus et Ludolfus fratres anno 1397 conſentiunt in venditionem, per quam Henricus X et Tedelinus IV bona nonnulla prope *Hohenaſſel* ad Lichtenbergam ſita ad coenobium Woltingerodenſe transferunt. Anno 1418 Sanderus et Ludolfus decimam in Dalem vendunt Capitulo Ganderſemenſi, et oppignorant villico cuidam anno 1434 dimidium decimae Calefeldenſis. Eodem anno Vlricus et Bernhardus, *nobiles Domini* de Regenſtein, fratribus illis bona nonnulla ad Eimbecam poſita in beneficium fiduciarium tradunt. Ludolfi de Walmoden fit quoque mentio ad annum 1401. (p) Epiſcopus Hildeſienſis Magnus anno 1446 refert in charta, Monachis Cluſinenſibus dato, Ludolfum de VValmede quiete poſſediſſe campum Duvendahl et decimam iuxta *Freden minus*. Didericus anno 1440 quinquaginta marcas lothonum pretii Hildeſienſis tradit Boltesbergo et Borchardo fratribus de Gadenſted ad ſex annos iuxta aream, *koppelhof* dictam, in Ruden, et quinque manſos adnexos, conſciente Abbatiſſa Agneſa. (q) Ludolfus de Walmoden 1416 ab eadem Agneſa accepit in feudum bona vacuefacta, nominatim ius patronatus in Dalem, collem *Beuerbring*, lapicidinam et montem Dalemenſem, excepta aedicula Dalemenſi et iure patronatus Bornemenſi. (r)

## §. IX.
## *Henrici II proles.*

Henricus VI miles, cui vxor Ilſabe de Steinberg, vendidit anno 1319 decimam in Sodder, vti antea demonſtratum, annoque 1307 decimam Ringelheimenſem coenobio Ringelheimenſi tradidit. Frater eius natu maior Aſchwinus VI miles a. 1304 in die Irenaei et Habundi contractum iniit cum coenobio Wienhuſenſi. Anno 1305 cum fratre Henrico teſtem ſe praebuit. (a) Anno 1324 vna cum Iano de Oberge emit quinque manſos et villam in pago *Groſſenſlöhte* a Burchardo de Salder in modum allodii. Teſtes contractus fuerunt duo Iani de Oberge et Andreas de Lutter famulus. (b) Didericus VI miles, frater natu minimus, cum fratribus incidit in cenſuram eccleſiaſticam, quam Papa in eos euibrauit, quoniam eccleſiam Gandershemenſem, diſſidio de ſumma argenti exorto, infeſtauerant. Sophia, virgo generoſa de Walmoden, fuit anno 1317 Prioriſſa noui Operis Goslariae. (c) Henrico VI filii fuerunt Henricus VIII, Henningius et Henricus IX. Henricus VIII, cui erat vxor Sophia, cum Aſchwino de Lutter anno 1384 caſtrum Lutter poſſedit. Eodem anno pro vxore, quae nuper defuncta et in templo SS. Simonis ac Iudae Goslariae ſepulta erat, nec non pro remedio ſuae ipſius animae legauit collegio illius

(n) *CHRONICON* montis Francorum p. 72.
(o) - - - - idem p. 70.
(p) *REHTMEIER* in Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica p. 554.
(q) Lehnbuch D. p. 33.
(r) Lehnbuch D. p. 82. a.
(a) *CHRONICON* M. Francorum p. 55.
(b) Quae teſtimoniis non munio, deſumta ſunt e chartario Walmodenſi.
(c) *HEINECCIVS* Antiqq. Goslar. L. III. p. 331.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illius templi decem marcas loth. argenti, id quod teſtatum fecit Iohannes ibidem Decanus. Simon Epiſcopus Paderbornenſis anno 1381 Henningum de Walmode infeudauit bonis, quae tenuerat Didericus de Felde. Filii Henrici VIII *Tidelinus* III, *Aſchwinus* VIII Canonicus Hildeſienſis ac *Pavvenberg* floruerunt ab anno 1400 ad a. 1434. Ipſi anno 1420 oppignorarunt ſex manſos, iuxta Elvede minus ſitos. Henningi vxor Agneſa erat e Comitibus Hallermundanis nata, quae Ottonis Comitis dicitur ſoror et vna cum marito a. 1335 veniam aetatis a Ducibus Brunſuicenſibus obtinuit. Auctores celebrant candorem et ſinceritatem vtriusque horum coniugum. Deuotionem animi, ſaeculo illi accommodatam, loquuntur inſtituta pia. Vterque contulit a. 1365 coenobio Lamſpringenſi decem marcas lothon. argenti Hildes. pretii pro miſſa diurna. Ipſe cum filiis Henrico et Tedelino inſtituit memoriam ſui in aede Hildeshemenſi celebrandam a. 1386, teſtante Eghardo de Hanenſee Praepoſito. Nec minus cum vxore Agneſa conſtituit memoriam ſacram et vigilias in coenobio S. Ioannis prope Hildeshemium anno 1387. Splendorem familiae ſuae amplificauit praefecturis Heine ac Liſtringen, e quarum reditibus coenobium S. Pauli Hildeshemenſe reparauit. Anno 1389 inſtituit pro ſeſe ac duobus filiis vigiliam in coenobio Woltingerodano. Eodem fere tempore obiit et ad latus vxoris in coenobio S. Pauli Hildeſienſi ſepulcrum inuenit.

## §. X.
## *Henningi proles et nepotes.*

*Henningus* procreauit *Henricum* X Equitem, cui erat vxor Beata de Saldern: et *Thidelinum* IV famulum, qui cum coniuge Ilſa de Aluensleben multas inſtituit inferias ſacras. Fit eorum mentio ad annum vsque 1430. *Henrico* X fuerunt filii *Thidelinus iunior*, et *Henricus* XI, qui anno 1410 vendidit curiam Goslariae. *Thedelini* IV filius *Thedelinus* V famulus coniuge fuit vſus Bodelina de Hanenſee, et obiit anno 1479. Diſſidiis inteſtinis eo tempore conlidebantur competitores duo Epiſcopatus Hildesheimenſis, Ericus Comes Schauenburgicus et Henricus Dux Brunſuicenſis. Prioris partes fuerunt amplexati Walmodii, eaque de cauſſa ab Henrico exuti ſunt caſtro Lutter et nouo Walmoden. Nobiles de Swichelde inter haec poſteriorem inuaſerunt locum et exinde ſaeuiſſimas exercuerunt rapinas. (d) Walmodii praeterea concertationem bellicam effuderant in Albertum, Epiſcopum Halberſtadenſem, Henrici fratrem. Ea de cauſſa arx Walmoden anno 1368 fuit euerſa et ſolo aequata. *CHRONICON MAGDEBVRGENSE*: (e) *Quum de quodam caſtro Domini Epiſcopi Hildenſemenſis, ſcilicet Walmode, per reſidentes in eo in quoslibet transeuntes per vias multa ſpolia committerentur, nec Dominus Hildenſemenſis requiſitus a Principibus remedium adhiberet, tandem iſte Theodoricus Archiepiſcopus* (Magdeburgicus) *una cum Domino Alberto Halberſtadenſi Epiſcopo, et Domino MAGNO de Brunswich conſilio inito, pro communi pace terrae copioſum exercitum congregauerunt et terram Hildenſemenſem intrauerunt, vbi poſtquam per duos dies deuaſtauerunt terram incendiis et rapinis, tertia die locauerunt ſe prope ciuitatem Hildenſemenſem cum ſua gente, pauca quidem in comparatione iſtius exercitus. Illi pedeſtres aggreſſi ſunt iſtos; iſti autem de exercitu partim erant equites, et partim pedeſtres, ſed absque ordine acierum, qui ad bella requiritur, et ideo bellum perdiderunt.* Paucisque interiectis procedit Chronicon hunc maxime in modum: *Igitur iſti in exercitu de ſui multitudine confidentes inordinato tumultu in hoſtes inſilierunt, ex quo tumultu plures pedeſtres in exercitu per equeſtres eiusdem partes fuerunt equorum calcibus conculcati et mortui; multi etiam de exercitu fuerunt ab hoſtibus captiuati et plurimi interfecti: et ſic bello perdito reliqui, qui potuerunt, fugam acceperunt. Hoc factum eſt anno domini M CCC LXVII tertia die Septembris. Sed vnum diuinae propitiationis beneficium ibi praeſtitit Deus, quod vexillum ſeu bannirium B. Mauritii, quod in ipſo exercitu habebatur, cautuloſe fuit conſeruatum et ſaluum ad ſuum locum in Magdeburg reportatum, vnde bene verſificatum fuit illud prouerbium, vulgariter: Se ne wil nicht heren, ſunder ſi vveren. Porro inter mortuos in bello praecipue fuerunt iſti: Dominus Woldemarus Comes de Anehalt, qui fuit vnus de ſubpedibus equorum conculcatus* - - Quamdiu

(d) *BOTHO* ad a. 1346. p. 379. *De van Schwichelde de weren vpp to Walmede, de rovden dar aff dat ſtichte to Hildeſſem, do kam Biſchopp Hinrick vnde clagede dat ſynen broder Hertoghen Magnus den olden to Brunswick, dat de van Schwichgelde oene berovenden van der borch to Walmede. Do wart de iunge Hertoghe MAGNVS rede, Hertoghen Magnus ſohne, vnde Biſchopp Henrick ſande na ſynen broder Biſchopp Albrecht to Haluerſtadt, vnde togen vor de borch to WALMEDE, unde drenckeden ſe vt mit water.*

(e) To. III. Leibn. p. 751. *COMPILATIO* chronologica ad a. 1368. p. 1107. To. I. Piſtor, ed. Struv. *Caſtrum Walmeden deuaſtatur.* Conf. *CHRONICA* S. Aegidii p. 503. To. III. Leibn.

diu ſuperfuit Epiſcopus Henricus, Walmodiis incrementa fuerunt denegata. Ipſe enim bona nobilium emere ac eccleſiae ſuae adplicare conſueuerat. Sifrido, nobili Comiti de Homborch, mutuas dedit pecunias, earumque loco oppignoratum accepit caſtrum *Woldenſteyn*, vindicaturus illud ſibi ſenſim, quod erat beneficium eccleſiae collegiatae Gandersheimenſis. *Comitatum Slademenſem* emit a Meinekone Comite. Tractum caſtrumque *Wydenla* a nobilibus de Gowiſche comparauit. (f) Remiſſius agebat Ioannes Schadelandius Epiſcopus, vir doctiſſimus, et ſacrae Theologiae Doctor, ortu Sileſius et quidem Brigenſis. (g) Succeſſit ei Gerardus. In cuius exponenda Vita *CHRONICON HILDESHEMENSE* ſic verſatur, (h) vt dilucidius quam *BOTHO* et *CHRONICON MAGDEBVRGENSE* controuerſiam Walmodenſem percenſeat. En verba ipſa: *Anno ſuo tertio circa feſtum natiuitatis Mariae, inuadentibus hoſtiliter Epiſcopatum noſtrum Duce MAGNO de Brunswigk et Epiſcopo Halberſtadenſi, cum adiutorio Epiſcopi Magdeburgenſis* Biſchop Kogelwyt *dicti, nec non de Anehalt, de Hademersleue, cum pluribus aliis grauionibus et maxima armigerorum multitudine, occurrit eis propter villam Vormerſem Dominus Gerhardus Epiſcopus, et praelio diutiſſimo commiſſo, auxiliante Deo et ſua genitrice, victoriam glorioſam noſtri reportauerunt, interfectis quamplurimis aduerſariorum, et captiuatis Duce praedicto, nec non Epiſcopo Halberſtadenſi Alberto cum magna ſuorum multitudine, a quibus maximam pecuniae ſummam ipſe Dominus Epiſcopus extorquere potuiſſet; ſed veritus tyrannidem Archiepiſcopi Magdeburgenſis, qui tunc apud Karolum quartum Imperatorem magnae auctoritatis habebatur, et etiam potentiam DVCIS MAGNI IVNIORIS, qui tunc ad Ducatum Brunswicenſem et Luneburgenſem fuerat exaltatus, a praedictis captiuis ſummam tredecim millium marcarum argenti in amicitia duntaxat recepit. Poſt hoc orta eſt diſcordia inter Dominum noſtrum Epiſcopum et ex alia parte DVCES OTTONEM et ALBERTVM DE BRVNSWIC; quidam de Vaſallis et miniſterialibus eccleſiae Hildenſemenſis Epiſcopo noſtro rebellantes ad dictos Duces ſe contulerunt, quos ipſe Dominus Epiſcopus in caſtro WALMODEN potenter obſedit et miro opere per induſtriam ipſum caſtrum cum aquae fluxu, comportato aggere, ſubmergi fecit et ex toto deſtruxit, prout intuitus hodiernus manifeſtat. Siniſtro tamen euentu factum eſt, quod durantibus huiusmodi controuerſiis praedicti Duces oppidum eccleſiae noſtrae ALVELDE ceperunt, ſpoliauerunt et caſtrum nouum ibidem erexerunt.* Milites Epiſcopi paullo poſt cum aduerſariis commiſſo conflictu prope caſtrum *Woldenſtein*, armatos XXIV Ducum potiores abripuerunt captiuos, et tantum non ipſe Dux Otto, ni fuga ſe eripuiſſet, interceptus. Inde accidit, vt oppidum Aluelde reſtitueretur Gerhardo, et Walmodii noua pace refouerentur. Idem Epiſcopus, adiutus a Duce Henrico, caſtrum *Vreden* expugnauit et funditus euertit.

*CHRONICON WALMODENSE* nonnulla adfert de bello iſto inter Albertum Epiſcopum Halberſtadenſem ac Henricum Hildeshemenſem, quae a ceteris ſunt omiſſa. Accipe verba: *Henrich de Biſchop, Albrecht to Halberſtad vnde ſin Broder Hertoge to Bronsvyk, alle dre furſten to Bronsvyk vnd gebröder vnd heſſen öin (DIDERICHEN vnde HENRICHE) Nien Walmoden afgevvunnen vnde de helfte an Lutter vnder dem Barenberge, da he Nigen Walmoden mit ſiner tobehoringe togelegt, vnd derovvegen dat hus Nigen Walmoden gebroken. De Orſake averſt darum on dat ore ſo gevvaltigliken genomen, is duſſe gevveſt, dat Her Diderich vnd Her Henning von VValmoden Ridders vnd Gebroders hebben geholden dem Stichte to Hildenſem in orer vorige ſede hundert pere up oren egenen gevvin vn verluſt. So heſſen ſe neddergelegt den vorgerorten Biſchop von Halberſtad, den ſe to Nien VValmoden heſſen ſitten gehat, deſulvige het ſik loſen motten mit tvvelf hundert lodigen marken ſuluers. Dat heft onen darna Biſchof Henrich ſin Broder gedacht und heft ſe dat orige genomen vnd ſe butten landes veriagt, da ſe ore andere goder en deel verſettet und verteret, de noch nich ingelöſet. Da auer Biſchof Henrich ſtarf, ſind ſe hinvvedderum in dat Stichte to Hildeſſem vnde bi dat orige gekomen.* Vt vero intelligas pretium marcarum, autor Chronici eiusdem adiecit ſequentia: *Marca Hildeshemenſis aequalis eſt ſexdecim kortlingis; Goslarienſis totidem groſſis Marianis; Brunsuicenſis decem kortlingis, nunc triginta nouis ſchillingis. Verding ſeu ferto viginti ac tribus kortlingis. Marca argenti aequat quatuor florenos rhenanos. Marca lothonis* (eyne lodige marck) *aequat quadraginta florenos, computandos ſecundum monetam cuiusque ciuitatis. Marca lothonis argentea* (eyne lodige marck ſuluers) *aequalis eſt ſeptem florenis. Ar-*

(f) *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 760. To. I. Leibn.
(g) Vitam eius ex profeſſo ſcripſit *MARTINVS HANCKIVS* de *Sileſiis indigenis eruditis* Lipſ. 1717. 4. c. XVII. ad a. 1573. 1 Apr. p. 86. ſqq.
(h) To. I. Leibn. p. 760. ſq.

*Argenti puri indicium eſt adiecta mentio de pondere et albore* (wichte vnde witte) vel *valore* (weringe.) *Marca argenti ponderis et alboris, ſeu valoris, Brunsuicenſis aequalis eſt ſex florenis. Idem tenendum eſt de marca Hildenſemenſis ponderis, alboris et valoris.* Quamuis vero Walmodii, Henrico Epiſcopo defuncto, Ioannem de Schadeland et Gerhardum Epiſcopos ſequerentur; reſederunt tamen liticulae nonnullae de manumiſſis nonnullis, qui inter turbas belli ſuperioris ſeſe in libertatem adſeruerant. Compoſitio tandem anno 1395 facta eſt. Anno enim illo Gerhardus Epiſcopus eam ita confirmauit:

„Wy Gerdt van goddes gnaden Biſchup tho Hildenſſem bekenneth openbar, dat wy
„ eyns geworden ſin myt Hern Henrike vnd Tedele broder van VValmoden,
„were dat ienich latynne unſer, vnſes Domproueſtes, edder Domhern, eynen man
„hedde edder noch neme, de in dat ampt tho Heyne horde, edder ienich latynne, de
„in dat ſulve ampt to Heynde behorich were vth vns edder der alſo vorgeſcreuenen
„ampten eynen *lathen* tho *manne* hedde edder neme, der kynder aff beident halffe
„ſchullet volgen vnd bliven, dar ores vader behoringe is. Duſſes tho bekandtniſſe
„ - - 1395 des erſten medewekens in der faſten."

Anno 1400 in die Thomae oppignorarunt Henricus et Tedelinus fratres ſex manſos ad *Here minus.* Anno 1430 Tidelinus, Aſchwinus et Pawenberg fratres, Henrici filii, et patruelis Tedelinus, Henningi filius, oppignorant decimam Graueſtorpienſem, 150 florenis renanis. Anno 1397 *Zacharie* Abbatiſſa et coenobium VVoltingerodenſe ſpondet anniuerſariam memoriam et deprecationem pro animis *Henningi de VValmoden,* tum defuncti, et filiorum illius *Henrici* ac *Tedelini.* Anno 1401 oppignorant Henricus et Tedelinus Capitulo Hildeſienſi bona ſua in *Groſſenſlöhte.* Conſentiunt heredes proximi, *Otto Comes Hallermundanus, Siuerd Bock* dynaſta, *Borchardus et Aſwinus de Steinberge,* ac *Hilmarus de Oberge* iunior. Tedelinus, famulus, Henningi filius tradit coenobio Stederburgenſi, cuius Prioriſſa erat VValburgis de Rutenberg, vndecim manſos et dimidium decimae in *Obernfreden* et *Neddernfreden,* anno 1410.

§. XI.

## *Tedelini IV progenies.*

Tedelinus IV felici liberorum prouentu familiam ſuam dilatauit. Tedelinum VI tamen duntaxat progeniem continuaſſe, adparet. Ipſe anno 1430 exeunte orbatus fuit patris cura et tutela. Quod bona multa alienauit, minus probatur poſteris. Anno 1446 vendit Henrico et Aswino, fratribus de Bortvelde, bona in Sottern ſita, qui eis a Magno Epiſcopo Hildeſienſi, domino feudi, rurſus ſunt immiſſi. Anno 1460 permutauit cum coenobio Richenbergenſi Kentingerodam et Ebbingerodam dimidio decimae ad Guſtede et ſex manſis iuxta *Here maius.* Ebbingerodam anno 1462 adiit, litibus nonnullis ideo implicitus cum *Curtio de Svvigelde.* Anno 1460 reſignauit tres manſos ad Bokenum ſitos, a decimis immunes, et eisdem veſtigiis poſtea quoque inſtitit. Transegit anno 1469 cum Aswino de Swichelde rixam de agris eruendis. Obiit anno 1479. Succeſſit ei filius *Tedelinus* VII. Vix diſcerni poſſent tot Tedelini, inuicem ſuccedentes, niſi ad manum fuiſſet inſtitutio pia, quae ad annum 1491 Henrici X filios et Tedelini IV liberos ac nepotes accurate percenſet. Poſſidere poterat hic *Tedelinus* VII omnem VValmodiorum hereditatem, ni imitatus fuiſſet mores parentis in alienatione bonorum. Laudibus tamen eius eſt adnumerandum, quod a Friderico Duce Brunsuicenſi obtinuerit nonnulla feuda. Circa haec tempora poſſeſſiones nullae Walmodiis in Luttera ſuperfuerunt, ex quo Tedelinus quatuor caſas ibi ſitas Capitulo S. Petri ad Goslariam oppignorauerat anno 1470. Ipſe oppignorauit bona in Gefferdeshagen anno 1483: et anno 1514 eadem lege alienat reditus Heinenſes ac Liſtringenſes. Nobiles viri Epiſcopatus Hildeſienſes crebris bellorum motibus ea aetate fuerunt iactati et ſua oppignorare maluerunt, quam ditiſſimas praefecturas, quas ipſi hypothecae loco tenebant, amittere. Peculiare eſt priuilegium, quod Iohannes Epiſcopus Hildeſienſis anno 1517 Tedelino noſtro indulſit:

„Iohannes Dei et apoſtolicae ſedis gratia Epiſcopus Hildenſem Saxoniae, Angariae et
„ Weſtualiae Dux valido Tedel de VValmoden et Ricbertae vxori eius legitimae ſa-
„lutem in Domino, vt coram vobis aut altero veſtrum in caſtro et habitatione veſtra
„VValmoden in loco mundo et apto miſſam celebrari facere poſſitis, dummodo aliud

„ca-

canonicum impedimentum non obſtiterit, vobis praeſentium per tenorem auctoritate no-" ſtra ordinaria liberam damus concedimusque licentiam et auctorit tem. In fidem et" teſtimonium ſecretum noſtrum preſentibus eſt ſubimpreſſum, Datum in arce noſtra" Sturwalde dominica Vocem Iucunditatis anno M° D° XVI°."

Anno 1512 Tedelinus Borchardo, Wilhelmo, et Bertoldo fratribus de Goddenſtede nongentos elocauit florenos renanos pro vſufructu decimae dimidiae, ſex manſorum et villae vnius in *Groſſen Seelde* ſibi oppignorato, addiditque Iohannes Epiſcopus Hildeshemenſis conſenſionis ſuae auctoritatem. Omitto alia. Ipſe Tedelinus patribus ſuis redditus eſt anno 1529.

§. XI.

*Tedelini VII poſteritas.*

Tedelinus VII filiis quatuor progeniem ſuam firmauit, Henrico IX, Ludolfo, Melchiore et Iaſparo. Hi quatuor anno 1532 redimunt decimam Walmodenſem a coenobio *noui operis* Goslarienſi, cui tum Conradus Praepoſitus ac Anna Abbatiſſa praeerant. Idem coenobium denuo per Cornelium Praepoſitum et Margaretam Abbatiſſam ratam iuſſit illam redemtionem a. 1547. Quatuor hoſce infeudauit a. 1529 *PHILIPPVS*, Dux Brunsuicenſis, Alberti filius, manſis nouem ad *Daſſenſſen*, $4\frac{1}{2}$ manſis in *Odaëſſen*, $3\frac{1}{2}$ manſis in *Benſen*, tribus manſis in *Tidexen* cum molendino ibidem, manſo vno ad *Oldendorpe*, 4 manſis ad *Edemiſſen*, manſo vno ad *Dorenhuſen* ſito in praefectura Levenburgenſi. Eosdem *HENRICVS iunior* Dux Brunsuicenſis, conſentiente iuniori fratre *Wilhelmo*, infeudauit *caſtro Lichtenbergenſi*, tribus manſis ad *Freden*, 5 manſis ad *Linde*, 7 ad *Sidereſſen*, 2 manſis et dimidio decimae in *Freden*, manſis 8 in *Vreden maiori*, 2 manſis et vna area in *Garboldeſſem*, 8 manſis totidemque areis villarum, et ovium paſtura in *Lopmachterſſen*, 5 manſis, villa vna et caſa in *Kiſſenbrugge*, a. 1531 Dominica Laetare. Eodem anno *ERICVS ſenior* et *HENRICVS iunior*, Duces, eisdem conferunt feuda, ab Epiſcopo Hildeſienſi quondam recognoſci ſolita, videlicet ius patronatus in *Alt-Walmoden* ibique 4 manſos: decimam *Sodderenſem*, 4 manſos et villam in *Düngen*: 11 manſos villasque 14 et $\frac{1}{2}$ decimae in *Lütteken-Freden* prope Lichtenbergam: manſos 3 in *Linde* et villam vnam: villas duas et partem ſalinarum ac 14 manſos in *Gittero* vtroque: 3 manſos in *Seelde*: 6 manſos areasque nonnullas in *Sottern*: 3 manſos a decimis immunes aliosque 2 manſos cum decimis, ac aream, ſeruituti equeſtri obnoxiam, in *Lutter*: 1 manſum iuxta *Leſſe*: ius paſcendarum ouium in campis pagi *Cramme*: 4 manſos et villam in *Alten-Walmoden*: ovium paſtiones in *Seelde minori*: tres manſos et villam in *Heere maiori*: 5 manſos et villam in *Kniſtede*: officium *Heynde* et *Liſtringen* cum iure patronatus: 4 manſos in *Leuenſtedde* et villam: 2 manſos in *Hadderſſem* cum villa: 4 manſos in *Düngen* maiori, et plura alia bona hinc inde ſita. *HENRICVS*, natu maximus, officium Wallmoden et ea, quae ipſi ſunt adnexa, ritu veteri a. 1548 a *REMBERTO*, Epiſcopo Paderbornenſi, recognouit. *LVDOLFVS* et *IASPARVS*, ceteris ſine maſcula prole exſtinctis, familiam et progeniem propagarunt. Anno 1559 bona Walmodenſia bipertito poſſideri coepere. Ex eo tempore duo diuerſa domicilia vtrique ſtirpi eiusque poſteris adſignata ſunt. Ex Ludolfi progenie *Tedelinus Aschvvinus* et *Ludolfus Achatius* denuo partem alteram bipertiti ſunt. Ab illo eſt linea Walmodenſis vetuſtior; ab hoc deſcendit proſapia Heinenſis. Plerique horum Epiſcoporum Hildeſienſium a conſiliis fuerunt et tributa prouincialia ſunt moderati. Alii militatum abierunt, gloria cruenta ornamentis togae antepoſita, quam conſiliis bellicis ac arte mathematica direxerunt. *TEDELINVS* VIII praedia, et *Hohenrodanum* et *Seſenſe* ſibi ſuisque comparauit.

§. XII.

*Feuda Gandersheimenſia.*

*Sanderus*, quem per coniecturam pro filio Henrici III, fide probabilitatis adiutus, habeo, iam nonnulla bona fiduciaria ab eccleſia Gandersheimenſi tenuit. *Tedelinus* VIII partem eorum ab eadem recepit, aliaque eis adiunxit. Ab eo enim in hunc vsque diem poſteri ſuſcipiunt nexu feudali bona a Sandero iam dicto, Iohanne et Sigfrido de Vreden, Eberhardo et Mauritio de Langeleben, et Burchardo de Mandelslo olim eodem nexu poſſeſſa, bonis Dalemenſibus exceptis: bona, a Iohanne de Medem, Mauritio et Eberhardo de Langeleben, nec non Burchardo de Mandelslo poſſeſſa, nempe $4\frac{1}{2}$ manſos in campis iuxta *Bilderla*, 2 areas et vnam in cemiterio ibidem, aream nigram inter Bornhu-

huſum et Seſam, decimam in *Pedele* iuxta Seſam duosque ibidem manſos, 5 manſos ad *Erichmaius*, *Oydeshuſam* iuxta Tzinninge cum decima, iudicio et aduocatia: 8 manſos iuxta *Bokenum*: 2 villas et 9 manſos totidemque *kohtvvordos* in *Dedenſen*, vna cum paſtura ouium: ſiluam, *Brand* dictam, iuxta *Bruggam*: ſingula cum iudiciis: 2 manſos et 11 caſas in *Eberholzen*: 1 manſum iuxta *Himſtede*. A. 1732 menſe Febr. vltima infeudatio eſt peracta.

### §. XIII.
### *Vita Tedelini Ottonis, Henrici, Arndii Ludolfi, Georgii Chriſtiani et Benedicti Gebhardi, atque Chriſtiani Adami.*

*TEDELINVS OTTO*, Halis litteras excoluit, militiae dein nomine dato, tribunum egit ſecundarium ſub auſpiciis Ducis Wirtenbergici in bello Gallico, acceptisque a. 1704 ad Schellenbergam vulneribus Marti valedixit, et in poſſeſſiones hereditarias ſe contulit. Suſtinuit heic dignitatem conſiliarii Electoralis tributorum prouincialium per Epiſcopatum Hildeſienſem, vsque ad obitum a. 1731. 3 Iun. *HENRICVS*, ſalutata Halis Muſarum amoenitate, Marti ſeſe addixit operamque ſuam dicauit Electori Hannoverano, deinde Duci Brunsuicenſi, a quo vsque ad munia tribuni ſecundarii euectus obiit a. 1730. *ARNDIVS LVDOLFVS*, per quadriennium in Academia et Halenſi et Gieſſenſi verſatus, itinera per Batauiam, Angliam et Germaniam a. 1706 et 1707 fecit, confiniis Galliae et Italiae bello flagrantibus. Itineribus perfunctus, in aulam Ducis Sereniſſimi *LVDOVICI RVDOLFI* conceſſit et munera cubicularii nobilis ad a. 17 3 ſumma cum laude expleuit. Ex eo tempore, Canonicatum Gandershemii indeptus, munia indefeſſa colligendae bibliothecae et inſtruendo rectius Archivo conſecrauit. Deus ei ex alto benedicat! *GEORGIVS CHRISTIANVS* a teneris pullus Martis exſtitit, militiam ſub vexillis ſignisque Ducis Brunsuicenſis auſpicatus, poſtea ad copias Electoris Hannoverani, Regis magnae Britanniae, progreſſus, dignitatem legati ſupremi bellici ornat. *BENEDICTVS GEBHARDVS* vnice in ſtudiis operam poſuit, et, Helmſtadii per triennium in litteris exornandis verſatus, legationi Hannoveranae circa pacificationem Vltraiectinam a. 1713 interfuit. Poſthaec, luſtratis Anglia et Batauia, in aulam Ducis Holſatiae Gottorpienſis proceſſit, vbi conſiliarium egit iuſtitiae. Quibus muniis honorificentiſſime relictis, ab aulis et Hannoverana et Guelferbitana in ſupremum ſiluarum Hercinicarum adminiſtrum renuntiatus, Cellerfeldae ſedem fortunarum delegit. *CHRISTOPHORVS ADAMVS*, natu minimus, ab ineunte aetate militiam arſit et per Mariis munera, quae inchoauit ſub clementiſſimo Ducis Brunsuicenſis regimine ad dignitatem centurionis conſcendit, cui adhuc haud citra publicam adprobationem praeeſt. Ex quibus ſatis ſuperque patet, ſtirpem hanc et antiquitate et meritis et dignitatibus ſemper vsquequaque emicuiſſe et floruiſſe. Addat Numen ſupremum tam avita gloria dignos perpetuo nepotes!

## CAPVT LIV. WELPE.

Caſtrum *VVelpe*, Hannoveram inter et Hoiam olim conſpicuum, et firmitate munimentorum et Comitibus peculiaribus inſtructum fuit. De Comitibus mihi paucula innotuerunt. Dabo, quae ſparſim collecta habeo. *BERNHARDVS* Henrico Leoni fuit fidiſſimus et amiciſſimus, nec vlla facile res maior ſine eo geſta. Teſtes adpello Arnoldum Lubecenſem L. I. c. 32. ac Gerhardum Stederburgenſem p. 865. To. I. *Leibn.* Ipſe Henricum, de exilio reducem, promto ſuſcepit obedientique animo. *Hiſtoriae Bardeuicenſis fragmentum* p. 63. To. II. Leibn. Video Bernhardi nomen quoque in diplomate a. 1199 dato apud Rehtmeierum in *Chron. Br. et Lun.* P. III. c. 24. p. 435. nec non in alio ad annum 1203 p. 422. Ad annum 1208 *ISO*, Epiſcopus Verdenſis, floruit, ex ſanguine horum Comitum ſatus. *BERNHARDVS*, fortaſſis iunior, a. 1227 tenuit caſtrum Ottersberge. At Gerhardus Epiſcopus Osnabrugenſis illud ei denuo ereptum iuit. *Chronicon Schawenburgicum* p. 510. To. I. *Meibom.* *CONRADVS* commemoratur ad annum 1248 a Lerbeccio in *Chronico Mindenſi* p. 184. *BERNHARDVS*, Epiſcopus Magdeburgicus, floruit circa annum 1278. *BVRCHARDVM* deprehendo (a) in diplomate Helmoldi Comitis Swerinenſis. Circa annum 1277 Albertus Magnus, Dux Brunsui-

(a) Idem a. 1273 Ludolfo et Lippoldo, fratribus de Mandelsloh, in feudum dedit duo et ſemi manſos agrorum, ſitos ad Südsüllede I. F. Pfeffingerus iunior in Hiſt. Brunsuico-Lun. P. I. p. 276.

uicenſis, Comitem Welpenſem bello coërcuit. Anno 1307 a parte Capituli Bremenſis *BERNHARDVS*, filius Comitis de Wolpia, in Epiſcopum Bremenſem fuit electus, qui antea Praepoſitum Magdeburgenſis ac Bremenſis baſilicae agebat, teſte Woltheroin *Chronico Bremenſi* p. 62. Tandem ſtirps ipſa Comitum, in dies adtenuatorum, intercidit medio ſaeculo decimo quinto, ac in Comitatum ipſum occupandum illico ſeſe immiſit Dominus beneficii, Wilhelmus victorioſus, Dux Brunſuicenſis. Conſulatur Ven. Rehtmeier loco ſaepius laudato P. III. c. 54. p. 741. Inſigne gentilitium Comitum Welpenſium ferunt fuiſſe duo cornua taurorum, in inferiori parte coniunctorum. Vide *tab.* XXVIII. *fig.* VII.

## Caput LV.

# WERBERGE.

Nobiles Domini de *Werberge* ſeu *Warberge* caſtrum et dominium obtinuerunt prope Scheningam et Helmſtadium, vbi nunc eſt praefectura Warbergenſis. Ipſi fuerunt Ducum Brunſuicenſium Camerarii hereditarii. Philippus, Rex Germaniae deſignatus, a. 1199 concremauit Warbergam. *MEIBOMII Chronicon Riddagshus.* p. 350. *Thidericus* Dominus cum vxore Helmburge in eodem Chronico p. 415. ad annum 1233. eſt obuius. *Hermannus* a. 1248 (a) occurrit in diplomate Ottonis Ducis p. 79. P. I. *PFEFFINGERI Braunſchw. Lun. Hiſtorie.* Filius ipſi exſtitit *Conradus*, cui nupſit Mechtildis ex Comitibus Wernigerodanis orta, quae peperit *Cunegundem*, vxorem Annonis equitis de Heimburg: *Hermannum*, a. 1284 Praepoſitum eccleſiae ſummae Magdeburgicae, ſecundum *Chronicon Marienthal.* p. 270. ac *Ludolfum*, Monachum Riddagshuſanum. *Arnoldus* et *Hermannus* exſtiterunt Canonici maioris eccleſiae Hildeshemenſis. Ille memoratur ad a. 1282; hic ad a. 1308. Anno 1274 *Hermannus de Werberg* teſtis eſt in diplomate Alberti Magni, Ducis Brunſuicenſis. *Hermannus, Nobilis de Wereberge*, qui ad a. 1248 obuius eſt, fortaſſis ab hoc non differt. In Diplomate Gandeſienſi ad a. 1340 occurrit rurſus *Hermannus*. Ad a. 1311 deprehendi *Ecbertum*, apud Rehtmeierum in *Braunſchweig Luneb. Chronica* p. 595. *Ludolfi*, qui commemoratur ad a. 1356 in *Chronico Marienthal. Meibom.* p. 270. maiores fuerunt *Hermannus* (*) et *Ludolfus*. De vtroque vide C. B. Behrenſii *Catal. Praepos. Hildesh.* p. 56. ſq. Anno 1360 *Burchardus* fuit Produx Helmſtadii. *Geuehardum* ad a. 1345 exhibet Rehtmeierus l. c. p. 652. *Euerhardus* idem dicitur ad eundem annum in Diplomate Ducum Magni et Erneſti, apud Pfeffingerum l. c. P. II. p. 196. *Otto* cum Conrado Comite Egelenſi, ſaeculo ineunte XV, contra nobiles de Schwigelde praeliatum iuit, Hartisburgum tunc incolentes. Sed ipſe in conflictu occubuit. *BOTHO* p. 396. *Ludolfus*, filiique eius *Iohannes* ad annum 1419 ſunt obuii. *Burchardus* a. 1436 nomine vniuerſae nobilitatis Hildeshemenſis vna cum Epiſcopo Hildeſienſi ſubſcripſit foederi hanſeatico. Ipſe cum fratre *Gebhardo* ad annum (b) 1440 occurrit. *Antonii* filia Margareta expetiit Abbatiſſatum Gandershemenſem. Fata eius expoſui p. 1013. ſq. Succeſſit ei *Antonius iunior*, cui adtribuitur vxor Agneſa de Bortfeld. Ex vtroque natus eſt *Wolfgangus Gebhardus*, qui improlis ſuaeque ſtirpis vltimus obiit anno 1648, vſus vxore Magdalena de Wetberg. Feuda olim obtinuiſſe hoſce Dominos ab eccleſia Gandeſienſi, lego in antiquo indice bonorum. Commendator Lucculenſis poſtea haec

(a) *MEIBOMIVS* ad Chronicon Comitum Schawenburg. in Notis p. 541. To. I. rer. Germ. hanc partem genealogiae ſiſtit:

*Hermannus*, Vx. Wilburgis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Conradus Praepoſitus ad S. Iohann. Mindae 1274 eligitur Epiſcopus. | Alheidis vx. Gerhardi C. Schaumburg. | Hermannus in arce Summerſeborg moratus, vx. filia C. de Wernigerode. | Otto Abbas Werdinenſis. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Gebhardus. | Conradus vx. Mechtildis. | Hermannus eques militiae Rhodenſis, commendator per Saxoniam Supplinburgi † 1371. | Burchardus | Eliſabetha nupta Iohanni Domino de Hadmersleben. |

Conradus vx. Mechtildis:

| | | |
|---|---|---|
| *Cunigundis.* | *Hermannus.* | *Ludolfus.* |

(*) Ipſe obiit anno 1371.

(b) *Henricus* Bato anno 1536. in vxorem duxit *Margaretam*, Ludolfi V Comitis Wunſtorpienſis filiam, quae deceſſit a. 1549.

Ff ff ff ff ff

haec bona ſibi adſciuit pretio eaque recognouit ab eccleſia Ganderſemenſi vsque ad annum 1530. De cetero memorandum eſt, fuiſſe etiam in agro Paderbornenſi Comites Wartbergios, teſte Gobelino in *Cosmodromio Aet.* VI. c. 52. *ANTONIVS*, Conſiliarius Electoris Brandeburgenſis Ioachimi II et Iulii, Ducis Brunsuicenſis, exiſtimauit, originem progenitorum ſuorum quondam *Warburgi* in Epiſcopatu Paderbornenſi habuiſſe ſedem, argumento (†) vſus, quod inſignia Baronum Warbergenſium in memoratae vrbis moenibus ſaxo inciſa adhuc adpareant. Ex Baronibus noſtris repetuntur vulgo Epiſcopi duo Halberſtadenſes *Henricus* (††) et *Burchardus*. *CVNO* ſeu *CONRADVS*, a. 1256 ab Alberto, Landgravio Thuringiae, feudum quoddam nactus. Sed quorſum is conlocandus ſit, ſcio cum cum ignariſſimis. Barones feuda tenuerunt ab Archiepiſcopis Magdeburgicis, Epiſcopis Halberſtadenſibus, Marchionibus Miſnenſibus, Abbatibus Werdenenſibus ac Helmſtadii, ac ab eccleſia Gandersheimenſi. quibus deinde acceſſere nonnulla beneficia, a Baronibus Heimburgiis quondam poſſeſſa.

## Caput LVI.
## WERNIGERODE.

Comites Wernigerodenſes ſunt antiquiſſimae originis. Si Henrico Wolthero credimus, Henricus IV eis demandauit munia *piſcatorum imperialium*. Inſignia certe, quae duos piſces (*) praeferunt, ab hiſtoria hac non abhorrent. Comites olim tenuerunt ab eccleſia Ganderſemenſi praedium *Reddeber*, quo in hunc diem a Rege Boruſſiae ſubinfeudantur Comites Stolbergenſes VVernigerodani, qui VVernigerodenſibus antiquis medio ſaeculo XV ſucceſſerunt. *Albertus* ſubſcripſit (a) a. 1129 diplomati Lotharii Regis, quod exſtat To. III. Menck. p. 1115. Solent vetuſtiores adferri, *Henricus* ad a. 1042. *Henricus* ad a. 1119. *Albertum et Wernerum* Annales Corbeienſes ad a. 1173 referunt. *Hermannus* et *Conradus* ad a. 1207 ſunt obuii. *Conradus* (b) ad a. 1219. (c) *Gebhardus* ad a. 1240. (d) Quae ſequuntur, ita cohaerent.

*
*Conradus* 1255.

Fridericus 1260. | Gerhardus ſenior 1255. 1260.

Waltherus Can. Hild. 1325. | Albertus. | Conradus 1253. 1266. 1270. 1274. (e) 1282. | Walburgis vxor Domini de Heldrungen. | Gebhardus 1266. | Fridericus 1299.

(Gebhardus 1266.:) Iohannes 1322. | Gebehardus 1325.

(Albertus:) Albertus 1298. (g) 1309. | Fredericus (g) 1298. 1320.

(Conradus:) *Conradus* 1284. 1320. (f) Vx Eliſabetha, filia Iohannis Ducis Brunsu. | Geuehardus 1320.

(Albertus 1298.:) Conradus 1329. (Fredericus:) Geuehardus 1320.

*
Conradus 1358. 1386.

*
Theodericus † 1386. (h)

(Conradus 1358.:) Conradus 1408. 1411. | Albertus 1408.

(Conradus 1408.:) Henricus 1422. † 1429.

*Geb-*

(†) *MEIBOMIVS* l. c.

(††) *CRANTZIVS Metrop.* L. XI. c. 8.

(*) Tab. XXVIII. fig. 9. 13. 14. 15.

(a) Videtur is idem eſſe ac *Adelbertus*, qui a. 1121. in diplomate apud I. G. Leuckfeldium *Antiqq. Halberſtad.* p. 715. occurrit. Idem interfuit a. 1130. comitiis Brunsuicenſibus, Rehtmeier P. II. *Chron. Br. Lun.* c. 18. p. 292.

(b) Ac a. 1223 in diplomate Henrici Regis, apud Leuckfeldium in *Antiqq. Walckenred.* p. 570.

(c) Ad a. 1219 *Bertholdus* obuius in Henrici Longi diplomate, quo conſtituitur compactum cum Bremenſi Epiſcopo Gerhardo II. Rehtmeier l. c. p. 425.

(d) *Gebhardus* ad a. 1243 in *Chronico Riddagshuſano* occurrit p. 357. To. III. Meibom.

(e) Ad a. 1274 *Conradus* in Chron. Marienthal. p. 264. et in diplomate Helmoldi, Comitis Swerinenſis. Vnius Conradi vxor fuit Eliſabetha, Iohannis Ducis Brunsuicenſis filia. Botho in *chronico picturato* p. 365.

(f) Ad a. 1284 memoratur in Kettneri *Antiqq. Quedlinb.* p. 347.

(g) Albertus et Fridericus reſignant Bertradae Abbatiſſae vnum manſum, in campo Querembecke ſitum Kettnerus l. c. p. 550. Ad annum 1301 eidem dicuntur fratres et conſenſerunt de alienando vno manſo. in Querembeke, p. 430.

(h) Conradus Comes Gerhardo Epiſcopo Hildeshemenſi vendidit caſtrum Vynenborch, et caſtrum Blankenburch accepit, adiuuante Thiderico. *Chronicon Hildesh.* p. 761. To. I. Leibn. Thydericus a. 1386 fuit ſuſpenſus. To. I. Piſtor. p. 1107. Botho p. 388. Engelhuſius in *Chronico* apud Maderum p. 281. *Chronicon S. Aegidii* p. 594. To. III. Leibn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*Gebhardo* a. 1253 VVilhelmus Rex mandat, vt cum Ludolfo de Meinerſem Albertum Magnum adiuuet in occupando Comitatu Peinenſi. Sifridi Epiſcopi Hildeshemenſis diploma ad a. 1282. in quo de Conradi bonis nonnullis diſponitur, dabimus in Diplomatario Hildeshemenſi. *Conradus* fuit patronus armatus Goslariae (i) anno 1460. *Henricus* Comes (k) a. 1427 coibat foedus cum Ottone Claudo, Duce Brunsuicenſi, Magno Epiſcopo Hildeſienſi et vrbibus Goslaria, Brunsuico et Hildeshemio contra nobiles de Schwichelde, qui latrones tuebantur. Imperator tandem Sigismundus Comitatum a. 1429 vacuefactum contulit filiis Bothonis XII Comitis Stolbergenſis.

## CAPVT LVII.
# COMITES WINCENBVRGICI.

Cognomen eis adhaeſit ex *Wincenburgo*, caſtello quodam, a quo nunc praefectura Hildesheimenſis adpellatur, cuius ſedes haud procul infra ruinas veteris caſtri viſitur. In vertice editi montis proximi, qui dicitur *Baierberg*, ab Hermanno ſeniore vel patre ipſius exſtructum eſt caſtellum, quod vulgo *Baierburgum* audiit. VVinciburgum caſtellum exſtitit iam aetate Bernwardi, Epiſcopi Hildesheimenſis, eiusque in poteſtate fuit, ſi Tangmaro, qui *vitam Berwardi* ſcripſit, credimus. Fundator coenobii Lamſpringenſis habetur vulgo pro Comite VVinceburgico. Sed id nominis ei haudquaquam tribuitur in vllo genuino diplomate, quod ante ſaeculum XIII fuit publicatum. *VVinciburgum* videtur dictum ex *VVenzigavvi*, cuius propugnaculum fuit. *VVenzen* pagus dedit toti tractui cognomen. Vulgo circumferuntur de hiſce Comitibus commenta ſatis copioſa, a Iohanne Leznero perſcripta et quidem ex fide falſariorum Hildeſienſium. Opuſculum Reinhardi Reinehuſenſis, Abbatis de familia Reinhardi, Epiſcopi Halberſtadenſis, a Leuckfeldio Leibnitioque editum, tabulas genealogicas Leznerianas mirum in modum labefactat. Vtrum tres Hermanni, an duo, ſint ſtatuendi, incertus haereo. Senior obiit a. 1123; poſtremus 4 Kal. Febr. feria tertia a miniſterialibus Hildeshemenſibus occiſus eſt. Vt malim, exſtitiſſe duos, nequaquam vero tres, inducor teſtimonio Henrici Archiepiſcopi Moguntini, qui eum, qui a. 1152 percuſſus eſt, vocat *Hermannum iuniorem*, fratrem Henrici. Henricum fuiſſe filium Hermanni ſenioris, qui anno 1123 obiit, comprobaui ſupra, vbi de Comitibus, ab *Aſſela* dictis, diſſerui. Hermanni II vxor, *Luitgarda*, fuit filia Rudolfi, Marchionis Saxoniae borealis, Comitisque Stadenſis, ex Richarde. Luitgarda nupſit primum Friderico, Comiti Palatino Sommerſeburgenſi, eique peperit Albertum, Comitem Palatinum, ac Adelheidam, quae Abbatiis et Quedlinburgicae et Gandershemenſi praefuit. At quia Luitgardae ſoror *Ita* nupſerat Friderico, Friderici patri; canones eccleſiaſtici diuortium ſuaſerunt. Quare Luitgarda, repudium paſſa, *Erico Lam*, Regi Danorum, a. 1144 (a) nupſit. Quo rurſus a. 1147 defuncto, nuptias iniit cum Hermanno iuniore, Comite Winceburgico. Inuidebant miniſteriales Hildesheimenſis eccleſiae Hermanno diuitias et Luitgardae prolem, quam conceptam in vtero geſtabat. *ANONYMVS SAXO* in hiſtoria Imperatorum p. 108. To. III. Menck. *Circa tempus dierum illorum Comes Hermannus de VVincenberch cum coniuge ſua a miniſterialibus Hildenſemenſibus eſt occiſus, et vnusquisque, quantum poterat, de theſauris ſuis rapuit, quod totum poſtea in capita ipſorum redundauit.* *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1153. p. 284. *Comes Hermannus de VVincenburg 4 Kal. Februar. feria III occiſus eſt et coniux eius Luichardis.* Probari aliis annum 1152, alibi euicimus. Coniux ipſa tum fuit praegnans, *ENGELHVSIO* teſte in *Chronico* p. 1099. To. II. Leibn. Sigillum Hermanni iunioris adtuli in *tab.* I. *fig.* 2. Omittitur vulgo a genealogiſtis ipſius ſoror, quae matrimonio coiit cum Vdone IV, Comite Stadenſi ac Franckenlevienſi, qui a militibus Alberti Vrſi prope Ascerleviam anno 1130 occiſus interiit. Ipſam commemorat *ALBERTVS STADENSIS* ad annum 1144. Addo, Hermanni iunioris matrem fuiſſe Lotharii Saxonis ſororem. Nam Hermanni huius frater Theodericus, Epiſcopus Monaſterienſis circa annum 1121, fuit *nepos Ducis Saxoniae*, ſeu Lotharii,

(i) Rehtmeier in *Chronico Br. Luneb.* p. 1842.

(k) Ab hoc obtinuerunt Goslarienſes *montem lapideum* ſeu *Steinberg*, 1410. Confirmauit eum Rex Rupertus Palatinus. Indicent alii, quorum ſint referendi *Fridericus* a. 1385 Abbas Ilefeldenſis et *Albertus*, a. 1411. Epiſcopus Halberſtadenſis.

(a) *ERICVS* in *Hiſtoria gentis Danorum* ad a. 1144. p. 300.

tharii, vti eſt penes *Erdwinum* ERDMANNVM in Chronico Osnabrugenſium Epiſcoporum p. 210. Fautores Henrici V Caeſaris Theodericum anno 1121 eiecerant Epiſcopatu. Verum ſumma cum auctoritate Lotharius Saxo; Dux Saxoniae, aeque ac Hermannus, Comes Winceburgicus iunior, cognatum et fratrem reſtituerunt ſedi ſuae, inuito Imperatore. (b)

## Diplomata ad hiſtoriam Comitum Winceburgicorum ſpectantia.

### I. *ADELBERTVS Archiepiſcopus Moguntinus anno* 1100 *fundationem coenobii Reineshuſani confirmat.*

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. ADILBERTVS Dei gratia Moguntinus Ar-
„ chiepiſcopus et ſedis Apoſtolice legatus. Cum non ſolum ex debito nobis a Deo col-
„lati officii nobis competat. verum et internis ad hoc caritatis adſtringamur viſceribus,
„vt omnibus. que rationabiliter et Zelo pietatis fieri videntur. condignum prebeamus aſ-
„ſenſum. maxime tamen his. que ad decorem nominis diuini fiunt. ſummo ſtudio et
„diligentia laborandum cenſemus. et ea. que ſub noſtre preſentie peraguntur memo-
„ria. ne in obliuionem tranſeant. tenaci antiquitatis ſcripto et ſigilli munitione robora-
„re. Notum ergo eſſe volumus tam futuri quam preſentis temporis Chriſti fidelibus.
„quod *HERMANNVS patrie Comes. ſuis heredibus* adſtipulantibus. videlicet *VDONE*
„Hildeneshemenſe Epiſcopo. et fratre ſuo Conrado Comite. cenobium monaſtice pro-
„feſſionis in *REINEHVSEN* ſuo patrimonio. cum omnibus ſuis inibi pertinentibus. in
„honore S. Trinitatis et B. Marie perpetue Virginis ſanctique Criſtofori Martiris. dotauit.
„et *Reinehardum Halberſtadenſem Epiſcopum ipſum dedicare* a nobis impetrauit. Hec quo-
„que obtulit in *Diemerdin* (nunc *Diemer*) IX manſos cum ſuis litonibus et vorwercum
„ſuum de III manſis. in *Herdingeroth* IV dimidios manſos. in *Weſterlengethe* dimidium
„manſum. in *Oſterlengethe* vnum manſum. in *Suehchuſen* vnum manſum. in *Landolfishuſon*
„vnum manſum. in *Vuitmarishuſon* dimidium manſum. in *Abbenroth* vnum manſum. in
„*Bredinbeke* vnum manſum. in *Badinhuſen* III manſos. in *Herbergehuſon* dimidium man-
„ſum. in *Lengelere* eccleſiam cum omni vtilitate. in *Esbike* IV manſos. in *Ellingehuſen* II
„manſos. in *ALDINGRONE* dimidium manſum. in *Feſe* vorwercum de V manſis. et II
„litonum et II beneficii. in *Buren* II manſos. in *Thiedenroth* III manſos. in *Witteburnen*
„dimidium manſum. in *Stockhuſon* vnum manſum. in *Gandera* XI manſos. in *Gunthelmis-*
„*huſon* II manſos. in *Mechelmishuſon* II dimidios manſos et integrum: in *Elkerishuſon* di-
„midium manſum. montes quoque. qui *Lichen* vocantur. vt Dei eccleſie potius quam
„rapine pauperum deſeruiant. cum ſiluis adiacentibus. ſcilicet *Witehagen. Sundera. Wald*
„et *Perindal* cum *Balenhuſerberge* adiecit. in *Scrozinroth* et *Hiddinhuſon* quicquid ſibi ceſ-
„ſit obtulit. Adhaec ipſe *COMES* H. et *BEATRIX* Cometiſſa de *VVardbike* auunculi ſui
„Conradi Comitis filia. nouem manſos et duas partes totius *marche* in *Bornesroth*. II quo-
„que partes ſiluule. que dicitur *Kaldinlith*, cum *Bettenrodt* contradiderunt. Eadem
„*BEATRIX* Cometiſſa III manſos in *Suthem* cum *OLRICO* Comite eius filio contulit. *SO-*
„*PHIA* etiam Cometiſſa II manſos in Gelingehuſon obtulit. *EILIKA* nichilominus
„*Abbatiſſa in Ringelem* V manſos et dimidium in iam dicta villa Reinehuſen pro remedio
„animarum fratrum eius. *MEINHARDI* ſcilicet et *PILIGRINI Comitum* in eodem coe-
„nobio quieſcentium. cum eſſent *HEINRICI Comitis* filii. iam dicti *HERMANNI Comitis*
„auunculi contradidit. *REINHARDVS* quoque prefatus Epiſcopus dimidium man-
„ſum in eadem villa obtulit. Quibus omnibus ſuos litones cum miniſterialibus idem
„Comes H. pro iure ſeruitii. quo ſibi tenebantur. ſuper addidit. videlicet vt annuatim
„ter ternis diebus de ſuis ſumtibus quouis in opere Eccleſie deſeruiant. et de XII ſolidis
„tam pro gratie obtentu. quam pro matrimonii contractu componant. miniſteriales ve-
„ro de compoſitione talenti ſatisfaciant. Poſtremo vniuerſitas eorundem heredum pari
„et communicato conſenſu ſtatuit. vt ius patronatus ſepe dicte Eccleſie. videlicet *Rein-*
„*huſen*. maiori tantum natu cedat. ne id cuiquam in feudo detur. Vt vero meritis eo-
„rum deuotionis non minus participemus. nos quoque de gratia B. Martini ipſorum ob-
„lationi adiicientes predicandi auctoritatem. ligandi et ſoluendi poteſtatem. animarum
„curam. Baptiſmi gratiam. eidem coenobio parochialiter conferimus. electionis quo-
„que

(b) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 264. *ANNALES Hildesh*, ad a. 1121. p. 739. *ANONYMVS Saxo* in *hiſtoria Imperatorum* p. 103. To. III. Menck.

que libertatem perpetuo indultam confirmamus. preterea decimationes totius inibi *marche.* tam in colendis quam cultis proprediis. que ſepe dictus Comes H. in his IV villis. ſcilicet *Germannishuſon. Ratmareshuſon. Kyrſtingeroth. Ripenhuſon.* legalitet tenuit. eidem Eccleſie in concambio damus. Et vt hec traditio et ordinatio in perpetuum valitura permaneat. *Banni* B. Petri et noſtri auctoritate ipſam confirmamus et ſigilli noſtri impreſſione roboramus. Quod ſi quis contra huius traditionis et noſtre confirmationis teſtamentum ſtare. preſumſerit. auctoritate Dei et noſtra ſucceſſorumque noſtrorum excommunicatus diſpereat. Amen. Huius rei teſtes ſunt : *REINHARDVS* Halberſtadenſis Epiſcopus. *VDO* Hildeneshem Eps. *Thietmarus* Helmwardishuſenſis Abbas. *Reymboldus* iam dicte eccleſie Prepoſitus. *Godeſcalcus* Prepoſitus S. Marie in Campo. *Henricus* Canonicus Moguntinus et Capellanus. *HERMANNVS* Patrie Comes. qui et fundator et *filii eius duo HENRICVS* et *HERMANNVS pueri.* *OLRICVS* C. de *VVerdbike.* *CVNRADVS* Comes de *Everſteyn.* Dudo de *Ymmenhuſen.* miniſteriales Cracht. Hugo. Lampertus. Cunradus. Adilbertus. et alii quam plures. Datum in iam dicto cenobio *Reynhuſen* III Non. Decembris die conſecrationis eiusdem. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis Mo.Co. Indictione XIIma."

2. *Anno* 1148 *HENRICVS Archiepiſcopus Moguntinus* eamdem confirmationem denuo confirmat, ſed verbis paucioribus et bonis ab integro haud recenſitis. Totum dat illud *Polycarpus LEYSERVS* in *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 85. ſq. Quae huc faciunt, huc transferemus : "Hoc prefatum coenobium *Comes HERMANNVS iunior* Moguntinenſi eccleſie. aſtipulante *fratre ſuo HENRICO.* pro beneficio. quod *Comitis SIFRIDI* fuerat. legali iure tradidit. Ea propter eandem Eccleſiam tum diuine remunerationis intuitu. tum fideliſſimi noſtri *Reynhardi* Abbatis reſpectu in defenſionem noſtram - - ſuſcepimus - - Teſtes - - - laici : *VVILBERTVS Comes de Everſteyn*, Witgerus de *VVartbik.* Godefridus de Ameneber. Arnoldus de Hagenhe et fratres eius Tamino. *Erpo et VVigerus de Bilſten* - - Data in caſtro Ruſtenberch anno dominice Incarnationis Mo. Co. XXXXo VIIIo Indict. XI. regnante Conrado Romanorum Rege feliciter."

De Winckelhuſanis Dominis et Comite vide Sectionem ſequentem.

## CAPVT LVIII.
## WOLFEBVTLE.

Comites, de *Wolferbutle* ſeu *WOLFFEBVTTLE* dictos ſupra (a) ſuccincte percenſui, ſecutus in primis Meibomium. Qua de cauſſa *Wolfebutle* caſtrum ab Alberto Magno, Duce Brunsuicenſi, a. 1254 fuerit ſolo aequatum, ex *CHRONICO rhythmico* (b) *Principum Brunsuicenſium* ſupra (c) docui. Aſſeburgios, Peinenſes et Wolfebuttelanos Comites ex communi ſtirpe deducendos eſſe, ſuadet *lupus*, inſigne ipſis commune. *Lahtnadorpomarcus* ſeu *Lachtandorpomarcus*, a Lachtendorp dictus, partem Comitatus Peinenſis comprehendit, a Ringelhemio per Gitter, Hoſtarte, Honrode, Lichtenberge, Lafferde, Himſtede et Tide ac Immendorp olim procurrens. Aſſeburgum vero et Wolfebutle, Biwende, Dencte vtrumque, Weferlinge, Sotmar et alia loca ad *Dencthomarcum* quondam referebantur.

*WIDEKINDVS*, nobilis Dominus de Wulferbutle, obuius eſt ad annum 1091. fideliſſimumque Gertrudi, Marchionis Egberti I filiae, vbique laborem praeſtitit. Hennricus IV ei contribuit Comitatum Scartfeldenſem, (d) Filiis caruit; nonnullis tantum filiabus nobilitatus. Meminit eius Reinhardus Epiſcopus ad a. 1118, in diplomate, (*) quo eccleſiam Lindenſem confirmauit.

*BORCHARDVS* Comes vixit ineunte ſaeculo XII, eiusque duo filii in diplomate Henrici Leonis occurrunt (e) ad annum 1154, videlicet *Egbertus* et *Borchardus.* (e)



(a) Diſſ. II. p. 248.
(b) C. LXIX. v. 9. ſqq. p. 136.
(c) In *Vita Alberti Magni Ducis Br.* §. 6.
(d) *BOTHO* ad a. 1091. p. 330.
(*) *LEVCKFELD Antiqq. Halberſt.* p. 710.
(e) *HEINECCIVS* in *Antiqq. Goslar.* p. 150.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ECBERTVS* occurrit ad annos 1154. 1164. (f) 1169. (g) et 1188.

*WIDEKINDVS* adiungitur *Ecberto* ad a. 1169. et *Borchardo* ad a. 1181. quo et *Wikindus* et *Burchardus* miniſterialibus Hildesheimenſibus adnumerantur. (h)

*ECBERTVS* a. 1191 cum Ludolfo, *aduocato* vrbis Brunſuicenſis, defecit ab Henrico Leone, et terras huius crudeliſſime vaſtauit. Henricus Leo igitur, valida per filium ſuum Henricum Longum collecta multitudine, adiutus opera Bernhardi, Comitis Welepenſis, caſtrum *Wolferbutle* obſedit, et die quarto *Guncelinum* ad deditionem compulit. (i) Ludolfus, Comes Peinenſis, qui exempla auunculi peſſima ſecutus erat, Conradum Comitem de Rothen, Ludolfo aduocato auxilia mittendi cauſſa, ſibi deuinxerat. Sed caſtrum Peine itidem expugnabatur, et incenſum diruebatur. Egbertus ille, ſeu pater iam anno 1173 perfidiam exercuerat in Henricum Leonem, profectioni Hieroſolymitanae intentum, terrasque eius Caeſari erat traditurus. Interfuit a. 1174 dedicationi Stederburgenſis coenobii. (k) Teſtatur adhuc a. 1188.

*GVNZELINVS* Ottonis IV erat *dapifer aulae imperialis*, et eius in itinere Italico a. 1209 ſocius ac comes. Otto IV a. 1218 teſtamento ſuo cauit ſanxitque, vt *Gunzelinus* cum vidua Ottonis caſtrum Herlingsbergam poſſideret. Circa id tempus *Burchardus*, et *Gunzelinus dapifer* Aſſeburgum inſtaurant. Barchardus ille fuit Comes *Aſſeburgicus*, cuius progenitores ante caſtrum reaedificatum dicti ab *Indagine* fuiſſe perhibentur.

*Fratres de Wolfebutle* detinuerunt circa annum 1208 villicationem Stockem, quam redemit ab eis Harbertus Epiſcopus Hildeshemenſis.

*Burchardus* obiit a. 1215 et in coenobio Riddagshuſano fuit ſepultus. *Burchardus* alius vixit a. 1258.

Filii ei tribuuntur *Burchardus*, *Ecbertus*, *Hermannus*, a quibus a. 1268 emit Reinholdus Abbas Mariaevallenſis partem decimarum agri Hamerslebienſis.

Anno 1254 *Gunzelino* Albertus Magnus, Dux Brunſuicenſis, ademit caſtrum Wolfebutle et id ſolo aequauit.

Anno 1258 *Burchardus* pater et filii *Burchardus*, *Ecbertus* et *Hermannus* tranſigunt cum Iohanne Epiſcopo de Comitatu Peinenſi. Vide *Comites Peinenſes*.

*Ecbertus* ſeparatim memoratur inter teſtes ad annum 1242. (l) Burchardus item ad annum 1243 (m) et 1240.

*Burchardus* et *Ecbertus* coniunguntur in Diplomate Hermanni Comitis Woldenbergenſis ad a. 1267. (n)

*Gunzelinus*, filius *Borchardi*, aes alienum mutuatus eſt ab Epiſcopo Hildeſienſi Iohanne, qui obiit a. 1261.

*Gunzelinus* tradidit caſtrum Peine Epiſcopo Hildesheimenſi, acceptis 1010 talentis denariorum Hildeſienſium. Obiit quinto Februarii.

Anno 1283 Dux Brunſuicenſis Wilhelmus reaedificauit caſtrum et vrbem Wolfebuttelae.

Vereor autem, ne tabula Meibomiana ſatis quadret teſtimoniis veterum. Teſtimonia et documenta, quae heic deſunt, ſupra loco laudato exhibui. Chartae feudales Gandeſienſes perhibent, Wolferbuttelam olim fuiſſe beneficium eccleſiae Gandershemenſis. Sed negant, eis fidem eſſe habendam, Duces Sereniſſimi Brunſuicenſes. Noſtrum non eſt, haec diiudicare, quae iam a. 1643 publica auctoritate fuerunt deciſa. Suſpicor, genealogiam ſic eſſe efformandam:

*Wide-*

(f) *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* P. III. c. 5. p. 328.
(g) Vide ſupra Diſſ. III. p. 718.
(h) *HEINECCIVS* l. c. p. 181.
(i) *GERHARDVS* in *Hiſtoria* de *Henrico Leone* p. 434. To. I. Meibom. *CHRONICON rhythmicum* c. 42. 43. p. 76.
(k) *CHRONICON Stederburg.* p. 859. To. I. Leibn.
(*) *LEVCKFELDI Antiqq. Pold.* p. 287.
(l) Apud *REHTMEIERVM* in *Br. Lun. Chronica* P. III. c. 26. p. 479.
(m) *HEINECCIVS* l. c. p. 261.
(n) *CHRONICON montis Francorum* p. 32. *HEINECCIVS* l. c. p. 262. In diplomate Ottonis Pueri ad a. 1243 apud Pfeffingerum iuniorem P. I. Hiſt. Brunſv. p. 110. teſtes fuerunt *Ecbertus et Borchardus de Wolffenbutle.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*Widekindus* 1091. 1118.

* *

*Burchardus* 1154. — *Ludolfus* 1145.

*Egbertus* 1154-1191. — *Burchardus* 1154. — *Gunzelinus* 1191. 1209. — *Wedekindus* 1169. 1181.

Burchardus † 1215.

Burchardus 1240-1258. — *Guncelinus* 1254. 1260.

Burchardus 1246. 1258. 1267. — Ecbertus 1246. 1258. 1267. — Hermannus 1246. 1258. 1291.

## Diplomata nonnulla:

„*BORCHARDVS*, *ECBERTVS* et *HERMANNVS* fratres, *filii Domini Borchardi de Wolferbuttel* omnibns hanc literam inſpecturis in Domino ſalutem. Notum ſit omnibus, quod vendimus eccleſie de Riddageshuſen mediante Domino Iohanne Abbate proprietatem vnius manſi in *Brundelem*, quem *Edericus* et *Bodo* fratres de *Boldenſen* de manu noſtra tenentes nobis reſignauerunt, acceptis decem talentis ab eccleſia ſupra dicta. Et nos data fide in manus fratris Arnoldi de Sandtberge et Domini *Friderici de Mandere*, *Bartoldi et Vlrici de Levenſtede*, preſentibus *Wernero et Elerico de Odiggerode* et Domino *Henrico de Meigenbom* venditionis huius warandiam pollicentes, vt ſi aliquando venditionis noſtre impedimentum habuerint, ſi non impedierimus infra ſex hebdomadas, vbi ipſis placuerit, *nos intrabimus non exituri*, donec eis proprietatem, quam a nobis tribus marcis examinati argenti compararunt, omnimode abſoluamus. Factum hoc ſigilli noſtri vnius ad preſens, vel ſi in futurum nos plura continget habere, teſtimonio roborantes. Actum anno gratie milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto."

„Ego *HERMANNVS* dictus *de Wolferbuttel* notum facio vniuerſis, quod cum dilecti *fratres mei BVRCHARDVS* et *ECBERTVS*, dicti et ipſi de Wolferbuttel, proprietatem vnius manſi, in villa Brundelem ſiti, eiusque in campis, monaſterio Riddageshuſen contuliſſent, vti in litteris ſuper eo confectis plenius eſt expreſſum, me adhuc infra annos conſtituto. ego tandem ad annos diſcretionis perueniens, quicquid predicti fratres mei fecerunt, in premiſſis, ratum habui eterne retributionis intuitu et habebo. Et hoc cum appenſione ſigilli mei fratrumque meorum duxi publice proteſtandum. Datum et actum *Brunſchweig*, preſentibus et promouentibus Ottone Cellerario et fratre Henrico dicto de Magdeborg *conuerſo* in Riddageshuſen, nec non et Hildebrando longo, *Conrado* dicto de *Domo*, Dauide dicto *Grue*, Ludemanno Dauidis, Deningedes Paulo, Conrado filio Iohannis Elie et aliis quampluribus. Anno Domini M°. CC°. LXXXX°. I°. quinto Calend. Decembris."

Sigillum Comitis Guncelini adlatum vides in *Tab.* XXVIII. *fig.* VI.

## CAPUT LIX.
## DE
# COMITIBVS WOLDENBERGICIS.

De eis actum eſt ſupra Diſſ. II. §. X. p. 187. ſqq. et §. XV. Adiiciam nunc Diplomata nonnulla ex Archivo Lamſpringenſi:

1. „Nos *CONRADVS* et *IOHANNES fratres Comites de Woldenberghe* et *Henricus*, *Ludolfus*, *Borchardus*, *Comites*, *filii Ludolfi Comitis de Woldenberghe* omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, notum eſſe uolumus, quod nos de communi conſenſu omnium heredum noſtrorum, quorum conſenſus eſt legitime requirendus, propter Deum et pro remedio animarum noſtrarum, nec non pro dampno eccleſie beati Adriani in Lammeſpringhe per noſtros ſeruos illato damus et confirmamus predicte eccleſie proprietatem unius manſi in villa *Holthuſen iuxta Lammeſpringhe* cum omnibus ad eundem manſum pertinentibus in villa et extra villam in perpetuum poſſidendo, quem uidelicet manſum Hermannus noſter ciuis burgenſis in Alueldhe et Gertrudis relicta quon-

„quondam molendinarii a nobis in pheodo tenuerunt. Vt igitur noſtra donatio firma „et inuiolabilis perſeueret, preſentem paginam cum apenſione ſigillorum noſtrorum „ſepe dicte eccleſie contulimus. Ad cautelam huius donationis teſtes ſunt, *Olricus de* „*Barem*, Iohannes dictus Trobe, *Hillebrandus de Lindhedhe* milites, Arnoldus de Cluedhe „aduocatus, *Henricus de Lindhedhe*, Hermannus de *Dinkelere* et alii quam plures. Da- „tum et actum anno domini M°. CC°. XC°. VI°. *eodem anno, quo caſtrum Woldenſtene* „*edificatum eſt.*"

Anno 1294 Sigfridus Epiſcopus Hildeſienſis Henrico donat duos manſos in Sodere, quos Iohannes et Ludolfus de Eſcherde habuerant in feudo.

2. *IOHANNES Comes Woldenberge* anno 1325. *in capite aduentus Domini* renuntiat iuri ſuo in rubeta et ualles inter Ammenhuſen et Woldenhuſen ſitas, in gratiam coenobii Lammeſpringenſis.

Anno 1317 litteris Everhardi et Henrici ac Iohannis, quibus pagus *Iertze* traditur Epiſcopo Hildeshemenſi, ſubſcripſerunt inter teſtes *Otto* Praepoſitus Hildeſienſis, *Conradus*, *Iohannes* et *Ludolfus*, Comites Woldenbergenſes. (a) Anno 1318 eidem ſubſcribunt litteris Alberti Ottonis et Alberti Ducum Brunsuicenſium, queis hi teſtantur, ſibi nil iuris eſſe in Menige et Iertze. (b)

3. H. Dei gratia Comes in Waldenberch anno 1234 in villa Holle renunciat iuri ſuo in rubeta et valles inter Ammenhuſen et Wolenhuſen in gratiam coenobii Lammeſpringenſis. Teſtes ſunt *Comes Hermannus de Waldenberch. Comes Conradus de Lewenroth.* Heinricus de Domo. *Andreas de Luttere.* Bertoldus et Teodericus fratres de Holle. Hi quoque teſtantur, quod *Erneſtus miles de Waldenhuſum* 1½ manſos in Ammenhuſun, quos ab H. Comite in feudo tenuerat, reſignauerit et tradiderit coenobio Lamſpringenſi.

Hermannus Comes de Waldenberch ſubſcripſit a. 1227 inter teſtes compoſitionis, quam Epiſcopus Hildeſienſis Conradus fecit inter Comites Eberſteinenſes et Dominos Homburgenſes. *LYSERVS* in *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 54.

4. *Lutgardus de Woldenberge* de conſenſu *fratris Comitis Hermanni* vendidit Lamſpringenſi coenobio communem viam ſtratam ante curiam Ammenhuſen, anno 1281 in feſto Matthiae.

En Diploma aliud, ex penu Ven. *REHTMEIERI*:

„Nos *BORCHARDVS* Dei gratia *Comes* dictus de *Woldenberge*, ac cognatus noſter *Co-* „*mes Conradus de Inſula* ſub teſtimonio Domini Ecberti Nigri de Toſſem et Domini „Hermanni de *Steinberge*, teſtificamur in hoc ſcripto. quod Ludolphus filius Domini „*Ecberti Camerarii* dicti de Toſſen, nobis preſentibus, acceptis ſex marcis puri argenti, „quas Iohannes Diues ciuis Hildenſemenſis ad manus ipſius recepit, renunciauit omni „impetitioni, quam habuit aduerſus eccleſiam noualis S. Marie (Marienrode) Cyſter- „cienſis ordinis, de bonis ſitis in *Sodhere*, que emerat dicta eccleſia a patre ſuo, cum „omni iure, molendino videlicet, areis, pratis, paſcuis et ſiluis, iure perpetuo libere „poſſidenda. Et hec nos *Borchardus ac Dominus Ecbertus niger de Toſſem*, nec non et „*Ludolphus, filius Camerarii*, his noſtris ſigillis confirmamus. Item teſtes Wilbrand de „Hareboldeſſen, Henricus de Haringe, Bruneke de Boninge. Datum in *Inſula apud* „*Woldenberge.* Anno gratie milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto." Hoyerus et Hermannus Comites occurrunt ad a. 1267 in Diplomate Ottonis Epiſcopi Hildeshemenſis. Ad annum 1289 obuius eſt *Henricus*, Canonicus eccleſiae cathedralis Hildeſienſis, in diplomate Epiſcopi Sifridi. Anno 1294 *Henricus* Comes de Woldenberge ab eodem Epiſcopo duos manſos, iuxta Sodere ſitos, in feudum ſuſcipit. Ad annum 1308 in Diplomate Sifridi memoratur *Ludolfus* de Woldeberge Canonicus.

5. *Iohannes Comes de Woldenberch* anno 1324 in Diplomate recenſet diſcordiam, quae exſtiterit inter homines ſuos de Dalem et eccleſiam Lamſpringenſem ſuper paſcuis et ſiluis inter Ammenhuſen et Woldenhuſen,

et

(a) Literas ex MSto dedit *Polycarpus LYSERVS* in Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium p. 81.
(b) Ibidem p. 82.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et renunciat iuri ſuo quaeſito. *CONRADVS* et *Iohannes* fratres dicti *de Woldenberge* anno 1313 ſubſcripſerunt diplomati Epiſcopi Hildeshemenſis Henrici, nec non Otto de Woldenberge Praepoſitus montis S. Mauritii, ac Ludolfus et Bodo dicti de Woldenberge.

6. Idem *Iohannes* anno 1325 dedit plura Diplomata.

7. Comes *Conradus et Henricus filius* reſignant coenobio Lamſpringenſi omne ius locorum communium in campis villae Bonnigen anno 1328 die Bonifacii.

8. Comes *Conradus de VVoldenberch* renuntiat iuri ſuo, quod habuerat in *Echwardis* ſitis per rubeta et terras Bonimer, donatque illud coenobio Lamſpringenſi a. 1326. 5 Id. Aug.

9. Comes *Gerhardus* infeudat *Curtium et Burchardum fratres de Steinberge* quatuor manſis in Bornem anno 1383, die Laurentii, quos paullo poſt, petentibus illis Steinbergiis donauit ſacello Steinbergico, quod erat in aede coenobii Lamſpringenſis.

10. *Burchardus, Hermannus, VVolterus et Henricus*, fratres Comites de Woldenberge, filii Comitis *Burchardi*, donant coenobio Lamſpringenſi octo manſos in *Lermunde* (nunc *Neuenhof*) anno 1274, quinto Kalendas Iunii, quos tenuerant ex feudo ab Abbatiſſa Gandersheimenſi. Inter teſtes, vt omittam alios, obuii ſunt *Comes Ludolfus de Inſula*, et *Bruningus aduocatus*. Ex hoc Diplomate tabula II, p. 194. adlata, eſt ſupplenda.

Anno 1275 Comites Woldenbergenſes reſignant Iohanni Epiſcopo decimam Hottelenſem.

11. *Conradus et Iohannes Comites de VVoldenberge et Ludolfus Comes de VVoldenſteyn, filius Ludolfi Comitis*, recognoſcunt 1303 *in Maldum*, Euerhardum de Malden et eius patruelem Henricum contuliſſe, ipſis et dominis proprietariis conſentientibus, coenobio Lamſpringenſi duas areas et dimidium manſum in Maldum.

12. *Conradus, Iohannes et Ludolfus, Comites de VVoldenberge*, donant coenobio Lamſpringenſi dimidium manſum, vnam aream et vnum *echtwardum* (a) ad capellam *Storingen*, anno 1311.

13. *Hermannus Comes de VVoldenberge* renuntiat impetitionibus, aduerſus coenobium Lamſpringenſe factis, ob bona in Brunshuſen ſita, in termino Steinbergae, vbi erat *Hermanni Cometia*. Brunshuſum hoc non eſt confundendum cum Brunteshuſa ad Gandeſiam. Inter teſtes eſt obuius *Andreas de Luttere*. Anno 1233.

14. *Iohannes Comes de VVoldenberg* promittit anno 1324 in die Petri et Pauli obſeruandas monaſterio Lammeſpringenſi diſtinctiones ſeu diuiſiones quaslibet inter villam Dalem et curias Lamſpringenſes.

15. *H. Comes de VVoldenberge* anno 1285. 3 Kal. Aug. recognoſcit, ſe vendidiſſe omnia bona in *Hiesbuſen* cum adnexis, quae ipſi ſingula in feudum contulerat Margareta Abbatiſſa Ganderſemenſis, coenobio Lamſpringenſi.

16. *Henricus Comes de VVoldenberg*, *Canonicus* Hildeshemenſis, teſtatur, quod frater ſuus *Hermannus* receperit ab Heidenrico de Hedegershuſen vnum manſum

(a) *Echtward*, *achtword*, ex *Word* et *Echte*, ſeu *achter*. *Word*, quaſi *verwort*, *cuſtoditum* et *conſeptum*, dicitur locus, qui a iure paſcui vel compaſcui eſt exemtus. *Echtward* eſt locus, a paſtionibus liber, pone domum ac ſedem patris familias. Alii exponunt per ius lignationis et venationis, quos alibi ſum ſecutus. Meibomius ſignificatum vocis prorſus ignorauit.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

manſum in Nienſtede pro vno manſo in Hieshuſen. Diploma eſt datum anno 1295 in die purificationis Mariae.

17. *Conradus et Iohannes* fratres, Comites de Woldenberge, et *Hermannus, Ludolfus, Borchardus, Comites filii Ludolfi Comitis de VVoldenberge* donant nonnulla coenobio Lammeſpringenſi anno 1296.

18. *Conradus et Iohannes Comites de VVoldenberge* donant anno 1302 coenobio Lammeſpringenſi dimidium manſum in Holthuſen iuxta Lammeſpringam.

19. *Henricus Comes VVoldenbergenſis, conſenſu fratris Ottonis* Canonici Hildeshemenſis, confert Sifridum de Illede eccleſiae Lammeſpringenſi anno 1293 die Paulli Apoſtoli.

Tenuerunt Comites Woldenbergici ex beneficio eccleſiae Gandersheimenſis vrbem *Bokenem*, caſtrum Woldenſtein cum adiecta praefectura per Nienſtede, Odenhuſen, Mechtshuſen, Morshuſen, Yshuſen, Rüden, Dalem, Bornem, Hennekenrode, bona in Hagehem, Aldengandersſem, aduocatiam per Ambergau et in Ganderſem, ac alia. Sigilla Woldenbergenſia exhibent Tab. I. fig. 4.5.6.7.8.9. et Tab. II.

Hiſce nunc addimus vnum et alterum. In ſingulis latet adluſio ad *ſiluam*, ſeu *Wold*. Nam trabes, pilae, ſcalae, fiſtucae, ac tabulata e lignis ſiluarum adfabre fiunt et elaborantur. Comes *Gerhardus* infeudauit Ianum de Iertze, Canonicum Gandersheimenſem, dimidio praedio Rüdenſi, a. 1352, quo antea vſus fuerat Didericus de Stasvorde. Henricus Comes decima de Bilderbeccenſi, ab anno 1303, vſus eſt ex beneficio eccleſiae Gandersheimenſis. Ad annum 1441 memorantur feuda Comitum Gandersheimenſia in *Olexen*, *Herenhuſen*, *Hebenhuſen*, et *Elvelingerode*. De genealogia Comitum Woldenbergenſium ſpicilegia et emendationes adtuli ſupra in *Comitibus Hartisburgicis*.

## CAPVT LX.
## DE
## COMITIBVS WOLDENSTEINII.

Summa. §. 1. *Situs et origo.*
§. 2. *Comitum ortus ex Comitibus VVoldenburgicis.*
§. 3. *Diplomata nonnulla.*

### §. I.

Caſtrum Woldenſtein trahit adpellationem ex *ſilua*, *wold*, et *ſaxo*, ſtein, quia ſitum fuit in editiſſimo montis *Hever* vertice inter *Ambergawi* et *Gandershemiagawi*. Quum caſtrum *Badelekke* ſeu *Pateleche* ſeu *Bilderlage* ſaeculo X exſcinderetur, ſecurior nonnullis ſedes viſa eſt in montis ſupereminentis colle altiſſimo. Anno 1296, vt conſtat ex Diplomatibus Woldenbergicis, Comites Woldenbergenſes caſtrum ipſum exaedificarunt penitus ac permuniuerunt. Triplici muro fuit cinctum et cellis ſubterraneis profundiſſimis inſtructum. Reſtant nonnullae moenium ruinae, coelo minantium. Anno 1523 caſtrum inſigne a Ducibus Brunsuicenſibus igni fuit edomitum et dirutum. Ex eo tempore praefectura Woldenſtein translata eſt in ſubiectam villam Bilderla, quam Henricus iunior exſtruxit et amplificauit. Fuit quondam beneficium eccleſiae Gandershemenſis, Comitibusque Woldenſteinenſibus exſtinctis datum eſt nobilibus Dominis de Homburg in feudum. Ex hiſce Sifridus illud oppignorauit Epiſcopo Hildesheimenſi. Circa annum 1630 tractatum fuit de hoc feudo cum legatis Ducum Brunsuicenſium ab Abbatiſſa Catharina Eliſabetha, in cuius vita videbis reliqua. Anno 1643 traditum fuit Woldenſtein et praefectura Bilderlah a Ducibus Brunsuicenſibus Epiſcopo Hildesheimenſi Erneſto, prudenti aeque ac potenti Domino.

### §. II.

En Comites Woldenſteinenſes:

HER-

*HERMANNVS* C. de Woldenberg.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *LVDOLFVS* | | *Conradus* 1296. | *Iohannes* 1296. 1300. Comes de Woldenſtein. |
| *Henricus* C. de Woldenſtein 1300. 1301. | *LVDOLFVS* condit caſtrum Woldenſtein 1296. memoratur 1312. 1313. 1327. | *Borchardus* 1296. | |

Henricus et Iohannes Comites dicti de Woldenſteyn ius ſuum in dimidium manſum iuxta Holthuſen coenobio Lamſpringenſi donarunt, anno 1300 die dominica *Inuocauit*. Ludolfus Comes de Woldenſteyn, vna cum Conrado et Iohanne Comitibus de Woldenberge, recognouit anno 1303, Euerhardum de *Malden* contuliſſe, ipſis et proprietariis conſentientibus, eidem coenobio duas areas et manſum dimidium in Maldum.

## §. III.

Sequuntur Diplomata duo ex Archiuo Lamſpringenſi:

„Dei gratia *HENRICVS* et *LVDOLPHVS Comites de Woldenſtein* omnibus, ad quos presens ſcriptum peruenerit, notum eſſe uolumus, quod Godfridus dictus de *Holthuſen*, cum filiis ſuis Thiderico et Hermanno, quos ex prima vxore ſua genuit, nec non de conſenſu Alheidis ſecunde vxoris ſue et puerorum ipſius Gotfridi et Alheidis et aliorum, quorum conſenſus legitime fuerat requirendus, vendidit Domino Iohanni, Preposito et eccleſie in Lambſpring, bona ſua *in maiori uilla Ruden*, que in concambium receperat a predicta eccleſia pro nobis ſuis in Holthuſen pro XX talentis Hildenſemenſium denariorum, multis adſtantibus et audientibus, predicti uenditores ſimul et ſemel *per pileum ad manus eccleſie reſignarunt*. Nos itaque ad petitionem predicti Godfridi et amicorum ſuorum fideiubemus pro pueris ſuis Godfrido et Alheide, ne eccleſiam iam dictam, cum ad annos maturos peruenerint, pro his bonis impetant uel moleſtent. Teſtes huius facti ſunt dominus *Hermannus de Indagine* et Fridericus uiceplebanus in Ruden, et *Borchardus niger de Hachem* (a) et alii quamplures. Actum anno domini M°. CCC°. I°. in die Agneſe uirginis. Et quia ambo uno ſigillo (b) contenti ſumus, ipſo ſigillo preſentem paginam communiuimus.“

En alterum:

„Nos *LVDOLFVS* Dei gratia Comes de Woldenſteyne omnibus preſens ſcriptum intuentibus uolumus eſſe notum, quod cum homines noſtri de Ruden pro reſecatione lignorum eccleſie in Lammeſpringhe ſententia excommunicationis ſepius grauarentur et ex eo inter dictum Prepoſitum de Lammeſpringhe et nos diſſenſio multotiens oriretur. Nos hec in condicionem uertere cupientes meliorem, de communi conſenſu et conſilio *noſtrorum ciuium de Ruden* quedam loca bonis predicte eccleſie Lammeſpringenſis contigua, uidelicet lacum ſiue *Syck* ſupra prata *Ishuſen* (c) et fontem Reymari et ſub fontem ſpatium ad latitudinem duorum iugerum ſe extendens et lacum ſiue *Syck* uia Rodegeri usque ad ſemitam, que *deiſſtig* dicitur, et alia, que fouee et ſigna euidenter oſtendunt, predicto clauſtro donauimus in concambium pro quibusdam locis, noſtre uille Ruden contiguis, uidelicet *Vhedrift* et ſpatium de *Vſenkamp* usque *Luteresmer* et de loco, qui dicitur, ſub uia inferius usque ad aquam, que *Slerbecke* nuncupatur, et alia, que fouee et ſigna euidenter oſtendunt, que nobis et noſtre uille e conuerſo reddiderunt, ne diſſenſio inter prefatum dominum Prepoſitum et nos et inter ſuos et noſtros ammodo oriatur. Ut autem huiusmodi donatio ſiue concambium perpetue firmum et inconuulſum permaneat, preſens ſcriptum prenotate eccleſie Lammeſpringhenſi damus, noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum et actum anno Domini M°. CCC°. XII°. ſeptimo Idus Aprilis.“

Cum

(a) Hachem nunc eſt ſilua, quam tenet ciuitas Bokenum, dictam *de Hachemer Wold*.

(b) Sigillum repraeſentat duas vtrinque alas, trabes contignatas in medio, et ſuper eis ſtellam ſex radiis inſtructam. Eodem ſigillo nonnulli Comitum Woldenbergenſium fuerunt vſi.

(c) Ishuſen, Oyshuſen, Oideshuſen, nunc eſt ſilua inter Rüden et Lamſpringe, feudum eccleſiae Gandersheimenſis maxima ex parte, quo olim fuerunt Duces Brunsuicenſes ac pago Hachem praemuniti.

Cum Woldenſteinio facile confunditur *Wolmerſtein* ſeu *Wolmunſtein*, olim dynaſtia in territorio Marcenſi Weſtphalica, cuius apud Schatenium crebra ſit mentio. Vide *notas* Meibomii ad Northovii *Origines Marcanas* p. 421. To. I. rer. German. et *ANNALES CORBEIENSES* ad a. 1274.

Succurrit aliud quoque Diploma ex grammatophylacio quodam Hildeſienſi, quod ſic habet ad annum 1327:

„Nos *OTTO* Dei gratia Hildeſemeñ Eccleſie Eps. et *LVDOLFVS Comes de VVoldenſten*, „preſentibus publice proteſtamur, quod cum *Henricus* dictus *Trobo* miles, nec non „Hermannus et Iohannes fratres ſui ſuper duobus manſis iuxta *Ordageshuſen* (Ortshuſen) „ſitis, quos ad tempora vite ſue pater tenuerat eorundem, mouiſſent viro ſincero Abba„ti monaſterii S. Godehardi extra muros Hildenſeñ et conuentui ſuo diucius queſtio„nem, in eis ſibi ius competere, aſſerentes. Tandem procedente tempore, meliori „ducti conſilio, idem *Henricus*, Trobone filio ſuo preſente et conſentiente, nec non Her„mannus et Iohannes, ipſius fratres predicti, ſuo et heredum ſuorum nomine ab hu„iusmodi queſtione ceſſantes, omnino manſos duos prefatos Abbatis et conuentus poſ„ſeſſioni pacifice perpetuo reliquerunt ac *renunciauerunt lingua et digitis* coram nobis eiſ„dem eorumque vtilitatibus ac pertinentiis vniuerſis vbicunque ſituatis, nec non omni „iuri, ſiquod in predictis poſſet ipſis competere quoquo modo, *et omni actioni tam iuris* „*canonici quam ciuilis*, qua ipſis in impetitione aut repetitione eorum poſſet quomodoli„bet refragari. In quorum teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Et nos „*Henricus miles* nec non Hermannus, Iohannes, et Trobo famuli ante dicti, premiſſa „omnia eſſe vera, recognoſcentes eaque rata et grata ac inuiolabiliter perpetuis tempori„bus ſeruare volentes et debentes, ſigillis duorum noſtrum ſcilicet Henrici et Hermanni „pro nobis omnibus conteſtamur. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. XXVII°, „pridie Idus Septembris."

Otto Comes de Woldenſtein ad annum 1300 obuius eſt apud Heineccium in Antiqq. Goslar. p. 200.

## CAPVT LXI.

## COMITES RODENSES, WVNSTORPIENSES, LIMMERENSES ET LAVENRODENSES.

Summa. §. 1. *Quinam tentauerint hiſtoriam de hiſce Comitibus ſcribere.*
§. 2. *Genealogica tabula.*
§. 3. *Partitio Comitum, ac venditio Comitatus. Abbatia VVunſtorpienſis.*
§. 4. *Hillebaldus, Conradus I, Conradus II, Hildeboldus II.*
§. 5. *Ludolfus Limmerenſis, cum patre et fratre, patruisque.*
§. 6. *Filii Hildeboldi II.*
§. 7. *Filii Ludolfi I. ad Ludolfum IV.*
§. 8. *Iulius eiusque poſteri ad finem ſtirpis.*

§. I.

Caſtrum perantiquum RODE, inter Bokeloh et vrbem Wunſtorpii, haud procul a Cronsboſtel, ſitum, Comitibus nonnullis ſedem et cognomen dedit. Si genuina ſequimur monumenta, vltra ſaeculi duodecimi antiquitatem progredi non datur. Tentauit nonnulla *HENRICVS MEIBOMIVS*, vt ſuppeditaret genealogiam horum Comitum. (a) Induſtriam eius longe ſuperauit Celeberrimus poſt fata *POLYCARPVS* LEYSER, qui Helmſtadii 1724. in forma quarta ex Diplomatibus aliisque Monumentis fide dignis, maximam partem ineditis, libellum, quem inſcripſit de *Hiſtoria Comitum Wunſtorpienſium.* Vtrumque potiſſime ſecutus ſum, et neutri palmam inuideo.

§. II.

En Tabulam genealogicam, a *LEYSERO* adornatam:

*HIL.*

(a) Rerum German. To. I. p. 442. vnde ſupra in notis p. 356. quaedam dedi.

*

*HILDEBOLDVS* I Comes *Rodenſis*

*CONRADVS* I 1114.

*CONRADVS* II 1160. 1170. 1190. † 1191. 28. Sept. Vxor Cunigundis. — *HILDEBOLDVS* II Comes *Wunſtorpienſis*.

Hilleboldus III. C. *Limmerenſis* 1207. — *Cuniſſa* ſeu *Cunegundis* — *Gerburgis*. — *CONRADVS* IV. C. *Lauenrodenſis* 1191. ---† 1216. 1. Oct. Vx. Cuniſſa. — Conradus III. 1237. 1247. 1279. 1281. — Hermannus 1247. — *LVDOLFVS* I 1248 -- 1282. Vx. N. filia Wittikindi nobilis Aduocati in Monte. — Filia N. N. nupta Comiti Welpenſi 1277. — Hildeboldus IV Canonicus Bremenſis et Praepoſitus Ruſtringiae. 1281.

*LVDOLFVS* II. 1247. 1250. — Conradus. V. — Burchardus C. de Welpe 1277. 1283.

*CONRADVS* VI. 1225--1244. — *CONRADVS* VII. 1236. 1234. — *HENRICVS*. 1225 -- 1275.

*IOHANNES* 1276 --- 1318. — *Salome*

*LVDOLFVS* III. 1304--1319. — *IOHANNES* 1314 - - 1334.

*IOHANNES* Canonicus eccleſiae cathedralis Hildeshem. 1342. — *Hildebaldus* V. 1229. 1235. — *LVDOLFVS* IV. 1342 -- 1383. — Ludouicus 1342. 1360.

*HENRICVS* Can. eccl. cathedr. Hild. — *Iohannes*. — *IVLIVS* 1395 - - 1461. Vx. Iulia ſeu Anna filia Iohannis Com. Diepholtenſis.

*LVDOLFVS*. V. 1395-- 1451 1461. Vx. Anna de Honſtein 1513. — *Henricus*. — *Eliſabet*, Canon. Ganderh. 1452. — *Henricus* Canon. eccl. cathedr. Hild.

*HENRICVS* 1471. 1481. Dominus de Sladem, et Heimburg. — *Georgius* 1519. † 1534. — *Margareta* nupta Henrico Baroni de Warberg. 1536. † 1549.

## §. III.

Caſtrum *Rode* ab Adolpho Comite Holſatiae in bello, quod aduerſus Henricum Leonem exarſerat, eſt ſolo aequatum et a fundamento euerſum. (b) Quum complures orirentur lineae, Comites a caſtris, quae incoluerunt, ſortiti ſunt nomina. Inſigne commune erat *leo* erectus, qui nonnunquam tam confuſe expreſſus eſt, vt draconem vel animal incognitum volans ſubeſſe exiſtimes. A *leone* cognomen traxit arx, quae dicitur *Lawenrode. Lauenrode, Lowenrode* et *Lewenrode*. Sita fuit illa ad borealem fluuii Leinae ripam, inaedificata monti e regione Hannoverae tunc villae. Nomen ex eo ſitu exſtitit Hannoverae, quaſi *Hen over*, id eſt, in vlteriori ripa locatae. Hannovera a. 1189. igni ſuccenſa ab Henrico VI Imperatore conflagrauit. (c) Otto Dux Luneburgenſis, et Sifridus Epiſcopus Hildesheimenſis, qui obiit anno 1310, inter alia in id conuenerunt, vt eccleſiae Hildeſienſi donaretur caſtrum Lauenrode. (d) Poſthaec id tenuerunt Duces Brunſuicenſes. (e) Veſtigium caſtri iam ſupereſt nullum, quum noua vrbs Hannoverae eſt exſtructa et collis ad planitiem redactus. Caſtrum anno 1371 deſtructum fuit penitus, in bello a Ducibus Saxoniae aduerſus Magnum Ducem Brunſuicenſem, qui Iunior cognominatur, ſuſcepto. (f) *Wunſtorpium*, olim *Wongereſtorp*, (g) quaſi *dorf der Wonne*, *villa amoenitatis*, (h) fuit iam oppidum a. 1261 idque mediocre. Situm eſt inter amnes duos, qui vocantur *Auwe*, id eſt, *Aquae*. Sedem praebuit olim Comitibus. Anno 1300 dimidium eius Iohannes Epiſcopus Mindenſis emit marcarum ducentarum pretio. (i) Arx ipſa fuit deſtructa anno 1317. (k) Comites Comita-

(b) *ARNOLDVS* Lubecenſis L. II. c. 3.
(c) *GERHARDVS* Stederburgenſis in Vita Henrici Leonis p. 431. To. I. Meibom.
(d) *CHRONICON* Hildeshemenſe p. 757. To. I. Leibn.
(e) - - - - idem p. 758.
(f) *Albertus CRANTZIVS* in Saxonia L. IX. c. 38. *BVNTINGIVS* in Chron. Bruns. p. 414. ed. Meibom.
(g) *ANNALES HILDESH.* p. 727. To. Leibn.
(h) *LERBECCIVS* in Chronico Mindenſi p. 159. To. II. Leibn.
(i) *Buſſonis WATENSTEDII* Chronicon Mindenſe p. 26. ed. Chr. Franc. Paullini.
(k) *ZEILERVS* in Topogr. Brunsu, et Luneb. p. 214.

mitatum Wunſtorpienſem anno 1346 vendiderunt Magno Epiſcopo Hildeshemenſi, qui ſequente anno vrbi priuilegia ante poſſeſſa confirmauit. (l) Anno 1447 eodem Wilhelmus Dux Brunsuicenſis eam ſibi ſuisque parauit 10850 aureis Rhenanis, vti patet ex priuilegio eiusdem Magni, eidem vrbi tum conceſſo, quod Celeb. *LEYSERVS* edidit. (m) Monaſterium Canonicarum ſaecularium Wunſtorpienſium in honorem ſanctorum Coſmae et Damiani anno 1370 conſtituit Theodericus I Epiſcopus Mindenſis, et diuerſis Sanctorum pignoribus ex Italia adlatis ornauit. (n) Antea coenobium regulae S. Benedicti erat ſtudioſum. Origo incidit in ſaeculum X. Abbatiſſa *Markrvit* obiit anno 1035 2 Kal. Nou. Succeſſit ei artibus Sigiberti, Epiſcopi Mindenſis, renitente conlegio virginum, *Alberada*, quae antea Monaſterio Mollenbecano praeſederat. (o) Conradus II Imperator Goslariae anno 1039 praecepit, vt ipſa nouam Abbatiam, quia conqueſtae erant aduerſus eam ſorores, derelinqueret. (p) Anno 1160 vixit *Raymuldis* Abbatiſſa, quae Wernero Epiſcopo Mindenſi donauit curiam ſuam in *Holthuſen* iuxta *Schalkesberge* prope Mindam. (q) Walburgis, Comes Spigelbergica, Abbatiſſa Gandershemenſis tumultuarie electa, Sophiae Brunsuicenſi ceſſit et Wunſtorpienſi Abbatiae praefuit. Hoc ſupra in Vita ipſius oſtendimus. Ineunte ſaeculo XVI *CATHARINA* Comes Hohenſteinenſis, Decana et adiutrix Abbatiſſae Gandersheimenſis vsque ad annum 1530, Abbatiſſa fuit Wunſtorpienſis. Exeunte vel potius inclinante eodem ſaeculo Magdalena de Clum ſimul et Gandershemenſi et Wunſtorpienſi praefuit Abbatiae. *Limmera* ad Hannoveram, *Limbre* olim dicta, peraeque Comitibus eiusdem ſtirpis praebuit caſtrum ac domicilium, ſic munitum, vt id ab Henrico VI Imperatore anno 1189 expugnari non poſſet. (r) Fictos Comites non moramur. Eorum in numero deputandi ſunt *VVernerus* ad annum 800, *Fridericus* vel *VVilhelmus* ad annum 937, et *Albertus* ad annum 996, quos recentiorum ingenium peperit.

## §. IV.

*HILLEBOLDVS* I, ſi *Ioanni Leznero* credimus, (s) donauit coenobio Marienwerder XI manſos in Hanenſee, VII manſos et duo molendina in Letter ad Leinam, III manſos in Seleſſe, III manſos in Beſteſchlachte, IV in Bardingborſtelde, V in Stöckem, III in Stayna, et ius patronatus in Endelingeborſtelde. Vxor eius eidem coenobio, marito defuncto, dono dedit ornamenta ſua feminina. Filium vterque genuit *CONRADVM* I, qui anno 1114, XVI Martii, fundauit coenobium, cui nomen *Marienwerder* ſeu *VVerder*, (t) prope Hannoveram ad orientalem Leinae ripam haud procul ab arce Ricklingen. Canonici ibi degebant Regulares, quibus ob vitam minus religioſam ſubſtitutae ſunt virgines ordinis Auguſtiniani, (u) redditae poſtea ordinis Praemonſtratenſis, confirmante Honorio II Papa ordinem anno 1118. (x) Conradus I habuit filios Conradum II et Hildeboldum II. Prior fundationem dicti coenobii a parente inchoatam ad vmbilicum adduxit. Fit eius mentio inter teſtes in Diplomate Henrici Leonis ad annum 1160. (y) Adſtitit anno 1170 inaugurationi eccleſiae Suerinenſis cum Henrico Leone fundatore et diplomati fundationis ſubſcripſit. (z) Anno 1181 comitatus eſt Henricum Leonem, hoſtes ſuos in VVeſtfalia debellantem, eisque victis quum lis incidiſſet de captiuis, Henrico Leone eos ſibi deberi contendenti adſenſit et captos a ſeſe ei reddidit. (aa) Exſtruxit caſtrum *Hohenrode* vltra Viſurgim e regione arcis Schauenburgi, quam tenebat Adolfus Comes Holſato-Schauenburgicus. Sed illud idem Adolfus, quum ab Henrico Leone defeciſſet, eſt demolitus anno 1181. (bb) Sed ne ſic quidem a cauſſa Henrici tuen-

(l) *LEYSERVS* in Hiſtoria Comitum Wunſtorpienſium p. 6.
(m) Loco laudato p. 7. ſq.
(n) *LERBECCIVS* l. c. p. 159.
(o) *ANNALES HILDESH.* ad a. 1035. p. 727.
(p) - - - eidem ad a. 1039. p. 729.
(q) *LERBECCIVS* l. c. p. 177.
(r) *GERHARDVS*. Praepoſitus Stederburgenſis, l. c. p. 431. *ARNOLDVS* Lubecenſis l. c.
(s) In Chronico Monaſteriornm MSto c. 88.
(t) *WATENSTEDII* Chronicon Mindenſe p. 18. *LERBECCIVS* in Chronico Mindenſi p. 177.
(u) *LERBECCIVS* p. 174.
(x) Vtrumque *CHRONICON* Mindenſe ll. cc.
(y) Apud *MEIBOMIVM* in Notis ad Hiſtoriam *GERHARDI* de Henrico Leone p. 441. To. I. rer. Germ.
(z) *MADERI* Antiqq. Brunsuic. p. 234.
(aa) *ARNOLDVS* Lubecenſis L. I. c. 27. (32) n. 4. p. 646. To. II. Leibn.
(bb) *ARNOLDVS* l. c. c. 30. (35) p. 648. To. II. Leibn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tuenda diuelli potuit, quem defendit aduerſus aggreſſorem Henricum VI. Qua de cauſſa hic anno 1187 caſtrum Conradi *Limmere* oppugnauit, ſed, re infecta, diſceſſit, a Comite repulſus. (cc) Imperator idem denuo ad annum 1190 Brunſuicum et Limmerenſe caſtrum impugnauit, irrita machinatione. (dd) Tantis meritis Conradi deuinctus Henricus Leo habuit heroëm, de quo ſibi gratularetur. Qua de cauſſa eum Stadae praefecit. Quum anno 1191 Adolfus, de quo diximus, cum Bernhardo Iuniori, Comite Ratzenburgenſi, Lubecam obſideret, Henrici copias Albim traiecerunt Conradus *de Rothe* et Bernhardus Comes Aldenburgenſis ac milites Bernhardi Ratzenburgenſis prope ciuitatem excubantes, in loco ſcilicet Hernenburg, eo adegerunt, vt Ratzenburgum fugerent. Quo facto Lubecam quidem intrauerunt milites Henrici; ſed poſtridie tamen ex vrbe egreſſi ſunt, ducibus Comite Bernhardo et *CONRADO de ROTHEN*, adgreſſuris hoſtes in ſedibus, ad quas confugerant. Hoſtes vero, numero licet impares, haud procul a ciuitate occupauerunt vadum ad amnem *Swartowe*, quod Lubecenſes erant tranſituri ibique hos ipſos in vrbem repulerunt. Rediit adueſperaſcente coelo Bernhardus Ratzeburgenſis et caſtra, poſuit ad meridionalem vrbis plagam, intentus praelio cum egreſſuris conſerendo. Milites Duces, id ipſum ſubodorati, media nocte exierunt ex vrbe per viam, ad ſeptemtriones patefacta, vt inopinante hoſte cum ſuis ſeſe coniungerent. Fauebat conſilio fluuius VVochnitze, qui aduerſariis aditum denegabat. At Bernhardus, re per proditores cognita, egreſſos eſt conſectatus, et eos, commiſſo ad Boizenburgum praelio, (ee) fudit ac contrucidauit. Refugit Conradus Stadam. Eodem dirigit iter Adolphus. Conradus animaduerſa incolarum ſeditione, fuga ſibi conſuluit, relicta vxore omnique ſupellectile, quas tamen mox recepit incolumes. (ff) Obiit tandem eodem anno, XXVIII Septembris memoriaeque eius celebrandae cauſſa vxor, marito orbata, coenobio Marienwerder donauit 48 marcas argenti et ſexdecim manſos in *Heigerhuſen*. De liberis ipſius deinceps ſeparatim diſſeremus. In litteris Henrici Leonis, non Palatini, a. 1190 datis teſtis comparet *Conradus Comes de Rothen.* (gg) In ſigillo appenſo paruus Leo adparet, cui circumſcriptum: *Sigillum Henrici Ducis.*

§. V.

Conradus II reliquit liberos *HILLEBOLDVM* III, *Cunegundem* ſeu Cuniſſam, *Gerburgem*, et *CONRADVM* IV. Conradus II et Hildeboldus II Comitatum diuiſerant in Lawenrodenſem ſeu Limberenſem partem, ac VVunſtorpienſem. Hildeboldus III et Conradus IV denuo tractum a parente acceptum bipertiti ſunt. Prior ſuſcepit Comitatum Limberenſem; poſterior Lauenrodenſem. Lauenrodenſes denique abierunt in tres propagines, Lauenrodenſem, Limberenſem et Burgenſem. *Burgum* olim arci Höryhuſen fuit confine; ſed nunc nulla eius reſtant veſtigia. Hildeboldus III et Conradus IV anno 1207 coenobio Mariaevallenſi donarunt XVI manſos in villa *Eilsleven*. (†) Hildeboldus, neſcio, quo anno, debitum naturae reddidit, ſepultus in templo coenobii *Marienwerder*, vbi hodieque eius inſignia conſpiciuntur. Filios habuit Ludolfum II et Conradum V. (hh) *LVDOLFVS* II anno 1247 pactionem fecit cum Iohanne Epiſcopo Mindenſi, vt caſtrum et oppidum *VVunſtorpe* cum aduocatia, telonio, praediis, decimis et indaginibus ſeu ſiluetis, quae Conradus V ab eccleſia Mindenſi in feudo tenebat, ex dimidio vendita forent trecentis marcis Epiſcopo eccleſiaeque Mindenſium; vt autem altera pars dimidia Comiti in feudum ab illa eccleſia concederetur. (††) Anno 1250 Comites VVunſtorpienſes coenobio Marienwerder varia impertiuerunt bona. (ii) Inter teſtes memoratur *LVDOLFVS*, *Comes Limmerenſis*. De Conrado V nihil ſingulare innotuit, excepto nomine ac genere. (kk) *Conradus* quidam *de Rothe* circa annum 1191 cum Ludolfo Comite Peinenſi, Ecberto Comite de VVulferebuttle et Ludouico Aduocato Brunſuicenſi contra Henricum Leonem ſocietatem iniit, ſucceſſu improſpero

(cc) *CHRONICON* Stederburgenſe p. 862. To. I. Leibn.
(dd) *ARNOLDVS* L. IV. c. 3. n. 1. p. 685.
(ee) - - - L. IV. c. 9. p. 688. ſq.
(ff) *ARNOLDVS* l. c. c. 10. p. 689.
(gg) *CHRONICON Riddagshuſanum* p. 414. To. III. Meibom.
(†) *DIPLOMA HILLEBOLDI* apud Meibomium in Notis ad Gerhardum Stederburg. p. 441. To. I. rer. Germ.
(hh) *DIPLOMA LVDOLFI* apud Lerbeccium in Chronico Mindenſi p. 184. To. II. Leibn.
(††) *LVDOLFI* vtrumque *DIPLOMA* ibidem.
(ii) *LEZNERVS* in Chronico MSto monaſteriorum c. 88.
(kk) *LERBECCIVS* l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proſpero. (ll) Probabile eſt, Conradum IV eſſe intelligendum. Ipſe anno 1196 inſtaurauit coenobium Marienwerder et denuo a Dethmaro, Epiſcopo Mindenſi, inaugurandum curauit. Otto IV Imperator anno 1198 Brunſuicenſibus priuilegia innouauit et auxit, quibus teſtis ſubſcripſit Conradus IV. (mm) Diplomati eiusdem Ottonis nomen ſuum ſubiunxit porro ad annum 1199. (nn) Ipſe cum fratre Hilleboldo III coenobio Mariaevallenſi prope Helmſtadium ſedecim manſos in villa *Eilsleven* donauit. (oo) Obiit anno 1216 Kalendis Octobribus, ſepultus cum coniuge in coenobio Marienwerderenſi. Huic nomen *Cuniſſae* vel *Hedewigis* fuit. (pp) Ex vtroque progeniti ſunt *CONRADVS* VI *Senior*, *CONRADVS* VII *iunior* et Henricus. Primus eorum anno 1225 ſingulari Diplomate teſtatus eſt, nobiles de Lone coenobio Lockumenſi bona ſua *Winckeslarenſia* vendidiſſe. (qq) Anno 1229, 18 Apr. coenobio Marienwerderenſi varia donauit. (rr) Tenebat a Conrado Epiſcopo Hildeshemenſi per feudum *Comeciam minorem*. Anno 1236 eam emit, hac lege, vt *Comeciam maiorem* omniaque bona feudalia, quibus Epiſcopo erat obſtrictus, ſibi, vxori ſuae et fratribus Conrado iuniori ac Henrico, nec non matri ipſorum concederet. Minorem Comeciam redemit idem Conradus trecentis octoginta libris monetae Hildeshemenſis. (ss) Huc fortaſſe eſt referendum id, quod *CHRONICON* S. Michaëlis Hildesheimenſe (tt) tradit hunc in modum: *Epiſcopus Conradus comparauit caſtrum Levenrot.* Anno 1241 adſtitit Ottoni, Duci Brunſuicenſi, Hannoverae priuilegia confirmanti. Anno 1244 teſtis ſubſcripſit Ottonis eiusdem, ius *Rathe* et *Herwede* in vrbe Hannoverae abolentis. (uu) *HENRICVS* interceſſit venditioni Hermanni de Lone et fratrum, de qua paullo ante diximus; at, acceptis a coenobio Lockumenſi duabus argenti marcis, conſenſit. Quum anno 1236 frater eius Conradus Senior *comeciam* minorem ab Epiſcopo Hildesheimenſi emeret, mentio ipſius quoque cum honore infertur. Anno 1240 teſtimonium perhibuit Alberto, Conrado, et Friderico Comitibus Clettenbergenſibus, donantibus bona quaedam aediculae nonnulli in coenobio Walkenriedenſi. (xx) Anno 1257 teſtis adfuit, quum Conradus de Winninghuſen annuos reditus decimae, dictae *Othmund*, de area S. Spiritus Hannoverae remitteret. (yy) Anno 1274 ſenatui Hannoverano bona ſua Vorenwoldenſia feudi nexu tradidit, et in donationem nonnullorum iugerum, gynecéo pauperi factam Hannoverano, conſenſit. (zz)

## §. VI.

*HILDEBOLDI* II Comitis Wunſtorpienſis filii exſtiterunt Conradus III, Hermannus, Ludolfus I, Hildeboldus IV; filia, cuius nomen ignoratur, nupſit Comiti Welpenſi. Conradus III anno 1237, conſentientibus heredibus ſuis, coenobio Loccumenſi vendidit nonaginta marcis argenti duo praedia in *Winckeslar*. Cetera ſunt minoris momenti. Anno 1247 reſignauit cum fratre Hermanno bona *Marsbergica* in manus Henrici Abbatis Corbeienſis, vt proprietas fundi inde coenobio cederet Loccumenſi. *LVDOLFVS* I anno 1248 bona quaedam in Smalenhagen vendidit Iohanni Epiſcopo Mindenſi. Anno 1251 ſigillo ſuo muniuit litteras, quibus nobiles Domini de Colrebeck et Comites Permuntani coenobio Loccumenſi XIII manſos vendiderunt. Anno 1252 Schwalenbergae interfuit contractui emtionis venditionis. Anno 1254 teſtis laudatur in litteris Henrici Abbatis Corbeienſis. (a) Anno 1257 in noua arce Peynenſi, praeſente Alberto Magno Duce Brunſuicenſi, vendidit Hermanno Abbati et coenobio Loccumenſi tres manſos, in *Nienſtedt* ſitos, quos a Duce feudi loco tenuerat. Eo circiter tempo-

(ll) *CHRONICON* Stederburgenſe p. 865. To. I. Leibn.
(mm) *SCHATENIVS* Annal. Paderborn. L. IX. p. 921.
(nn) *MEIBOMIVS* in Notis ad Gerhardum Stederburg. p. 441.
(oo) *MEIBOMIVS* l. c.
(pp) Ibidem.
(qq) *Polycarpus LEYSERVS* in Hiſtoria Comitum Wunſtorpienſium p. 17. ſq. Conradus C. de *Lewenroth* occurrit ad a. 1234. in Diplomate Woldenbergenſi 3. ſupra XXXV.
(rr) *LETZNERVS* l. c.
(ss) *CHRONICON Hildeshemenſe* p. 752. To. I. Leibn.
(tt) To. II. Leibn. p. 400.
(uu) *DIPLOMA OTTONIS* apud Leyſerum l. c. p. 19. ſq.
(xx) I. G. *LEVCKFELDII* Antiqq. Walckenred. p. 89.
(yy) *DIPLOMA* habet Leyſerus l. c. p. 21.
(zz) *DIPLOMA* dedit idem Leyſerus l. c. p. 21. 22.
(a) *MEIBOMIVS* l. c.

pore Widekindus Epiſcopus Mindenſis, adiutus a Comite VVunſtorpienſi, copias Ducis Brunſuicenſis deuicit. (b) Anno 1265 coenobio Loccumenſi II manſos donauit et praedium quoddam in *Weſtenem* vendidit. Anno 1271 eidem collegio votiuo donauit molendinum in *Ewippe* et ſequenti anno tres manſos eccleſiae dedit Mindenſi. (c) Anno 1273 Adelheidem Abbatiſſam VVunſtorpienſem compulit, vt bona nonnulla cederet Loccumenſi coenobio, cui alia praedia compenſationis loco contribuit. Anno 1274 teſtis ſubſcripſit. (d) Anno 1276 eccleſiae S. Spiritus Hannoueranae dominium in quatuor manſos, ad Pattenhuſen ſitos, donanit. (e) Anno 1277 interfuit commutationi bonorum, quam Burchardus Comes Welpenſis, ex ſorore nepos, ratam eſſe iuſſit. Cum coenobio Loccumenſi anno 1279 transegit eo modo, vt bona ſua in Hoyerſen et manſum vnum in Wynkeslar ei concederet, accepta poſſeſſione Hakesmeerana. Anno 1281, conſentiente filio ſuo Iohanne, coenobio Loccumenſi tres manſos in Hukesmeera contulit, eo fine, vt conuentus votiuus quotannis inde ſequimarcam reciperet, ac ſtato die anniuerſariam ſui ſuorumque memoriam devote celebraret. Interfuerunt huic actui *Conradus et Hilleboldus fratres et famuli de Wunſtorf*. Anno 1282 Ducibus Brunſuicenſibus Dominis ſuis duos manſos in *Soltorff* renuntiauit, quos cum reditibus ſalinis coenobio Loccumenſi marcis quadraginta vendiderat. Vxorem duxit filiam Wittekindi nobilis Aduocati in *Monte*, Gerhardi ſororem. Ex ea ſuſcepit Iohannem et Salomen. (e)

§. VII.

Circa annum 1276 obiit *Volradus*, nobilis Dominus de Depenowe, eiusque heredia, e beneficio nullius pendentia, obtinuit Iohannes cum nobilibus Dominis de Heſſen. *Depenoa* nunc eſt domicilium praefecturae in Comitatu Hoyae ſuperiori, in finibus Principatus Mindenſis ſitum. Particulam generis Dominorum nobilium de Depenowe, ſic formatam e veterum chartis, accipe:

*

Cuno 1192.

Dietericus 1241.

Volradus 1241. 1264. 1265. | Henricus 1241.

Anno 1283 Iohannes coenobio Loccumenſi, propriam trium manſorum poſſeſſionem, a Volrado nobili Domino Depenoënſi emtam, ei fore indemnem, promiſit. Eodem anno cum Burchardo Comite Welpenſi litem, inter Iordanum de Ecker et Abbatem Loccumenſem de bonis in Tedersdorp motam, compoſuit Wunſtorpii, ita quidem, vt Abbas ſuperior diſcederet. Sacerdotum in dies creſcebant reditus; fides vero et virtus, ac ſapientia in abdito latitans, a plurimis erant alieniſſimae. Anno 1291 *IOHANNES Comes in Wunſtorpe et Rhoden* Mariaevallenſi coenobio manſos XVI donauit. (f) Anno 1297 fuit in *Hagen* ibique vna cum Adolpho Comite Schauenburgenſi litteras nonnullas ſuo muniuit ſigillo, ac eccleſiae Spiritus S. Hannoueranae circa idem fere tempus ditionem duorum manſorum in Wenneſſen donauit. In litteris vocat ſeſe *Comitem de Wunſtorp*. (g) Anno 1298. 23 April. quum eſſet in caſtro Ricklingen, coenobio Loccumenſi dedit, incitatus ſpe peccatorum abiiciendorum, molendinum quoddam, *Bredemole* dictum, prope villam Holdendorp ad aquam Kerſpan ſitum, nec non 28 Iunii quatuor iugera et ſex agris cum coctura ſalis in Kolbenhuſen. Anno 1300, quum nobiles de Holthuſen coenobio eidem praedium et manſum vnum in Detverderſtorpe venderent, fuit Wunſtorpii. Eodem propemodum tempore Ludolfus de Rosdorf Epiſcopus Mindenſis caſtrum *Bokeloh* aedificauit ingratiis Comitis Wunſtorpenſis, quem cum filio Mindam abduxerat captiuum. (h) Anno 1302, e cuſtodia dimiſſus, ad celebrandam ſui memoriam Loccumenſi eccleſiae duos manſos in *Dudingehuſen* ſitos, dedit. Eidem conuentui anno etiam ſequenti benignitatem ſuam praeſtitit. Anno 1304; Ludgardis, vxor Ludolfi de Mander, coenobio Luccumenſi duos manſos in Hulede, quos loco

(b) *WATENSTEDIVS* in Chronico Mindenſi p. 28. *LERBECCIVS* in Chron. Epiſcoporum Mindenſium p. 168.
(c) *LERBECCIVS* l. c. p. 187.
(d) *WATENSTEDIVS* l. c. p. 29.
(e) *MEIBOMIVS* l. c. p. 442.
(f) *MEIBOMIVS* l. c. p. 442.
(g) Chartam produxit *LEYSERVS* in Hiſtoria Comitum Wunſtorpienſium p. 27.
(h) *LERBECCIVS* l. c. p. 189. ſq.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

loco vſusfructus ad dies vitae, nomine donationis propter nuptias cum priori marito contractas, a Iohanne Comite adſignatos acceperat, vendidit, et Comiti reſignauit, qui hos agros, conſentiente filio Ludolfo, ad diem Thomae coenobio memorato donauit. Anno 1305. 6 Aug. dedit eidem collegio votiuo ex conſenſu filii Ludolfi tres manſos, in *Barckhuſen* ſitos. Eodem anno, die natalium B. M. V. conſenſit cum filio Ludolfo in venditionem Salinae vnius in *Munslo*, quam feudi loco a Iohanne Schelii habebant quamque coenobium Loccumenſe emerat. Sequenti anno gyneceo pauperi, a S. Spiritu dicto, curiam quamdam in *Liſt* tradidit in donum. (i) Paullo poſt eidem Hoſpitali Hannoverano donauit campum iuxta Liſt, quem nobiles quidam de Althen ab ipſo per nexum clientelarem tenuerant. (k) Anno 1311 Hugo et Iohannes de Eſcherte reſignarunt ei manſos quatuor, in Limbere ſitos, et eidem Hoſpitali vendunt. (l) Anno 1314, de conſenſu filiorum Ludolfi et Iohannis vendidit in caſtro Ricklingen manſum vnum Holthuſenſem coenobio Luccumenſi marcis XVI Bremenſibus. Anno 1318, 5 Dec. ſigillo ſuo litteras Wunſtorpii muniuit, quibus Margareta de Adenoys Canonica Wunſtorpienſis, precibus Comitis Iohannis adducta, ab omni iure deſtitit, quod in bona quaedam, a Patre ſuo Iohanne vendita coenobio Loccumenſi, habere poterat. Eodem anno, menſe, et die, fidem fecit coenobio Loccumenſi, ſeſe illas centum marcas Bremenſes, quas ad anguſtias redactus olim ab eo mutuas acceperat, intra anni ſpatium eſſe redditurum, atque effecturum, vt Ludolfus filius, quamprimum ex itineribus rediiſſet, pacta cum coenobio hucvsque inita haberet rata, idque eo magis ſe praeſtiturum, eo quod argento illo a Loccumenſibus ſumto arcem Ricklingen, Epiſcopo Mindenſi oppignoratam, redemiſſet. Ludolfus, Ioannis frater, anno 1304 conſenſit in donationem duorum manſorum in Hulſede, factam coenobio Loccumenſi a Patre, et anno 1314 in venditionem manſi in Holthuſen, eidem collegio ab eodem factam. Anno 1318 peregre abfuit. Anno 1319. 28 Febr. ex itinere reuerſus transactiones Patris, cum coenobio Loccumenſi initas in arce Ricklingen ratas firmasque declarauit. Iohannes, Iohannis filius, *Comes in Wunſtorpe et Roden*, anno 1314 conſenſit in venditionem manſi in Holthuſen, ante commemoratam. Anno 1320 in arce Blumenau pro remedio peccatis ſuis conciliando tradidit coenobio Loccumenſi domum, ſalinam et locum in Beſekendorp iuxta cemiterium. Anno 1321. 22 Apr. ibidem donauit eidem coenobio decimam Dotebergenſem, quam nobiles de Winninghuſen ad abolendum aes alienum ipſi 120 marcis Bremenſibus vendiderant eamque donationem Gothofrido Epiſcopo Mindenſi ſignificauit. Eodem anno teſtatus eſt, Nobiles de Elwere, ſe conſentiente, coenobio eidem decimam in Weſterem, quae erat de Comitatu Wunſtorpienſi filia eccleſiae Nenſtedenſis, vendidiſſe ſibique reſignaſſe: fidemque ſuam ſimul pro hac venditione interpoſuit. Anno 1323. 1 Nou. coenobio eidem pratum quoddam magnum, verſus Hannoveram ſitum, donauit. Anno 1327. 24 Apr. decimam in *maiori Ricklingen* obuiam in remedium animae dedit collegio eidem. Anno 1334 priuilegium conceſſit vrbi *Wunſtorpe*. (m) Filios habuit Iohannem, Hilleboldum, Ludolfum et Ludouicum. (n) Iohannes fuit Canonicus eccleſiae cathedralis Hildeshemenſis. Anno 1342 die Lunae ante Pentecoſten *Conradus de Oldenberge*, dictus *der Weſſeler*, altari Bartholomaeano in templo Spiritus ſancti Hannoverae campum quendam, nomine *Muhlenwinckel*, inter Limber et Erder ſitum, legauit, quem a Roberto ſeniori, Roberto, Iohanne et Giſone fratribus de Nigenſtadt emerat. Quum autem hic campus Comitum VVunſtorpienſium eſſet feudum, Iohannes cum fratribus Ludouico et Ludolfo ex amore in Deum, in ſolatium animarum vtriusque parentum, et ex beneuolentia erga Senatum Hannoveranum, dicto Conrado propriam ditionem, libertatem, dominium et ius illius campi in ipſa. Pentecoſtes feſta die donauit. Hilleboldus eſt obuius ad annum 1329. (o) Ludolfus anno 1335 confirmauit priuilegia oppido *Wunſtorp*. Ad annum 1342 mentionem eius iam fecimus. Anno 1358 vrbi VVunſtorpienſi indulſit priuilegium, non abſimile ei, quod pater anno 1334 impertitus fuerat. Biennio poſt cum fratre Ludouico dominium vnius caſae in Limbere et piſcaturae in Erdere Hoſpitali Spiritus ſancti Hannoveranae donauit. (p) Anno 1367 die

(i) *LEYSERVS* adtulit chartam donationis l. c. p. 29. 30.
(l) - - - exhibuit chartam p. 30. ſq.
(m) *LEYSERVS* l. c. p. 33.
(n) *MEIBOMIVS* l. c. p. 442.
(o) *MEIBOMIVS* l. c.
(p) *LEYSERVS* exhibet chartam p. 35. ſq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

die Lucae Evangeliſtae teſtem ſeſe praebuit, quum MAGNVS *iunior*, Dux Brunsuicenſis, Principatui Luneburgenſi et inprimis vrbi Hannoverae promitteret, ſe, ſi forte quis nomine Imperatoris ſeu Imperii agnatum ſuum Ducem Wilhelmum aut dictum Principatum accuſauerit, vna cum Duce Wilhelmo effecturum, vt vel iuris vel amicae compoſitionis modo ab intentata moleſtia liberarentur. Quo facto Hannoverae ſacramentum, obedientiae index, praeſtitum eſt in die Vrſulae. Cui actioni maxime ſolemni Comes Ludolfus inter alios quoque fuit adhibitus. Gerhardus Epiſcopus Hildeshemenſis, Widekindi Epiſcopi Mindenſis frater, anno 1383 ad Wunſtorpi oppidum capiendum adpulit mentem. Oberat vero eccleſia Mindenſis et frater fratri praedam inuidebat. (q) Vxor Ludolfi vocatur *Ridsa*, quae marito ſuperſtes vixit anno 1397. (r) Ex hac fuerunt nati Henricus, Canonicus eccleſiae cathedralis Hildeshemenſis Iohannes, et Iulius.

§. VIII.

Iulius, Ludolfi IV filius, patri ſucceſſit in Comitatu, variis donationibus et aere alieno admodum adtenuato. Qui ea aetate collegiis ſacris adquirere quicquam poterant, ſublimi vertere ſeſe ferire ſidera et maximos coeleſtis fulgoris gradus conſcendiſſe videbantur. Quare ab hominibus eccleſiaſticis noctu ac interdiu in eo fuit deſudatum, vt dynaſtis Dominisque beneficentia ſacra perſuaderetur. Plurimi, qui reditibus eccleſiaſticis non viuebant, dulciſſima putabant eſſe ſomnia, quicquid de igne expurgante aliisque remediis animae circumferebatur. Id ſatis patet ex vita eorum turbulenta, militari, et latrociniis, quam honeſtati ſaepius propiori. Si quis tamen ſuccurrebat animo, loquente conſcientia, metus et terror de admiſſis; prolapſum eſt ingenium voluptuoſum et emendationis ſincerae faſtidioſum ad liberalitatem, qua homines, ventrium ſtudioſi et aëra clamoribus implentes, ſubleuabantur. Id ad minimum ex beneficentia eiusmodi ſacra capiebatur adleuamenti, vt impii proclamarentur pii a viris eccleſiaſticis et famam ſeruarent, excuſationi peccatorum conformatam. Henricus, Canonicus Hildeſienſis, Iulio fratri crebras inſtillabat admonitiones, vt ſeſe regimine abdicaret et Comitatum Chriſto, ſeu eccleſiae cathedrali Hildeshemenſi, traderet. Quae dicta tantum valuerunt, vt ſenſim Iulius, negotia ſua pertaeſus, ad recognoſcenda ſacra animum ſacrum accingeret. Anno 1395 priuilegia recens indulta Wunſtorpienſi oppido confirmauit, maximamque regiminis partem *LVDOLFO*, filio natu maiori, impertitus eſt. (s) Anno 1309 pactio facta de iure dicundo inter homines Wulbrandi Epiſcopi Mindenſis et Wunſtorpienſes. (t) Anno 1314 conſenſit in venditionem quorumdam iugerum, a Nobilibus de Alten Wernero et Curtio factam eccleſiae S. Crucis Hannoveranae. Ipſe et filius anno 436 in lites inciderunt cum *VVILHELMO*, quem vocant *Victorioſum*, Duce Brunsuicenſe. Ad eas ſedandas ac dirimendas delecti ſunt ſenatus Hannoveranus, Friderieus de *Reden*, Conradus de *Alten*, Martinus de *Alten*, Henricus *Knigge* in Bredenbeck, Ludolfus *Knigge*, Arnoldus de *Rößing*, Wulthardus de *Reden* et Fridericus de *Stedern*. Anno 1441 pater filiusque Wunſtorpienſibus denuo confirmant priuilegia. Anno 1446 ipſe ac filius Comitatum ſuum vendiderunt *MAGNO* Epiſcopo Hildeſienſi (u) et ſeceſſit in arcem ac praefecturam *Winzenburg*, quam loco hypothecae ad finem vitae vsque tenuit. Anno 1447 Iulius cum filio a Matthia, miniſtro ordinis Franciſcani per prouinciam Saxonicam, in fraternitatem fuit receptus. (x) Anno 1461 ipſe, et Henricus ac Ludolfus in litteris nonnullis a Comite Mansfeldenſi vocantur adfines et conſanguinei. (y)

Eodem anno Iulius et Ludolfus fuerunt fideiuſſores, quum *ERNESTVS* Epiſcopus Hildeshemenſis oppignoraret caſtrum *Sladem* Gerhardo de Speigelberge, Curtio de Alten, Curtio de Swichelde Seniori, Aſchwino de Bortfeld, florenis Rhenanis 5485. Iulio vxor fuit Anna ſeu Iulia, Iohannis Comitis Diepholtenſis filia, ex qua ſuſcepit *Henricos* duos et *Ludolfum*. Ludolfus iam anno 1395 maximam Comitatus partem ſua gubernatione fuit moderatus. Anno 1446 ſcripſit litteras ad ſenatum Hannoveranum. An-

(q) *LERBECCIVS* p. 194.
(r) *MEIBOMIVS* l. c.
(s) *MEIBOMIVS* l. c.
(t) *LETSERUS* l. c. p. 37. ſq.
(u) *BOTHO* in Chronico p. 405.
(x) *MEIBOMIVS* l. c. p. 442.
(y) *HOPPENRODIVS* in Stammbuch p. 106.

Anno eodem cum Patre, Comitatu vendito, Winceburgum ſeceſſit. Anno 1451 circa ſolemnem Michaëlis diem cepit *WILHELMVM iuniorem* Ducem Brunſuicenſem in *Pylshagen* captiuumque tam diu in caſtro Wincenburgi tenuit, donec magna pecuniae ſumma redimeretur. (z) Vxor ei adtribuitur Anna Hohenſteinia, quam vixiſſe adhuc 1513. Meibomius auctor eſt. (aa) Ex ea nati ſunt *Henricus*, *Georgius* et *Margareta*. Henrici ſit mentio ad annum 1471 in parentis epiſtola. Anno 1481 vocat ſeſe *Comitem Wunſtorpienſem*, *Dominum Slademii* et *Heimburgi*. Georgius (*) bello interfuit, quod Duces Brunſuicenſes anno 1518 in Epiſcopum Hildeshemenſem geſſerunt, et anno ſequenti 1519 in praelio Soltauienſi captiuorum auxit ſeriem. Poſtea ab Henrico Iuniore conſtitutus eſt *praeſes prouinciae* et ab eccleſia Ganderſemenſi expetiuit exſpectationem feudi in Bruggem, quod Steinbergii tenent. Anno 1533 in arce Warbergenſi obiit, ſepultus in coenobio Regiolotharienſi. Margareta ſoror nupſit Henrico, libero Baroni de Warberge, marito orbata anno 1536 exceſſit a. 1549 et progeniem ſuam clauſit. *PRESBYTER Bremenſis* mentionem iniicit, haud nominatim, Comitum Wunſtorpienſium. Ei enim anno 1320 Gerhardo, Comiti Schaumburgo-Holſatico fuerunt auxilio contra Regem Daniae. (bb) Ex eadem ſtirpe Holſatica fratres Gerhardus, Giſewertus et Iohannes, filii Henrici Comitis, dicuntur habuiſſe *matrem de Rheno exortam de Brunckorſt, Wunſtorp, Ghemele.* (cc) Gerhardus, Magnus, Dux Slesvici, in ſubſidiariis habebat contra Danos *cognatos ſuos de Brunckhorſt, Wunſtorp et Gemele.* (dd)

Sunt ad manus nonnullae litterae Georgii, Comitis Wunſtorfenſis, adminiſtratoris negotiorum publicorum per terras Guelferbitanas. Sigillum eis adfixum repraeſentat mitram Comitis, in cuius fimbria inferiori leguntur litterae: H. I. D. B. E. L. id eſt, *Henricus iunior Dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis.* Scutum eſt quadripartitum. Area prima ſuperior ſiſtit duos leopardos: ſecunda leonem Luneburgicum; area tertia et inferior exhibet leonem coronatum Eberſteinenſem: quarta praefert leonem Wunſtorpienſem. Poſtremis Georgii litteris, ad 1532. in veſperis adſcenſionis Domini datis, iubentur procuratores Abbatiae neminem ſubſtituere Alberto Menneke nuper defuncto, niſi eum, qui litteris ſigillo Mariae Abbatiſſae munitis ſit inſtructus.

## Caput LXII.
### Loco Appendicis.
# WITEKINDEI COMITES PER SAXONIAM.

Synopſis. §. 1. *Stemma genealogicum e documentis genuinae antiquitatis, ex quo conſtat, Ludolfum per mares a Witikindo non deſcendiſſe.*

§. 2. *De Witichindo, Wicberto, Giſela et Walberto.*

§. 3. *De Brunone.*

§. 4. *De Origine Comitum Wettinenſium et Miſnenſium a Witekindo non repetenda.*

§. 5. *De Wicberto Epiſcopo Verdenſi et Reginberno Duce.*

§. 6. *De Theoderico, patre Mathildis reginae.*

§. 7. *De Witechindo II, Immado I, Reginberto.*

§. 8. *De Ruperto Epiſcopo Trevirenſi et Amalrada.*

§. 9. *De Theoderico Comite Ringelhemenſi et Sigefrido Marchione Brandeburgico, Mathilde fratribus, num fictis.*

§. 10. *De Mathilde regina.*

§. 11. *De Immedis et Adela, eorumque liberis.*

§. 12. *De Emma et Friderinda nominatim.*

§. 13. *De fabulis Witikindeis.*

§. I.

(z) *ANNALES* Corbeienſes p. 318. *KORNERVS* p. 202. To. III. Leibn.
(aa) Loco laudato.
(*) *STIFTISCHE FEHDE* p. 255. To. III. Leibn.
(bb) In Chronico Holſatiae c. 18. p. 40.
(cc) Idem c. 20. p. 47. (dd) c. 20. p. 48.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## §. I.
## Stemma genealogicum poſteritatis Witekindeae.

* * *

**WITICHINDVS.** Vx. *Geua*, filia Sigfridi R. Dan.

*WICBERTVS* I Comes † ante 834. vx. *Ordrada.* — *Giſela* ſeu *Haſala*, vxor Bernonis.

*WALBERTVS* C. Vx. *Altburgis.* — *BRVNO* fictus.

*WICBERTVS* II. Ep. Verd. † 908. 9 Sept. — *REGINBERNVS* Dux Friſiorum et Weſtvalorum. Vx. *Mathildis*, poſt Abbatiſſa Heriford. Ipſe † 13 Aug.

*THEODORICVS* Comes Weſtvaliae ſeu Oldenburgi. Vx. *Reinbildis* † 10. Maii. — *WITICHINDVS* II. † 11 Iun. — *IMMADVS* I. † 953 occiſus Moguntiae. — *Meinwercus* † 953. — *REGINBERTVS* victor Danorum.

*Rupertus* Ep. Treuir. a. 921. † 960. — *MATHILDIS.* Vxor II Henrici Aucupis † 968. 14 Mart. ſepulta Quedlinburgi apud S. Seruatium. — *Friderun.* † 10 Ian. num vxor 1) N.N. 2) Wichmañi I? — *Bia.* † 24 Iun. — *Amalrada.* vx. Comitis Euerhardi — Sigfridus? Theodericus? — *IMMADVS* II † 29 Ian. Vx. *Adela*, filia Wichmanni II Billungici, nupta dein Balderico Comiti † 6 Aug.

*Theodericus* Ep. Metenſis 962. † 984. 7 Sept. — *HENRICus*

*Eberhardus* † 978.

*Thidericus* C. Palat. † 1014. 7 Apr. — *MEINWERCVS* Ep. Paderb. † 1036. 2 Iun. — *Gliſmoda* nupſit Principi Bauarico, vnde Domini Pleſſenſes in Saxonia. — *Azela* ſanctimonialis Eltinenſis. — *Emma*, vxor Ludegeri C. † 1051. 1 Dec. — N. N. mater Immedi Ep. Paderborn. — *Friderinda* vxor Hartwici, C. Palat. poſt Abbatiſſa Kemnadenſis.

*Sirus.*

*

Erbo

*Hartwicus* C. Pal. vxor Friderinda. — *Sigehardus*

Erbo. — Botho poſthumus. — Sigehardus † 1104.

## §. II.

Quum Franci ex *Mauringania*, tractu terrae ad Viſmariam ac mare Balthicum ſito, verſus auſtrum proceſſiſſent; Saxones, qui *cherſoneſum Cimbricam* incoluerant, (a) ſeſe effudere per ſuperiores Germaniae regiones, Salam inter et Viſurgis initia, ad Renum vsque et mare Germanicum ſuperius. Pagus *Hamalant*, qui in Ducatu Cliuenſi locandus, Saxoniae adhuc adnumerabatur. (b) Amiſus, Lippia et Padera ac Leina vocabantur *flumina Saxoniae.* (c) Ad ſolis ortum habitabant *Oſterlingi*, alias dicti *Oſtwali* et *Saxones orientales*; (d) Ad occaſum *Saxones occidentales* ſeu *Weſtwali.* (e) Gens ipſa in tribus pagosve, a ſatore dictos, diuiſa, ne familiae ſpargerentur. Ex *Immedo*, veteri aliquo fa-

(a) *PTOLEMAEVS* L. II. c. 11. Geograph. *CHOROGRAPHVS Rauennas* L. IV. c. 17. Chorographiae.

(b) *SIGEBERTVS* Leuita in Vita Theoderici Ep. c. 1. p. 294. *Deodericum memorat, ex pago Saxoniae Hamalant oriundum.* *LEIBNITIVS* in Introd. ad To. I. Script. Brunsuic. n. XXVI. oſtendit, Hamalandiam exſtitiſſe in Ducatu Cliuenſi.

(c) *CHOROGRAPHVS Rauennas* l. c.

(d) *POETA* Anonymus Saxo ad a. 772. p. 121. To. I. Leibn.

(e) *POETA* l. c. *Denique WESTVALOS vocitant in parte manentes*
*Occidua, quorum non longe terminus amne*
*A Rheno diſtat. Regionem ſolis ad ortum*
*Inhabitant OSTERLINGI, quos nomine quidam*
*OSTVALOS alio vocitant, confinia quorum*
*Infeſtant coniuncta ſuis gens perfida Sclaui.*
*Inter praedictos media regione morantur*
*ANGARII, populus Saxonum tertius.* – –

Ex eo factum, vt tres quoque Duces crearentur primarii, propugnatores ſingularum gentium. De eis *WITICHINDVS* libro primo Annalium paſſim iniicit mentionem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

familiae auctore, vocabantur *Immedingii.* Ex quorum tribu progreſſus Witekindus. Nomen *Immedorum*, in poſteritate eius ſaepe recurrens, teſtimonio eſt luculentiſſimo. Sic fortaſſis alia tribus dicta fuit *Bucici* ab auctore *Bucico.* Primores tribuum opinione nobilitatis eximia cenſebantur pagisque ſuis ad inſtar Ducum praeerant. Ex Ducibus pagorum ſeu grauionibus tres delecti ſunt Duces primarii, qui bella gererent patriosque tutarentur lares. Tales fuerunt Witichindus, Albio, Bruno, Heſſi, Amalungus paucique alii. Liberi horum mutuis coibant coniugiis, ne nobilitas ab hominibus nouis turbaretur. Witichindum diſcordia Saxonum cum Francis nobilitauit, quae inde ab aetate Clotharii (f) per ſaecula nonnulla ad Carolum vsque Magnum fuit protracta. Hic vero durior reliquis maioribus ſuis in Saxones exſtitit, variasque belli rationes cauſſatus finitimos ferre non didicerat, qui triumphos turbare poſſent. Lis ſuberat de vtriusque regni terminis. Saxones quoque pendere tributum recuſabant, ipſis a Clothario et Pipino iniunctum. In primis Carolus laudi ſuae profuturum duxit, ſi Saxones ad doctrinam Chriſtianam adduceret. Princeps horum, qui tantis Caroli molitionibus obſtabat, vnus erat Witichindus. Bellum coepit Saxonicum anno 771 et demum a. 803 finitum fuit pace. Salzenſi, ac translatione nonnullorum Saxonum a. 804 facta. Praelia maiora euenerunt tantum duo; vnum ad Detmoldam; alterum ad flumen Haſam prope Osnabrucam. Langueſcebat Saxonum virtus, quum a. 785 duo primores ad Carolum deficerent, Witechindus et Albio. Hi enim in *Bardengaw* ſeu pago Bardeuicenſi, adlecti promiſſis Caroli per Amalungum, commeatuque libero et obſidibus datis confirmati, et, ad Francos profecti, fonte ſacro Attiniaci luſtrati fuerunt. Witechindo nuperi ſcriptores adtribuunt patrem Wernekinum Pacificum, matrem Gundelingam Principem Rugicam. Silent veteres. Recentiores quoque Witichindum vocant Regem. (*) Verum id nomen veteres ei haud indunt, quippe qui non ignorabant, Saxones a regia vnius poteſtate abhorrere. Rhegino Prumienſis, Annales Francici ac Eginhardus vocant eum *Ducem, tyrannum, magnum Saxoniae Ducem, vnum ex primoribus Weſtfalorum.* Patrimonio vſus eſt et amplo et ſplendido, partim ad Viſurgim et Angariam, partim in tractu Haſſiaco, quem vocant *Buddenfeld.* (g) Tanta auctoritate praemunitus iam anno 771 exercitum aduerſus Francos duxit, re ipſa initio expertus fortunam, votis inferiorem. Impedire enim non potuit, quo minus Carolus dirueret oppidum Eresburgum, ac Irminſulam, id eſt, Arminio dicatam ſtatuam, aboleret. (h) De loco, in quo ſtatua illa Arminii fuit conlocata, variant recentiorum ſententiae. Vulgaris opinio perhibet, ſedem eius fuiſſe ad Stadbergam ac Eresburgum, haud procul ab Ambra amne, eaque ſententia ab *Henrico MEIBOMIO ſeniore* eſt adprobata. (i) *WASSERBACHIVS* (k) ducit nos ad verticem montis Pirmontani, quem accolae vocant *Schellen-Pirmont.* Luſtraui anno 1728, quum acidulas biberem Pirmontanas, editiſſima montis illius, adſcenſu praerupti ac praecipitis. In ſupremo faſtigio reſtant ruinae moenium triplicium, quae circulum non adeo magnum cinxerunt. Nonnulla murorum compagi ſuae adhuc ſubnituntur. Solum pedibus eſt infidum. Reſtant enim hinc inde caui receſſus, per quos deſcendere ad interiora ac profunda montis viſcera olim licuit. Ex ſitu ſecuro, ſede exigua, muro triplici, abditis receſſibus, et cauernis, ad vſus neceſſarios aptatis, conlegi illico, aſylum ibi exſtitiſſe ac refugium fortunarum. Haud videtur improbabile, ſtatuam et ſacra, quibus ab hoſte imminere poterat periculum, eo fuiſſe deducta. Rudera incolae vocant *Hermsborg*, *Herlsborg.* Crediderim tamen, Arminium (l) quendam ſeu Arimanium, heroëm terribilem et vetuſtiſſimum, quem Perſae pauebant, cultum fuiſſe ſtatua haud vna nec in vno loco. An ſtatua illa, quae ante chorum ſupremum aedis cathedralis Hildeshemenſis eſt conlocate, ſit ſtatumen illud, cui olim imago Arminii fuit impoſita, manet in incertis, donec teſtes Leznero grauiores et antiquitate praeſtantiores proferantur. Statuam, Arminio dedicatam, fuiſſe a Carolo Magno igni datam cineremque amni praeterfluenti iniectum, memoriae proditum video; ſtatumen ab incendio intactum perſtitiſſe vel ex aere fuiſſe factum, quo tum Germani fere carebant,

(f) *AIMOINVS* Hiſt. Franc. L. II. c. 27.
(*) *BOTHO* ad a. 810. p. 292. *DITMARVS* Annal. L. I. p. 326. *WIGANDVS* in Vita S. Waldgeri p. 284. *AVCTOR* Chronici Mindenſis To. I. Meibom. p. 550. 551.
(g) *ALTFRIDVS* in Actis Ludgeri c. XXII. p. 97. ſq.
(h) *POETA SAXO* ad a. 772. p. 122. *REGINO* Prumienſis Chron. L. II. ad c. 2.
(i) In Diſſ. de Irminſula Saxonica.
(k) In Diſſ. de Statua Arminii p. 34.
(l) G. G. *LEIBNITIVS.*

bant, nemo vnus veterum commemorauit. Iam anno 777 Weſtfalorum res a victore Carolo ad incitas erant redactae ipſique haud conſulere ſibi poterant, niſi vniuerſae gentis ſuae ditione. VVitikindus vnus omnium reſtitit maxime, ac, paucis comitatus, ſe ad Regem Daniae Sigfridum contulit. Ex Cimbria ſolicitauit denuo populares ſuos ad defectionem, eisque redux praefuit. Anno 783 vindictam a Francis repetiit cruentam, Sorabis a Caroli partibus in omnia alia euntibus. Quum Duces bellici Francorum imminerent compeſcendis Sorabis, nuntiatur ipſis defectio Saxonum. Duo praefectorum reuertuntur ad pacandos Saxones, diſſidente tertio. Quo non exſpectato, praelium committitur cum VVitichindo apud *Sunthalium*, quod Leibnitius de *Mundera* oppido Ducatus Brunſuicenſis; Meibomius de valle ſiluae Hildesheimenſis, *Sundern* nunc dicta, exponit. Prima congreſſione Franci funduntur: quatuor Comites et viginti nobiles occiduntur. Carolus, damnum reſarturus, VVerbenae ad Alleram 4500 Saxones iubet obtruncari. VVitichindus, a Saxonibus adtonitis iterum deſertus, referre gradum ac refugere ad Normannos, qui nunc Dani vocantur, ſuſtinuit. *GOBELINVS PERSONA* (m) refert, VVitichindum denuo viciſſe Francos, et Carolum vix elapſum eſſe per locum Moeni, qui nunc dicitur Francofurtum. Sed veteres tacent et *PERSONA* eſt ſcriptor ſaeculi XV. *Iacobus Andreas CRVSIVS* hoc Perſonae teſtimonium merito in dubium reuocauit. (n) Anno 785 redierat VVitichindus in Saxoniam. Carolus, nouas turbas pertaeſus, aduerſarium, opera Amaluini ſeu Amalungi, promiſſisque ingentibus ad deditionem perpulit. *KRANZIVS* (o) varias immiſcuit fabulas, referens inter alia, VVitichindum ad domicilium Caroli, veſtitu mendici oneratum, perueniſſe, ex curuis digitis facile cognitum: Carolum primo Paſchae die ſacra coena fuiſſe vſum: adſtitiſſe VVitichindum et vidiſſe puerulum pulcherrimum, qui ori Caroli panem inſeruerit, reliquosque toruo vultu auerſatus ſit. Commentum lepidum! Locum baptiſmi veteres vocant *Attiniacum*, quod eſt oppidum Campaniae ad Rhemos in Gallia. Recentiores deſignant, nunc hunc, nunc illum locum. *Matthias POCHENVS* (p) mauult *Mittenbacum* Fuldenſe. *Henningeſius* (q) deſignat *Bardeuicum*. *SAGITTARIVS* (r) refellit hanc fabulam. *ROLEVINCKIO* placet *Belem* ad Osnabrugam. (s) Oſtenditur ibi VVitichindi baptiſterium. Sed falſo. *Albertus KRANZIVS* deſignat *Mindam*: (t) *Georgius FABRICIVS* (u) *Wolmirſtedium*: alii malunt *Sigeburgum* ad Ruram. *KRANZIVS* tradit, Carolum M. mutaſſe inſignia VVitikindi eique decreuiſſe equum album, loco atri, in area rubra. Veteribus haec ſunt incognita. Poſthaec hic fuit ſatrapes, qui viuebat ex patrimoniis ſuis. Recentiores ei tribuunt VVidikindeburgum, quod deinceps *Minden* quaſi *Min* et *Din*, hoc eſt, *meum* et *tuum*, fuerit adpellatum, eo quod ipſe dimidium vrbis tradiderit Carolo Magno. Sed alii merito dubitant, an VVitekindus Epiſcopatum Mindenſem fundarit. Scriptores nuperi eum vocant *Ducem* ſeu *Comitem Angariae*, *Dominum Iburgi et Principem Rugiae*. Sed is titulorum cumulus non reſpondet aetati Carolingicae. Equidem *ALBERTVS* Stadenſis eum cognominat *magnum Saxoniae Ducem*. Quis autem non intelligit, ducem denotari bellicum? Recentiores memorant, VVitichindum belligeraſſe cum Geraldo ſeu Notſandro, Sueuorum Duce, in quo bello obierit anno 807. (x) Silent veteres. Exſtruxit aedem, Canonicis S. Dionyſii Angarienſibus ſeruientem, et in ea eſt humatus. Carolus IV inuiſit ſepulcrum illud anno 1377 eique inſculpendum curauit leonem, inſigne Bohemici regni. Anno 1414 collegium illud Dionyſianum cum oſſibus VVitichindi Herfordiam fuit translatum, in templo S. Iohannis depoſitis. Errant, qui, oſſa illa Fallerslebiam, et inde Paderbornam deportata eſſe, ferunt. Figuram monumenti VVitichindei in aes inciſi, repraeſen-

(m) In Cosmodromio Aet. VI. c. XXXVIII.
(n) De Vita et rebus geſtis Wittekindi c. 5.
(o) In Metropoli Saxon. L. I. c. 9.
(p) In Vita Alberti animoſi p. 585. *ALBERTVS Stadenſis* locum vocat *Timathum* a. 917. p. 100. b.
(q) In Theatro genealogico P. II. ſecundi et tertii regni in IV Monarchia p. 3.
(r) In Hiſtoria Bardovic. c. 3.
(s) De Antiqua Saxonia L. II. c. 7.
(t) In Saxonia L. II. c. 25.
(u) Origg. Saxon. L. IV. *AVCTOR* de fundatione quarundam Saxoniae eccleſiarum p. 261. To. I. Leibn. *Witekindus a Wilbado Epiſcopo Bremenſi baptizatus VVormatiae.*
(x) *KRANZIVS* Saxon. L. II. c. 25. *Georgius FABRICIVS* l. c. *KRVSIVS* l. c. C. XV. Multas VVitichindus condidit chriſtianus eccleſias. *VITA Mathildis Reginae* c. I. §. 3. p. 193. ſq.

ſentat Illuſtriſſimus Ferdinandus, Princeps Fürſtenbergicus. (y) Inſcriptio, longe poſt Witichindi mortem excogitata, eſt huiusmodi :

*Oſſa viri fortis , cuius ſors neſcia mortis,*
*Ille locus claudit; euge bone , ſpiritus audit.*
*Omnis mundatur , hunc Regem qui veneratur.*
*Aegros his morbis Rex coeli ſanat et orbis.*

Vxorem ei adiungit Botho (z) *GEVAM*, Sigfridi Regis Danorum filiam. Recentiores ei adfingunt coniugem *Swantanam*, natam ex Lecho Duce Bohemorum. Miras genealogiſtae addunt generationes, vt Ludolfum, Comites VVettinenſes, ac Sabaudiae, Regesque Capetingicos ex VVitichindi lumbis extorqueant. *ALBERTVS STADENSIS:* (aa) *Witikindus filium habuit Wicbertum Chriſtianum. Hic genuit Walbertum, qui, cauſa orationis Romam veniens, corpus ſancti Alexandri, filii ſanctae Felicitatis, integrum accipiens a Papa Leone, in Saxoniam detulit, et loco, qui dicitur Wigalthingohuſen* (nunc Wildeshuſen) *locauit. Ex eadem Saxonicae gentis ſtirpe vir nobilis eſt egreſſus, nomine Ludolfus.* De Ludolfo ſupra diſſerui, et probabiliſſime oſtendi, eum ex Giſala Witekindi filia per Brunonem deſcendere. *BOTHO* (bb) haec conciſe tradit: *Konigh Wedekint to Engern - - nam Koningh Syfrides ſuſter to Dennemarck, vnde ſe het Geua, de telde ome twey kinder, eynen ſone, de het Wypert, unde eyne dochter, de het Haſala, de nam eynen edelen van Saſſen, de het Berno.* Wicbertum duplicem fingunt alii. Vxorem duxiſſe Wicbertum *Sindacildam,* (cc) *BOTHO* eſt auctor. Sed donatio Walberti, (dd) in coenobium Wildeshuſanum exercita, eam vocat *Odradam,* coniugem vero Walberti *Altburgem.* Wicbertus cum VValberto ſepultus eſt in coenobio ab ipſis in VVildeehuſa conſtructo ac dotato. (ee)

§. III.

Brunonem fuiſſe VVibrechti filium, VValberti fratrem, *BOTHO* auctor eſt. (a) Repetierunt inde alii bene multi eam opinionem. Sunt qui eum Brunonem permiſcent cum filio Ludolfi, qui anno 880 a Danis fuit deuictus. *BOTHO Bernonem* quemdam conſtituit generum Witekindi. Hic indubie eſt Bruno, cuius ſcriptores Francici meminerunt. In Vita Ludolfi §. XVIII fuſius de eo diſſerui. Quare nihil heic ſupereſt, niſi vt negem, Brunonem fuiſſe Walberti *fratrem.*

§. IV.

Comites Wettinenſes a Diderico ſunt deducendi, qui erat oriundus ex tribu *Bucici.* (b) Intelligit id Vir ſumme reuerendus *Valentinus Erneſtus LOSCHERVS* (c) de Comitibus quibusdam a *Budſetz* oppido dictis. Plerumque a Wigberto II ficto Genealogiſtae Comites Wettinenſes et Miſnenſes deducunt. (d) *IOANNES GEORGIVS* ab *ECCARD* proſtrauit penitus illud ſomnium, a ventoſis nonnullis ingeniis effictum ac efformatum. Quod autem *tribus Bucici* ſit *familia Burchardi,* Thuringiae Comitis, paucis is potuit perſuadere.

§. V.

De Wicberto *CHRONICON VERDENSE* : (e) *Wichbertus huius eccleſiae epiſcopus* XII. *Hic dicitur fuiſſe de progenie Widekindi Ducis Saxonum, quem Karolus Rex conuertit et*

(y) In *Monumentis Paderborn.* p. 318.
(z) Ad a. 810. p. 292.
(aa) Pag. 100. a. ed. Reinecc. Helmaeſtad. 4. 1587. Conſentiunt *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 149. *CHRONICON Ducum Brunsuicenſium* p. 14. To. II. Leibn. *CHRONICON Luneburgicum* p. 172. To. III. Leibn.
(bb) Ad a. 810. p. 292.
(cc) Pag. 295.
(dd) Quam primus edidit I. G. *ECCARDVS* in *hiſtoria genealogica Princ. ſup. Saxon.* p. 20. Nonnulla inde repetiit in *Rerum Francicarum* Lib. XXXII. §. 316. Walberti coniugem *LAZIVS* L. IX. de Migratione gentium vocat *Kerehildem Comitiſſam de Morsburg.*
(ee) *BOTHO* p. 297. *Duſſe Hertoge Wyprecht de begunde to buwen Wildershuſen, dat ſyn ſone Walbrecht vullen rede makede, unde brachte dat grote billigedom van Rome, unde Wiprecht und Walbrecht ſyn dar albeyde begrauen.* *AVCTOR* de fundatione quarundam Saxoniae eccleſiarum p. 261. To. I. Leibn.
(a) Pag. 297.
(b) *DITMARVS* Annal. L. VI. p. 388. *Si te lectorem audire delectat, unde is* (Dedi Comes) *fuerit, de tribu, quae Buzici dicitur, et de patre Thiedrico originem duxiſſe accipies. Hic Rigdago Marchioni, agnato ſuimet, ab infantia ſeruiebat.*
(c) In *Einleitung zur Hiſtorie medii aeui* p. 160.
(d) *Wolfgang KRAVSE* in *Genealogie der Hertzoge zu Sachſen* a. 1555. 4.
(e) Pag. 214. To. II. Leibn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*et ſanctus Bonifacius baptizavit.* Quantum quidem ad Bonifacium adtinet, is Widekindum adſpergere vel mergere aqua baptismali non potuit, dudum quippe exſtinctus. Walbertus in *donatione Wildeshuſana* filium ſuum primogenitum *Wicbertum* vocat. Quid igitur inde luculentius patet, quam genus Wicberti Epiſcopi Verdenſis ex Walberto patre? Wicberto fuiſſe fratrem, oſtendit eadem charta Walberti, in qua memoratur Wicberti frater fratrisque filius. Frater Epiſcopi exſtitit Reginbernus, Dux Friſiorum et Weſtfalorum. Vxorem Reginberni adpellat *AVCTOR vitae Mathildis* Mathildem. (f) Ipſa, marito orbata, Abbatiſſam egit templi collegiati Herfordienſis, filiique Theodorici filiam Mathildem, quacum poſtea Henricus Auceps ſecundas celebrauit nuptias, ibi educauit.

§. VI.

Mathildis ex Reginberno pepererat *Thietricum* ſeu *Theodoricum, Comitem in regione Saxoniae occidentali.* (g) Alii ſcriptores eum adpellant (h) *Ducem*, *Saxoniae Ducem* (i) *GOBELINVS PERSONA* ipſum vocat *Comitem de Aldenburg*: (k) nec vllus dubito, quin Comites Oldenburgenſes ac Reges Daniae ex hoc Theodorico effloruerint. Qui illum in Comitem Ringelhemenſem conuertunt, loquuntur incomperta et a fide veterum aliena. (l) Reinhilda, ſanguine Danorum ac Friſiorum nobiliſſimo nata, (m) ſuſtulit ac educauit liberos ex Theodorico procreatos non paucos, videlicet *Rupertum*, *Mathildem*, *Frederundam*, *Biam*, et *Amalradam*. Sunt, qui ei etiam adtribuunt *Witichindum* II, *Immadum* I et *Reginbertum*. De hiſce diſtincte paullo poſt dicemus. Reinhildam obiiſſe decimo Maii, ex lacinia necrologii Treuerenſis conſtat.

§. VII.

Incerto iactantur parente Witichindus ſecundus, Immedus, et Reginbertus. Ambiguitas orta eſt ex ancipiti loco Witichindi Corbeienſis, (n) qui ſic habet: *Regina filia, Thiaderici, cuius fratres erant Witichind, Immed, et Reginbert.* Incertum videtur, vtrum fratres fuerint Thiderici, an Mathildis reginae? Abeunt proinde ſcriptores hiſtorici in duas partes. Inter veteres, qui centum annis poſt Witichindum ſcripſerunt, id diſſidium iam verſatur. Probatur mihi ſenſus *ALBERICI*, qui (o) eos habet pro fratribus Theodorici. *ALBERTVS Stadenſis* (p) ambiguitatem Witichindi retinuit, quoniam diiudicare minus poterat, ab vtra parte ſtaret veritas. *SIGEBERTVS Gemblacenſis* Alberico tenet aduerſum. (q) Nuperrime fautor noſter I. G. *ECCARDVS* Alberici partes ſuo conſenſu confirmauit. (r) Auctoritate equidem niti nolim. Suppetit tamen argumentum, ſatis, credo, validum. Cur enim, obſecro, *Rupertus*, frater Mathildis, nunquam tribus iſtis adiungitur? Nonne tres illi vbique coniunguntur? Cur nunquam additus eſt Rupertus, ſi tres illi fuerunt fratres Mathildis? Probabile eſt praeterea, tres illos, ſi exſtitiſſent Mathildis fratres, ac eo vsque vitam prorogaſſent, ab Henrico Rege honoribus fuiſſe ornatos ſummisque rebus adhibitos. Verum quî fit, vt in rebus Henrici tantum occurrat de tribus iſtis fratribus ſilentium? Quare non curo auctoritatem Chro-

(f) Pag. 194. c. l. §. 4. To. I. Leibn.

(g) *AVCTOR* vitae Mathildis c. l. §. 4. p. 194. *A poſteris Witkini Ducis proceſſit ſtirps beatiſſimae Mathildis, cuius pater, nomine Thietricus, in occidentali regione Comes fuerat glorioſus, et venerabilem Reinhildam, Danorum Freſonumque germine procreatam - - ſibimet adiunxerat vxorem. DITMARVS* Annal. L. I. p. 326. *HENRICVS REX per affines legatosque ſuos filiam Theodorici et Reinildae, ex Widikindi Regis tribu exortam, adpellat, vt ſibi ſatisfaceret.* Tribus Widikindi hoc loco eſt eius proſapia et genus. *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 638. *SIGEBERTVS LEVITA* in Vita Theodorici Metenſis p. 295. *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 920. p. 101. b. et ad a. 1104. p. 147. a.

(h) *SIGEBERTVS Levita* l. c.

(i) *ALBERICVS* P. I. Chron. ad a. 92[illegible]. p. 257.

(k) In Cosmodromio p. 248. To. II. Meib. *CHRONICON MAGNVM BELGICVM* p. 80.

(l) *BOTHO* ad a. 921. p. 304. *ECKSTORMIVS* in Chronico Walckenredano p. 306. *LEVCKFELDIVS* in Antiqq. Ringelheim. §. 3. 4. p. 196. ſq. *CHRONICON rhythmicum* c. XI. v. 54. p. 18. To. III. Leibn.

(m) *SIGEBERTVS Leuita* l. c. *AVCTOR vitae Mathildis* l. c.

(n) Annal. L. I. p. 638.

(o) P. I. Chron. ad a. 921. p. 257. *Dux Theodoricus fuit de genere Guiticindi, et habuit tres fratres, Guitecin, Immit et Reginben.* Idem confirmatur ab *AVCTORE* Chronici magni Belgici p. 80.

(p) Ad a. 920. p. 101. b. Ita quoque fecit *MONACHVS Hammerslebienſis* p. 707.

(q) In *Vita Theoderici Epiſcopi Metenſis* c. 1. p. 294. ſq.

(r) *Rerum Francicarum* L. XXXII. §. 316.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Chronici rhythmici, quod Immedum (s) conſtituit Mathildae fratrem. Reginbern (t) victoria, a Danis reportata, illuſtris eſt. Annus mortis latet; Dies fortaſſis eſt notior. (u)

§. VIII.

Theoderici filius, pietate eximius, *RVPERTVS* fuit Archiepiſcopus Treuirenſis, ab anno 921 ad triginta et nouem annos. (x) *GESTA TREVERORVM* (y) de eo ſic tradiderunt: *Rutpertus primus, vt ferunt, Trebirenſem Eccleſiam regno, quod Lotharingium vocatur, adiecit, pro eo, quod ſoror eius Imperatori* (Regi) *in matrimonio iuncta fuit, quum vsque ad eius tempora Francorum regno, quod a Karolo nomen habet, ſubiecta, multis fuiſſet honoribus illuſtrata. Sancto Martino quaedam bona abſtulit Treberi.* *ALBERICVS* (z) quoque Rupertum, Theoderici fuiſſe filium, commemorat. Ruperti ſoror exſtitit *Amalrada*, quae Comiti Hamalandiae Euerhardo nupſit, (†) et ex eo peperit Thidericum Epiſcopum Metenſem (aa) Ducemque Henricum, (bb) ex quo Euerhardus iunior procreatus, a patruo Thiderico optima educatione imbutus, ſed praematura morte exſtinctus et Metis humatus. (cc) Henricus Dux vna cum matre Amalrada videtur Ringelheimenſe conſtruxiſſe coenobium, ſiquidem littera A ſigillo coenobii quondam impreſſa id videtur ſignificaſſe. *Aucupem* certe non denotat, vti mauult *Heineccius*. Nam Henricus ſe nunquam adpellauit *Aucupem*: nec eo cognomine ab aequali ſcriptorum choro (*) adficitur. Nolim tamen coniecturam meam cuiquam obtrudere.

§. IX.

Qui libros hiſtoricorum recentiorum euoluunt, norunt indubie, Sigfridum Marchionem Brandeburgicum et Theodericum, Comitem quemdam Ringelheimenſem, adnecti Mathildae reginae, et in loco fratrem eius haberi. *DITMARVS* meminit *Sigfridi* Comitis Merſeburgenſis, (dd) cuius *legatio*, ſeu hereditas relicta, Geroni Marchioni fuerit tradita, ſuccenſente ideo *Tammone*, Henrici Regis ex Hatheburga filio: Sigfridus hic Erwino, principi Altſtedenſi, et Hatheburgae filiae conſanguinitate iunctus fuerit, neceſſum eſt. Cur enim alioquin Tammo hereditatem adire tentaſſet? D. *Conradus Bertholdus BEHRENS* Sigfridum hunc vocat Comitem Ringelheimenſem, qui ab Henrico Aucupe Comitatum Merſeburgenſem vacuefactum ſuſceperit ac tandem a. 927 Marchio primus Brandeburgicus fuerit renuntiatus. (ee) Alius fuit Sigfridus, vnicus Geronis Marchionis filius, qui in vxorem duxerat *Hathwigam*, Mathildis reginae neptem, et vix ſeptem annis matrimonio illo vſus, mortem matris praeuertit. (ff) Gero pater, filio exſtincto, Romam iuit ſacrisque reliquiis reportatis coenobium, a ſeſe *Gerinrode* dictum, conſtruxit, ac Hathuigam, filii viduam, primam, in eo ſtatuit Abbatiſſam. Olim ſuſpicatus ſum, Hathvigam Sigfridi Comitis Merſeburgenſis fuiſſe filiam. Hoc enim ſi obtinuiſſem, per ſeſe patere videbatur, Sigfridum fuiſſe fratrem Mathildae reginae.

(s) c. XI. v. 56. p. 18.

(t) *SIGEBERTVS LEVITA* in Vita Theoderici Ep. c. I. p. 295. To. I. Leibn. *Reinbern - - erat, qui pugnauit contra Danos, multo tempore Saxoniam vaſtantes, vicitque eos, liberans patriam ab illorum incurſionibus.* Eadem repetit *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1104. p. 147. a.

(u) *EXCERPTA* Necrologii veteris Abbatiae Mollenbecanae p. 140. *Id. Auguſti Thidericus Comes.* - - III. *Id. Iun. Widekindus Comes.*

(x) *AVCTOR* chronici magni Belgici p. 82. To. III. Piſtor. ed. Struv.

(y) Cap. XLIV. p. 61. To. I. Acceſs. Hiſtor. Leibnitii.

(z) P. I. Chron. ad a. 921. p. 257.

(†) Sigebertus Levita in Vita eius c. I. p. 294. ſq. To. I. ſcript. Br. Leibn.

(aa) *ALBERICVS* l. c.

(bb) *DITMARVS* Annal. L. VI. p. 388. *In diebus illis Thiedericus Metenſis Epiſcopus et Dux Henricus frater eius, cum ceteris conſpiratoribus magnam regi et ſuis familiaribus moleſtiam inferens, ſibi ſucceſſoribusque ſuis inexſuperabile detrimentum promeruit.* Conf. L. VII. p. 413.

(cc) Deodericus vocatur *conſobrinus Brunonis* Archiepiſcopi Colonienſis, apud *SIGEBERTVM Levitam* in Vita Theoderici c. III. p. 296. Vnde patet, matres vtriusque fuiſſe ſorores. De Euerhardo Metis defuncto et Theoderici fratruele idem *SIGEBERTVS* c. XVIII. p. 309. 310.

(*) Cognomen Aucupis habet *ANONYMVS SAXO* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 77. To. III. Menck. quia, vt addit, *a Principibus electus et quaeſitus in opido Vinckelere, cum filiis ſuis in occupatione aucupationis eſt inuentus.*

(dd) Annal. L. II. p. 331. *MONACHVS Hamerslebienſis* p. 707. To. I. Leibn. vocat Hatheburgam *Sigfridi materteram.*

(ee) In *hochgemüſsigten Schreiben an einen vornehmen Freund, betreffend Eccardi Genealogicam Hiſtoriam Principum ſuperioris Saxoniae* 1724. 4. Sect. IV. p. 12.

(ff) *DITMARVS Annal.* L. II. p. 434. L. VII. p. 401. *CHRONICA montis ſereni* ad a. 1171. p. 36. *CONRADVS BOTHO* p. 307.

ginae. Verum ea ſententia vix congruit petitioni Tammonis, qui Sigfridi Comitis hereditatem et munia adire tentauit. Sigfridus ſi exſtitiſſet vnquam Marchio, a Detmaro nequaquam vocatus eſſet *Comes*. Scriptores enim titulos potiores, quibus quis immortuus fuit, adhibent, ac nomina dignitatum minora omittunt, praecipue eo ſaeculo, quo adpellationes honorariae nondum cumulabantur. *CHRONICON MONTIS SERENI* Sigfridum quemdam habet, qui fuit frater Geronis, Gerinrodae fundatoris. Verum licet *Gero* adpelletur *Marchio*; Sigfridus tamen vocatur tantum *Comes*. En locum ipſum: (gg) *Temporibus primi Ottonis Imperatoris duo fuerunt fratres GERO Dux et Marchio, et SIFRIDVS Comes Horum ſoror HIDDA dicebatur. Gero filium habuit vnicum Sifridum, qui in iuuentute obiit, de cuius morte pater adeo turbatus eſt, vt Romam petens coram altari B. Petri arma deponeret, impetratoque S. Cyriaci a Pontifice brachio domum rediens, cum omni hereditate ſua ad Chriſtum confugit, conſtruens eccleſiam, quae GERENRODE ex eius nomine dicitur, filiique ſui viduam HEDWIGAM, quam ille annis VII habuerat, a Bernhardo Halberſtadenſi Epiſcopo velatam, eidem monaſterio praefecit, conſummatisque feliciter omnibus XIV Kal. Iulii obiit anno* D CCCC LXV. *Sifridus quoque frater eius in honorem B. Viti conſtruxit eccleſiam, quae GRONINGE dicitur: Hidda vero nupſit Chriſtiano Marchioni, qui genuit ex ea Geronem Colonienſem Archiepiſcopum et Dithmarum Marchionem.* Abbo de Dalem, Praepoſitas olim coenobii illius Groningenſis, ſcripſit Chronicon, cuius particulam conſeruauit *LEVCKFELDIVS*. (ii) In eo dicitur *SIGIFREDVS nobilis Saxo, Dominus in Groningen et Kroppenſted*: vxor adiungitur Sigfredo *IVTTA*, quae pepererit ex ipſo Sigfridum et Iuttam, iuniores: Sigfridus iunior in venatione ex equo proſtratus et interiiſſe dicitur; Iutta vero ſoror eius, auditis domeſticorum ſuſpiriis, in ipſis gradibus cecidit deſcenſura, ac forficem, quam manu tenebat, caſu iſto in pectus altiſſime adegit, vt etiam miſerrime ex iſto vulnere deceſſerit. Vt ſingula accuratius intelligantur, conſultum duxi hanc addere tabulam, ex Chronico montis Sereni, Abbonis fragmento, et Ditmaro confectam:

* * *
N.

- *GERO*, Dux et Marchio, fundator coenobii Gerenrodenſis. † 965. 18. Iun.
  - Sigfridus, vxor Hedewiga, poſtea Abbatiſſa prima Gerenrodenſis, neptis reginae Mathildae.
- *SIGFRIDVS* Comes vxor Iutta
  - Sigfridus iun.
  - Iutta iun.
- *HIDDA* Vx. *Chriſtiani* Marchionis Luſicenſis.
  - Gero Archiep. Colon.
  - *DITHMARVS* Marchio, conditor coenobii Danemarisvelt, quod poſt translatum in Northuringe, vocatur Niemburg vx. *Suanehilda* filia Hermanni C. Luneburg.
    - Gero Marchio.
      - Dithmarus Marchio.
        - Otto, † improlis.

* * *
Erwinus

- Hatheburga, virgo velata, dein nupta Henrico Aucupi.
  - Tancmarus ſeu Tammo *Monach. Hamersleb.* p. 707. To. I. Leibn.
- N. N. ſoror. Maritus N. N.
  - Sigfridus Comes Merſeburg. gener quondam Regis, Ottoni Magno adfinitate iunctus. *VVitichind.* Annal. L. II. p. 643.

* * *
Suanehilda, vx. 1) Dithmari Marchionis 2) Ekkehardi March. Thuring.

- Mathildis vxor Diterici Marchionis Miſn.
  - Dedo Miſn. Marchio.
    - Dedo Comes
  - Thimo Comes Wettin. vx. Ida, filia Ottonis C. de Northeim.
    - Conradus Marchio.

Hede-

(gg) Ad a. 1171. p. 36. ſq.

(ii) In *Antiqq. Groning.* cap. XVI. §. 3. p. 168. ſqq. *VVITICHINDVS* Annal. L. II. p. 643. *Sifridus Saxonum optimus, et a Rege* (Ottone I) *ſecundus, gener quondam Regis, tunc vero affinitate coniunctus, eo tempore* (quum Otto I Rex proclamaretur Aquisgrani) *procurabat Saxoniam, nequa hoſtium interim irruptio accidiſſet, nutriensque iuniorem Henricum ſecum tenuit.* Haec vero ad Sigfridum, Comitem Merſeburgenſem, trahenda ſunt.

Hedewigae parens certe fuit Mathildis reginae ſeu ſoror ſeu frater. In Chronico Quedlinburgenſi ad a. 999, (kk) Adelheidis ac Ottonis II *neptis* vocatur *illuſtris Abbatiſſa Hathwiga.* *DITMARVS* de ea: (ll) *Fuit haec Reginae Mathildis inclita neptis, ac in XIII aetatis ſuae anno Geronis Marchionis filio Sigifrido nupſerat, et cum eo tantum VII annos coniuncta erat. Poſt cuius exceſſum ob domini amorem et triſtis ſolatium Senioris, ſacrum a Bernhardo antiſtite velamentum et mox conſecrationem - - ſuſcepit, ſedens 55 annos.* Reſtat nihil, niſi vt quis *DITMARVM* et *CHRONICON Quedlinburgenſe* in conſenſionem reducat. Si Ditmaro potior eſt habenda fides, induſtriam in eo locare oportet, vt Hatwigae pater materue innoteſcat. Sigfridum, Comitem Merſeburgenſem, Mathildae reginae fuiſſe fratrem, nemo veterum memoriae prodidit. Si ex hereditate ab ipſo relicta, et a Tammone ſeu Tancmaro repetita, coniecturas ducere licet; nil eſt improbabilius, quam Sigfridum, Comitem illum, Mathildis exſtitiſſe fratrem. Praeterea ſententiae ac commemorationi veterum eſt conſentaneum, Marchionem ab Henrico Aucupe, eiusque aetate, Brandeburgo haud fuiſſe praepoſitum. Licet enim Rex ille anno 921 in Slauos ſtrenue inſurgeret et hieme aſperrima Brennaburgum ſeu Brandeburg fame, ferro, ac frigore expugnaret; (mm) Marchionem tamen illi impoſuit nullum. Redariis, qui citra Oderam et Penam inhabitarunt Marchiam Vcranicam, praeerat Bernhardus, Dux bellicus. (nn) Vrbem Miſnam Henricus Rex exſtruxit, et Comiti, fines qui tutaretur, defendendam tradidit. (oo) Gero ipſe, quem Annales Gernrodenſes pro patre Abbatiſſae Hedewigae habent, nunquam fuit Marchio Brandeburgicus. Ipſe enim tenuit Comitatum circa Magdeburgum in (pp) *Bigera*, in pago (qq) *Northuringia*, in *Magdaburgeromarcu*, (rr) et, quod ſuſpicor, ius dixit Regis nomine in caſtro Magdeburgico. Fit eius mentio ad annos 937. 938. 941. 946, ac, ipſo defuncto, Fridericus, frater Epiſcopi Merſeburgenſis Ditmari, praefecturam in oppido Magdaburgi adminiſtrandam ſuſcepit a. 968. (ss) Quicquid igitur de Sigfrido, fratre quodam Mathildae, primoque Marchione Brandeburgico circumfertur, id teſtimoniis recentiorum eſt ſuperſtructum, verbi cauſſa, *ALBERTI CRANTZII*, (tt) *GEORGII FABRICII* (uu) et aliorum, (xx) quos laudat *PFEFFINGERVS.* (yy) *BOTHO* quidem, ab Henrico Aucupe primum Marchionem Brandenburgicum eſſe declaratum, non abnuit; (zz) ſed nomen eius, quippe quod nondum exſtabat, praetermittit. D. *CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS* confidenter perhibet, (†) Sigfridum inde ab anno 927 a priſcis Chronographis et Annaliſtis vocari *Marchionem* ac a. 938 viuendi finem feciſſe. Quam vellem, Chronographos ac Annaliſtas illas excitaſſet! Sunt, qui Theodericum Mathildae addunt fratrem. Sed deſidero ac requiro auctores. Vereor ne pater vel nepos confuſus ſit cum eo, qui nunquam exſtitit.

## §. X.

*Mathildis*, Theodorici filia, Herifordienſi in parthenone apud auiam Mathildam educata, (a) et circa annum 911 ab Henrico Rege in matrimonium adſumta, nuptiis celebratis in palatio regio Walhuſenſi, (b) procreauit Ottonem, Henricum, Brunonem (c) ac filias (*) nonnullas. A marito accepit ad ſolandam viduitatem oppidi Walhuſenſis

(kk) Pag. 285. To. II. Leibn.
(ll) L. II. p. 334.
(mm) *VVITICHINDVS Annal.* L. I. p. 639.
(nn) *IDEM* L. I. p. 639.
(oo) *DITMARVS Annal.* L. I. p. 327.
(pp) *MEIBOMIVS* To. I. *rer. Germ.* p. 741.
(qq) *LEVBERVS* in *Diſquiſitione ſtapulae Saxonicae* §. 1590.
(rr) *LEVBERVS* l. c. §. 1185. *SAGITTARIVS Antiqq. Magdab.* §. 55. p. 1310.
(ss) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 968. p. 177.
(tt) *Vandal.* L. III. c. 16.
(uu) *Orig. Saxonic.* L. II. p. 115.
(xx) *ALBINVS Chron. Misnic.* Tab. VIII. ad a. 928. p. 197. *SPANGENBERGIVS* in *Mansfeldiſcher Chronic.* c. 122. p. 112.
(yy) Part. II. *Vitriarii illuſtrati* p. 628. ſqq.
(zz) In *Chronico picturato*, p. 306.
(†) Loco laudato.
(a) *AVCTOR* Vitae Mathildis c. I. §. 4. p. 194. To. I. Leibn.
(b) *IDEM* l. c. p. 194. 195. *DITMARVS Annal.* L. I. p. 326. *ANNALISTA SAXO* ad a. 911.
(c) *DITMARVS Annal.* L. I. p. 326. *AVCTOR vitae Mathildis* c. II. p. 195.
(*) Gerbergam videlicet et Hathuuinam, de quibus alibi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſis praedia ac reditus, (dd) quibus anno 929 bona adiuncta ſunt ampliora. (ee) Inuidia exacuebantur ea de cauſſa filii, mortuo patre, in poſſeſſiones matris, eamque in terram Angarinenſem ſecedere cogebant. Reſarta tamen paullo poſt coiit gratia. (ff) Obiit ipſa anno 968. (gg) 14 Martii, ſepulta apud S. Seruatium Quedlinburgi.(hh) *Friderun* et *Bia*, ſorores, quibus patuerint fatis, non conſtat.

§. XI.

Immedus a me ſtatuitur pater et filius. Rationem expoſui, quum commentatus ſum de Abbatiſſa *MARGARETA* Pleſſiaca. Vterque tenuit ditionem circa Epiſcopatum Traiectenſem. Oppidum primarium erat *Vplage*, (a) locus commeatu nauium ac vectigalium quaeſtuoſus. (b) Immedus iunior, Comes, gentem ſuam fortiter texit, qui, virtutis et probitatis maiorum ſuorum heres ſtrenuus, Comitatum ſuo tempore in eiusdem prouinciae adminiſtrauit partibus. (c) Vxorem duxit Adelam, Wichmanni II filiam, quae hereditatem parentis ad maritum transtulit, cum beneficiis, quibus Wichmannus ab eccleſia Gandershemenſi ornatus fuerat in Auga et Rittiga, vtpote *Immedeshuſen*, *Hammenſtede*, *Huckelem*, et dominium Pleſſenſe. Genuerunt Thidericum, Meinwercum, Gliſmodam nobili principi Bauariae nuptam, Azelam Eltinenſis parthenonis regalis virginem votiuam. (d) Addere eis fas eſt Emmam et Frederundam, de quibus paullo poſt ſeparatim differere conſtitui. Wichmannum condidiſſe coenobium Eltinenſe, ſupra docuimus. (e) At inde non ſequitur, ipſum fuiſſe Comitem Gelriae ac Zutphaniae e Pontina ſtirpe. (f) Nam deſcendit ex Billungo, patre Ducum Billungicorum. *SCHATENIVS* (g) rectius e Witikindo deducit genus Immedi. De Meinwerco Epiſcopo poëma vetus Abdinghovianum:

*Saxo natus erat, bene relligione cluebat,*
*Vnus primorum conſiſtens nobiliorum,*
*Pollens magnarum dominatu diuitiarum,*
*IMADVSque Comes pater eius et ATTYLA mater.*

In eo bello, quod Otto Magnus contra factionem Ludolfi et Archiepiſcopi Moguntini gerebat, ceciderunt duo principes, Immadus et Meinwercus, ille Moguntiae, hic in expeditione Bauarica. *MEIBOMIVS* praeclare Immadum hunc pro Meinwerci Epiſcopi auo reputat. Obiit igitur Immadus anno 953. Theodericus, paternorum bonorum heres, propagandae familiae deſtinatus; Meinwercus frater Halberſtadii, Hildeshemii cum Henrico ſancto condiſcipulo, alibique pietate ac bonis litteris fuit inſtitutus. Inde rediit Halberſtadium et Canonicae vitae ſeſe addixit. Otto tertius ipſum adſciuit in Capellanum. Geppa, ſeu Gepta et Gerbirga, Abbatiſſa Ganderſemenſis rogatu ſuo ab Imperatore ei obtinuit duos manſos regales in villa Lutterum, pagoque *Ventsga* et Dalchem. (i) Ottone mortuo, eisdem muniis in aula Henrici II Regis functus, maioribus imperii rebus moderandis ſuam accommodauit operam ad octauum vsque regni annum. Ad extremum, Redario Paderbornenſi praeſule patribus ſuis reddito, Epiſcopatui praefectus eſt Paderbornenſi, cui adeo praefuit, vt eccleſiam ſuam inſignibus locupletarit acceſſionibus et omnibus bonis exceſſu ſuo a. 1036 deſiderium ſui reliquerit. Interhaec Adela, decedente Imedo II, nupſerat Balderico, homini diuiti ac potenti, quamuis generis multum imparis. Huius amoribus in transuerſum acta, Theodoricum filium et heredem anno 1014. 7 Idus Apr. Meinwerco apud Imperatorem

(dd) *AVCTOR* idem c. I. p. 195.
(ee) Diploma exhibet *MADERVS* in Antiqq. Brunsuic. p. 102. ſq.
(ff) *AVCTOR* vitae Mathildis c. III. p. 199. ſq.
(gg) *NECROLOIVM FVLDENSE* in Schannati Cod. Probat. Hiſt. Fuld. p. 474. DCCCCLXVIII. *Mathild. Regina II Id. Martii.* *AVCTOR* Vitae Mathildis c. VI. §. 32. p. 208. *Cum pace et requie Mathildis obdormiuit in Domino II Idus Martii Quedlinburgi.*
(hh) *AVCTOR* V. Math. c. VI. §. 33. p. 208. *Sepelierunt corpus in Baſilica S. Seruatii iuxta ſepulchrum Regis Henrici.*
(a) *AVCTOR Vitae Meinwerci* c. XXXIV. p. 540.
(b) *IDEM* c. IV. p. 518.
(c) *IDEM* l. c.
(d) *IDEM* l. c. p. 519. *SCHATENIVS* P. I. *Annal. Paderborn.* ad a. 1009. p. 386.
(e) *DIPLOMA* Ottonis ad a. 997. produxit *SCHATENIVS* l. c. p. 343. ſq.
(f) Sic ſtatuit *GELENIVS* in *Auctar. ad Vitam Engelberti* p. 351.
(g) Loco laudato p. 387.
(i) *DIPLOMA* Ottonis III ibidem p. 390. *AVCTOR Vitae Meinwerci* c. VI. p. 519.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rem inter Italos verſante, e medio perfide ſuſtulit, armatis eo fine ſeruis, qui Comitem inſontem in oppido *Vplage*, munitiſſimo iuxta Eltenam loco, per inſidias interimerent. Anno 1016 Imperator peregit comitia Tremoniae, ad quae Baldericus et Adela vocati caediſque rei facti. Meinwercus accuſauit matrem vehementiſſime. Quae conuicta, quum ſcelus negare non auderet, ream ſeſe fatebatur. Filius, ream parricidii, vrgebat, morte tollendam. Tandem mitigatus a circumſtantibus, integram Caeſari tradidit cauſſam. Hic, auditis ceterorum iudiciis, mulctandam bonis paternis et ea Paderbornenſi eccleſiae inferenda decreuit. Accepit ſimul Meinwercus in patrimonium ſuae eccleſiae villam regiam *Morungam*, ab amne *Moor* ſic dictam, quae nomen dederat pago *Morungavi* ſeu *Morungani*: et curtem *Bernehuſen*, in pago *Liſga* ſitam. Moliebatur Adela fraudes quoque in Meinwercum, auerſura ab eo omne ſuum patrimonium, ex quo decem manſos, in monte Lare iuxta montem Heinberg ſitos, per fraudem donare tentauit coenobio Eltinenſi. Nemine oblata accipere auſo, Meinwercus matrem, fugientem ad *Emme* aquas, adſecutus cepit. Tricas oppoſuit mulier et periuriis teſtium filio nocere coepit. Ipſa enim emporium *Reſe* eccleſiae Colonienſi cathedrali donauit, pacta ſibi in ea locum ſepulturae. Adnuit tandem Meinwercus, ſtudio concordiae imbutus, huic donationi. Hiſce Adela non exſaturata, inſurrexit cum Balderico marito in patrem ſuum Wichmannum et diſcordias fouit armatas. Circumſpexit Wichmannus, mente et aetate melior, pacem eamque reſtitutam celebrauit conuiuio, apud filiam generumque adornato. Verum ſceleratiſſima et ferox mulier parenti miſcuit venenum in poculo, quo hic epoto ſtatim dolorem dolumque ſenſit, et e domo ſeſe proripuit. Cuius conſilia occupauit Adela eumque opera ſerui ſui, inſpectante Balderico, trucidari iuſſit. (k) Vulgata tantae necis fama, aduolauit cum primis Thidericus Mimigardevurdenſis Epiſcopus, matertera *ipſius* genitus, et corpus occiſi multo cum luctu ad oppidum *Vrechem*, fortaſſis *Vredenam*, deportandum ac honorifice mandandum terrae curauit. Supplicium ſaepius in ſeſe contraxerat Adela. Sed proceres regni, venerantes genus Wichmannorum, poenam toties promeritam expromi in eam noluerunt. Baldericus et Adela alio quoque crimine ſeſe commacularunt. Nam duos nobiles ab Imperatore miſſos per inſidias peremerunt. Ea propter vterque coniugum legibus publicis damnatus eſt ac proſcriptus. *BERNHARDVS*, Dux Saxoniae, paullo ante, vlturus Wigmanni necem, Vplagen, vrbem Balderici permunitam, obſedit et ad deditionem compulit: quam Imperator, exeunte anno a Polonis deuictis reuerſus, funditus euerti ſoloque aequari iuſſit. Baldericus cum Bernhardo reconciliatus eſt, ſi Ditmaro credimus. Sin *Auctori Vitae Meinwerci* maiorem habemus fidem, maleficus ille, vagus et profugus, ſtipe oſtiatim collecta vitam tolerauit. Adela Coloniam ſe recepit et e manu Heriberti Archiepiſcopi ac e Tuitienſi coenobio victum impetrauit quotidianum. Quum morte deceſſiſſet, ad fores aedis cathedralis Colonienſis ſepulta eſt; poſt cuius exſequias tanta inhorruit tempeſtas, vt vrbis timeretur ruina. quare cadauer effoſſum atque ad iram coeli mitigandam in Renum eſt proiectum, vt Deo daret ab exceſſu poenas, quae toties ſupplicium capitale commeritum effugerat. (l) Meinwercus deinde permutauit nonnulla bona cum eccleſia Ganderſemenſi, et beneficia, Wichmannis data, ſuae adtribuit eccleſiae.

## §. XII.

*AVCTOR* vitae Meinwerci praetermiſit *Emmam* ac *Frederundam*, nec non ſororem illam, vnde *Immedus*, qui poſthaec Epiſcopus euaſit Paderbornenſis, genitus fuit. Immedus certe *ſororius* Meinwerci ab eodem Auctore (m) adpellatur, quod nonnulli ſic acceperunt, quaſi filius Emmae (n) fuerit. Verum Emma, nupta Ludero Comiti Billungico et anno 1042, Kalendis Decembr. defuncta, fuit omnino effoeta et ſterilis. (o) Imma

(k) *CRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1016. p. 229. ſq. *VVigmannus Comes Occidentalis Saxoniae, ſpe inter ſe et Baldericum Comitem reconciliatae pacis, perſuadente callida, perfida, et auara coniuge eiusdem, inſidiis peſſimorum in itinere doloſe interemptus occubuit.* *DITMARVS* Annal. L. VII. p. 411. ſqq.

(l) *AVCTOR Vitae Meinwerci* L. XXXVII. p. 541. ſqq. *SCHATENIVS* l. c. ad a. 1016. p. 420. ſq.

(m) Cap. LII. p. 546.

(n) *SCHATENIVS* P. I. Annal. Paderborn. ad a. 1009. p. 388. qui eam ſententiam *GELENIO* tribuit.

(o) *VVOLTERVS* in Chronico Bremenſi p. 34. To. II. Meibom. Supra Diſſ. II. ſeu Part. III. §. XIV. p. 214. ſq. (ccc) Diem obitus indicat *NECROLOGIVM* Mollenbec. p. 141. apud *SCHANNATVM* in Vindem. Litter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Imma cum ſorore Frederunda conſtruxit, adiuuante Comite Gerone, monaſterium Kemnadenſe prope Bodenwerderam, in pago *Tilithi.* (p) Henricus III anno 1039 fundationem confirmauit. Frederunda nupſerat olim Hartwigo, Comiti (q) Palatino, quo defuncto, Bothonem adhuc enixa, velum ſuſcepit ſacrum ac Abbatiſſa Kemnadenſis eſt renuntiata. *Botho* videtur condidiſſe vel ampliaſſe Bodenwerderam, oppidulum Viſurgi adiacens. *PAVLLINVS* diploma quoddam huius Frederundae produxit. A Gerone dicitur *Gerenrode*, quem pagum filia Geronis Thidelino Walmodio, cui nupta fuerat, hereditatis loco adtulit, ſi fides eſt *chartario* antiquo Walmodienſi.

§. XIII.

Iuuat adiungere compendium ac indicem fabularum, quae Witikindo et eius familiae adfinguntur. Quae ad erroris demonſtrationem faciunt, ex eis, quae modo adlata ſunt, abunde conſtant.

1. Witikindus fuit Rex Saxoniae.
2. Witikindus in ſcuto geſſit equum nigrum.
3. Witikindi pater fuit Wernekinus.
4. Witikindus genuit duos Wigbertos.
5. Witikindus baptizatus fuit in Germania.
6. Witikindus per miraculum et ſignum angeli, iuxta ſacram coenam viſi, ad chriſtianam religionem adductus eſt.
7. Witikindus fuit primus XII Ducum Saxoniae.
8. Witikindus fundauit Epiſcopatum Mindenſem.
9. Witikindus a Carolo Magno Dux Saxoniae fuit renuntiatus.
10. Witikindus longum honorum titulum nomini ſuo adſcripſit.
11. Witikindus eſt auctor proſapiae maſculae Electorum Saxoniae.
12. A Witikindo deſcendit genus Ducum Sabaudiae.
13. A Witikindo deſcendit per mares Ludolfus Dux Saxoniae orientalis.
14. Witikindus belligerauit cum Domino Alemanniae.
15. Inſcriptio monumenti Witikindei ſepulto eſt aetate aequalis.
16. Bruno fuit Walberti frater.
17. Sigfridus fuit Marchio primus Brandeburgi, Comes Ringelheimenſis, et frater Mathildis reginae.
18. *Immedeshuſen*, beneficium Paderbornenſe, quod generoſi Steinbergii tenet, adpellationem traxit ex alterutro Immedo. Nomen enim id iam ſaeculo IX occurrit.
19. Immedus Epiſcopus Paderbornenſis fuit filius Luden Comitis ex Emma.
20. Azela fuit Giſela, mater Henrici II Imperatoris. Senſit ita Gelenius. Giſela Henrici II mater fuit filia Conradi Regis Burgundiae Iuranae.
21. Mathildis regina fundauit coenobium Ringelheimenſe.
22. Vnde conuincimur, quaeſo, ſolide, Immedi II fratrem fuiſſe *Volcwartum* et ſororem *Emmiholdem*, primam Abbatiſſam Ringelheimenſem? *MEIBOMIVS* ita ſtatuit in *Notis ad Annales Witichindi* p. 681. To. I. *rer. Germ.* Idem p. 682. Vnwanum, Epiſcopum Hamburgenſem, ſed gradu incerto, ex Immedingis quoque deducit.

SECTIO

(p) Diploma Henrici III apud eumdem *SCHATENIVM* ad a. 1039. L. VI. Annal. p. 519.

(q) *ALBERTVS* Stadenſis ad a. 1104. quo *BOTO* Comes, cognomento Fortis obiit, Erbonis pertexit genealogiam, et tandem p. 147. a. ſubiicit: *De* (tribu Immedingorum egregia) *Friderun, Erbonis et Botonis mater - - procreatur, quae poſt mortem Hartwigi ſtatim viduitatis velamine conſecrata, adhuc Erbone paruulo, Botone impraegnata poſthumo.*

# SECTIO VI.

complectens

*CLIENTES* fiduciarios ſeu *VASALLOS* potiores, ad ordinem alphabeti. Sigillum ſtellae eſt eis praefixum familiis, quae adhuc ab eccleſia Ganderſemenſi tenent feuda.

ALTEN. Viri generoſiſſimi, ab *Alten* cognominati, diu iam floruerunt per terras Luneburgicas. Saeculo decimo quarto *Curtius* feuda Ganderſemenſia reſignauit. Inter legendum mihi occurrerunt: *Volmarus*, qui anno 1353 exſtitit Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis. *Curtius* a. 1355 interfuit diuiſioni provinciarum, quam Ludovicus, Magni filius, et Wilhelmus, Duces Brunsuicenſes, inuicem inierunt. *Dite-ricus* a. 1484 teſtis eſt in Diplomate Henrici iunioris. *Brunonem* anno 1517 Praepoſitum fuiſſe Medingae, memoriae proditum video. *Conradus* et *Martinus* ad annum 1439 ſunt obuii. *Didericus* ad a. 1475 in Pfeffingeri iunioris *Hiſtoria Brunsuic.* P. II. p. 985. Inſigne exhibetur in Tab. XXX. fig. 2.

AMPELEVE. Locus, haud procul Brunsuico ſitus, occurrit ſaepius in donationis tabula, quam Henricus Longus eccleſiae S. Cyriaci dedit. *Fridericus* de *Ampeleve*, a. 1269 obuius, in Denctemarcu feuda tenuit Ganderſemenſia. Caſtrum Ampeleve anno 1425 eſſe deſtructum, teſtantur *Chronica S. Aegidii* p. 595.

ANGERSTEIN. Nomen id eſt pago, infra caſtelli *Pleſſe* ruinas iuxta Gottingam ſito. Nobiles viri, inde dicti, agros inibi nonnullos et aduocatiam, ab eccleſia Ganderſemenſi pendentem ea aetate, tenuerunt. Advocatiam Domini Pleſſenſes eam obtinuerunt ab eccleſia Gandershemenſi ſaeculo XIII ac illam per ſubinfeudationem Angerſteiniis commiſerunt. Ex horum numero fuerunt *Crachta* a. 1241, et *Henricus*, qui ad annum 1385 Helmoldi, Baronis Pleſſenſis, fuit aduocatus, vendiditque Abbati Mariaeſteinenſi tres manſos, vt hic ipſe ex eis cenſum annuum daret eccleſiae Ganderſemenſi.

* *ASSEBVRG.* Caſtrum olim prope Guelferbitum ad ſiluam, quae *Aſſe* vocatur. Fuit id conditum in patrimonio eccleſiae Gandershemenſis, ſi litteris Honorii Papae bullatis credimus. Comites ab Aſſeburg dictos, ſupra delineatos, carptim enarraui. In praeſens ad propiora eſt deſcendendum. Annos addidi tabulae ex fide diplomatum et litterarum feudalium. En tabulas nonnullas:

## TABVLA I.

Ecbertus Comes, ſaeculo XII.

Burchardus. C. | Guncelinus, de Hagen, 1164. | Alii.

Ecbertus C. 1172. | Ecbertus 1258.

Ecbertus C. 1307. 1386.

Burchardus

*Burchardus* in Wanzleben, 1360. | Burchardus iun. | Curtius in Wanzleben 1400.

BUSSO longus. 1440. | Bernhard | Curtius. vide tab. II. | Buſſo

Walbertus | Iacob. Lucke. Hans.

Bernhardus dives 1497.

TAB. II.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# TABULA II.

- Curtius
  - Curtius, † 1473.
    - Curtius legatur ab Alberto Archiep. 1520. Romam.
    - Ludovicus † 1515.
      - Iohannes 1548.
        - Auguſtus. 1568. 77. 88. 97. in *Falckenſtein.*
          - Iohan.
          - Buſſo 1614. 1639.
            - Auguſtus. 1651.
            - Erneſtus Ludolfus 1651. in Peſeken-dorf.
            - Ludovicus in Neindorf. 1651.
              - Hieronymus Auguſtus in Neindorf et Peſekendorf. Can. Halberſtad. 1681. 99.
                - Ludouicus Iohannes 1726.
                - Buſſo 1726.
            - Ioh. Bernh. Can. Halberſt. in Falckenſtein 1651. 1670.
              - Hans Henricus.
                - Iohannes Ludovicus 1699. 1726.
              - Eraſmus Auguſtus 1699. 1726.
            - Buſſo 1651.
        - Ludovicus. 1568. 88. 97. 1614. in *Schermke*, *Hindenburg* et *Walhuſen* tab. 3.
        - Aſwinus. 1568. in *Anfurt* et *Egenſted* tab. 4.
        - Iohannes Erneſtus. 1568. 88. 97. † 1612. in *Peyer*, *Naumburg*, et *Peskendorf.*
          - Iohannes Didericus
          - Georg Aſwin.
          - Ernſt Ludewig
          - Iohan Gebhard 1614. 1639.
            - Erneſtus Georgius.
            - Ludovicus Auguſtus † 1631.
          - Achatius 1614. 1639.
    - Iacobus
  - Bernhardus, conſiliarius Archiepiſcopi Magdeb.
    - Conradus, Mon. Huyſeberg.
    - Henricus 1568.
      - Bernhardus
        - Henricus dives 1568. † 1573.
    - Hans.
    - Iacob.
      - Iacob.
  - Buſſo in Neiendorf
    - Werner. 1497.
    - Ludovicus 1497.
    - Henricus 1497.
    - Bernhardus 1497.
      - Bernhardus 1548.
    - Fridericus 1497.
    - Hans 1497.

# TABULA III.

- Ludouicus
  - Henricus Can. Magdeb.
  - Curtius Can. Halberſt.
  - Iohannes 1639. 1651.
    - Ludevicus.
      - Fridericus Ludovicus
      - Iohannes
        - Auguſtus Adolfus 1699.
    - Achatius.
      - Iohannes
      - Alii.
  - Ludovicus 1639. 1651. in Hindenburg.
    - Conſtantinus 1680.
      - Mauritius Franciſcus Adamus 1699.
      - Erneſtus Conſtantinus 1699.
        - Wilhelmus Antonius 1726.
        - Fridericus Arnoldus 1726.
      - Ignatius Antonius Fridericus 1699.
    - Fridericus in Hindenburg
    - Burchardus † ante 1680
      - Hermannus Ludovicus 1680. 1699.
        - Ioſephus Ludovicus 1726.
        - Georg Hermannus 1726.
        - Fridericus Ferdinandus 1726.
        - Mauritius 1726.
  - Bernhardus 1639. 1651. in Walhauſen



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Tabula IV.

Aſwinus.

Iohannes Chriſtophorus in Anfurt et Egenſtede. 1588. 1614. 1639. 1651.

- Iohannes Auguſtus.
  - Chriſtianus Chriſtophorus
    - Georgius Fridericus 1680. 1699.
      - Werner.
      - Carolus Iohannes.
      - Fridericus Chriſtianus.
    - Iohannes Chriſtianus 1680. 99.
  - Fridericus Aſwinus 1680. 1699.
    - Auguſtus Fridericus 1726.
    - Chriſtophorus Werner Can. Magd. 1726.
    - Henricus Carolus Can. Magd. 1726.
  - Henricus Burchardus 1680.
    - Mauritius Wilhelmus Can. Magd. 1726.
    - Buſſo Ludovicus Can. Magdeb. 1726.
    - Iohannes Frid. Can. Magd. 1726.
    - Iohannes Can. Magd. 1726.
- Reliqui

Quantum ad praedia fiduciaria adtinet, nonnulla videntur eſſe porro adiungenda. Buſſo longus a. 1440 infeudatus eſt ab Abbatiſſa Eliſabetha pago *Neindorpe*, ſito ad Guelferbitum infra montem *Oſele*, aduocatia et iudicio ibidem capitali, XIV manſis curiisque: decima per campos ad *Aſſeburg* et *Sotmer*: ibidem 14 manſis totidemque curiis: dimidia decima ad *Semenſtede*: decima per agros ad Dencte minus, vnaque curia: 5 manſis ad Dencte maius: integro monte Ozele ſeu Oſele. Nobiles de Löhneiſen nonnulla poſthaec feuda (*) obtinuerunt Aſſeburgica, quae memorabimus ſub voce *Lohneiſen*. Ius exſpectativae in haec feuda Aſſeburgica et Lohneiſenia anno 1728 ſibi comparauit Vrbanus Ditericus de Ludeke, conſiliarius ex intimis primus Ducum Sereniſſimorum Brunſuicenſium. Cauſſam inuenies enarratam in *hiſtoria* mea *anecdota*, quae, me defuncto, demum prodibit. *Buſſo de Aſſeburg* iam anno 1360 ab Abbatiſſa Liutgarda ſuſcepit bona nexu clientelari. Ad annum 1415 *Buſſo* ab Agneſa nexum eumdem inſtauratum adiit. Inſigne gentilitium habes in Tab. XXX. fig. 1.

*AVLICA*, nunc *Elze*. Locus eſt ad Leinam ſitus infra Gronauiam ad quartum lapidem. Perhibent, in eo loco ortam eſſe Epiſcopen Hildeshemenſem. Videatur *fundatio quarumdam Saxoniae eccleſiarum* To. I. Leibn. p. 260. nec non *Catalogus Epiſcoporum Hildeshemenſium*, ibidem p. 772. et *Chronicon Epiſcoporum Hildeshemenſium* p. 784. To. II. Leibn. Fuſius haec commemorantur in membranaceo codice bibliothecae S. Godehardi Hildeshemenſis, vnde Ioannes Leznerus caput primum, ſecundumque ac initium quarti, in Chronicon ſuum Hildeshemenſe manuſcriptum tranſtulit. Nobiles, ab Aulica dicti, tenuerunt praedia nonnulla in Empnegawi, nominatim in Bantenem et Dedenſen. Occurrunt *Bernhardus* ad a. 1142. *Sifridus* ad a. 1246. *Godeſchalcus* ad a. 1295. *Henricus* 1314 et *Bodo* 1295 memorantur, fratres, qui decimam in Hebenhuſen tenuerunt.

*BALLENHVSEN*. Locus in pago Erichgawi penes Thuringos. *Eckhardus*, *Hugo*, *Bertoldus*, fratres et *Widekindus* nepos a. 1273 ab Abbatiſſa tenuerunt feuda Tenſtadienſia.

*BANZLEVE*. *Curtius* pater et filius, inde dicti, a. 1415 infeudati fuerunt $1\frac{1}{2}$ manſo prope *Apellerſtede* ſito. Hi fortaſſis inter Aſſeburgios ſunt obii.

*BARDELEBEN* ſeu *Barleve*. *Gerbertus* 1264. *Ludolfus* a. 1575 a Minnigerodiis mutuas ſumſit pecunias. Ante eum *Ludolfus* et *Cuno*, fratres, a. 1554 habitarunt Gibelhuſae in Aichsfeldia. Feuda eorum tranſlata ſunt in Minnigerodios. Inſignia Barlebiorum habes in Tab. XXX. fig. 16.

*BARTENSLEBEN*, olim *Bartunlep*. Locus Helmſtadium inter et Magdeburgum, quem nunc tenent Velthemii, inde dicti. Ex Bartenslebiis prognati ſunt Comites Swerinenſes. *Hildebrandus* a. 1257. *Chriſtophorus* a. 1642 Abbas S. Michaëlis Luneburgi. Olim floruerunt *Herbertus* a. 1212. et *Guntherus* a. 1353 Canonicus maioris eccleſiae Hildesheimenſis.

*BARVN.*

(*) Anno 1607 Ludovicus de Aſſeburg tradidit Georgio Engelhardo de Lohneiſen, ex conſenſu Abbatiſſae et Capituli, et per mandatarios duos, vnum de Walmode, alterum de Berkeveld, pagum Neiendorpe.

*BARVN.* Pagus prope Guelferbitum in Epiſcopatu Hildeshemenſi. *Sigfridus* a. 1232 fuit Canonicus et Archidiaconus Hildeshemenſis. Praeterea in litteris noſtris obuii ſunt *Arnoldus* a. 1148. *Theodoricus* 1259. Vide p. 192. *Vlricus* a. 1290. *Iohannes* a. 1305. 1310. et *Herzo* a. 1317. Feuda ipſi tenuerunt in Immendorp, et Tide, ac Hedewichsburg, olim Kiſſenbrugge.

* *BENNISSEN.* Locus prope Pattenſen vrbem in Ducatu Calenbergico. *Iohannes de Benniſſen* a. 1588 in feudum ſuſcepit XI manſos, in campis Empnenſibus iuxta Gronauiam poſitus, vnam villam in Eizen nec non tres manſos a decimis immunes cum caſis quatuor ibidem et ouium paſtione. In haec ſinguli, a Benniſſen dicti, ſucceſſerunt. Peculiariter autem Iohannes Levinus a. 1676 ius patronatus eccleſiae Bantenenſis ſibi ſuisque poſteris maſculis adquiſiuit. Quae de progenie eorum ad manus ſunt, ſic habent:

- Iohannes 1588. 89.
  - Iohannes Levinus 1619. 28. 31.
    - Levinus Iaſpar 1645. 76. 8.
      - Curt 1694.
        - Frid. Edmund 1727.
        - Iobſt Chriſtoph. 1727.
      - Plato 1704.
      - Gerhardꝰ Ludolfus 1694. 1704. 27.
        - Fridericus Ludeuicus 1727.
    - Erasmus Ditericus 1645. 76.
      - Levinus Adolfus 94.
      - Fridericus Hermannꝰ 94. 1704. 1721.
      - Iobſt Henricus 1694. 1704.
  - Iacobus 1619.
    - Ioh. Levinus 1628. 65. 45. 82. 1704
      - Wolf Ericus conſiliarius Saxonici Electoris 1727.
    - Betmannꝰ Franciſcus 1628. 45. 1704.
  - Erasmus. 1619. 28. 45. 65.
  - Gerhardus Ludouicus 1619.
  - Franciſcus Ericus 1619. 28. 45. 65.

Inter hoſce eminuerunt *Erasmus*, Senior quippe Canonicorum primarii templi Magdeburgenſis, Praeſes Electoralis per Ducatum Citicenſem, et Decanus Numburgenſis: *Iohannes Levinus*, qui a. 1704 fuit Senior Canonicorum aedis cathedralis Halberſtadenſis: et *Wolfgangus Ericus*, conſiliarius Electoris Saxoniae et ſupremus iudex in aulico iudicio, quod Wittebergae viget. Inſigne commune praeſto eſt in Tab. XXX. fig. 13.

BENZINGEROD. Locus ille nunc dicitur *Marienrode*, antea *Bakenrode*, et nunc domicilium Monachis Pontificiis praebet Ciſtercienſibus. Situs eſt locus prope Hildeshemium, ac ditioni Ducum Brunsuicenſium ſubiacet. Hiſtoriam loci addiſcere licet ex *Berntenii Chronico Marienrodenſi*, edito To. II. Leibn. Peregrinationes ſacrae ad coenobium inſtituuntur feſto Cosmae et Damiani die. Antiquiſſima aetate ibi habitabant nobiles, dicti de *Nouali*, de *Rode*, *Betzigerode*, *Betzingerode*, *Bentzingerode*. *Fridericus* a. 1188. tenuit ius patronatus in Diaconatum Bokenemenſem ab Abbatiſſa. Alius locus, Bentzigerode dictus, videtur haud procul Quedlinburgo abfuiſſe. *Conradus* a. 1299. et *Henricus* a. 1309 feuda tenuerunt Ganderſemenſia. Vide diploma, ſupra adlatum, p. 798. ſq. ad annum 1309. Inſignia gentilitia dedi in Tab. XXX. fig. 12.

*BERGE.* *Didericus de Berge* a. 1492. 1507. 1514. renouauit nexum feudalem reſpectu bonorum, ad Erich in Thuringia ſitorum. *Ditericus* a. 1615 bonorum illorum vſumfructum reſignauit, traditum generoſiſſimis viris, quibus a Dotleben adhaeſit cognomen. Inſigne habes in Tab. XXX. fig. 14.

* *BERKEVELTE* ſeu *Barckefelde*. Situm loci ignoro. Nobiles viri, inde dicti, vetuſtate et gloria generis florent. Progenies duas noto: altera domicilium tenebat in Rittigerode, exſtincta ineunte hoc ſaeculo; altera ſedet in pago Höre prope Oſterodam. Vtraque feudis, ſed ſeparatis, gauiſa eſt Gandershemenſibus. Linea Rittigerodana tenuit ius parochiale Rittigerodenſis eccleſiae, 5 manſos et 2 caſas in *Schleveke*, octo iugera a decimis immunia ad pagum *Werder* infra caſtrum Woldenberg. Anno 1709 30 Apr. *Iodocus Rudolfus*, tribunus ſecundarius militum, vltimus ſuae ſtirpis, obiit. Soror *Anna Vrſula* eſt virgo ſacra in coenobio Berſinghuſen. *Anna Sabina*, ſororum altera, ſeſe in Aichsfeldia tenere conſueuit. Obuii ſunt (a) ad a. 1256 *Henricus*. *Iordanus* a. 1295 cum

(a) In tabula genealogica ſubiecta Otto et Iodocus fortaſſis ſunt bis poſiti per errorem. Iodoci filius Henricus non primo, ſed quinto, loco eſt ponendus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum vxore *Sophia* et Friderico Mutzeval monaſterio Lamſpringenſi $3\frac{1}{2}$ manſos, ſitos ad Hebenhuſen, donauit. *Theodericus* a. 1303. *Andreas* a. 1306. *Philippus* a. 1389. p. 851. *Widekindus* a. 1356. *Pyl* a. 1317. *Otto* et frater *Franciſcus* a. 1549 feudalem innouarunt nexum. Hi obtinent ex nexu feudali $2\frac{1}{2}$ manſos ad *Ruden*, 3 ſitos ad Hollenſtede.

*

*Otto* 1549. — Franciſcus

Otto 1572. 88. — Ericus 1588. — Pyl 88. — Georgius 88. — Iodocus 88. 1613.

Otto 1613. 28. — Iodocus 1613. 28. — Henricus 1640. — Philo 28. — Iodocus Rudolf 1628 1640 — Otto Georg 28. — Iohannes Sigiſmundus — Anna Maria.

Iodocus Henricus. 40. — Chriſtophorus Wilhelmus — Iodocus Aſcanius — Iodocus Rudolf 1710

Inſignia habes eorum in Tab. XXX. fig. 17.

*BERLE*. Inde dicti ſunt *Gerhardus* ad annos 1317. 1335. *Fridericus* a. 1360. Confer ſupra p. 851. *Iohannes* a. 1382. Inſigne habes in Tab. XXX. fig. 3.

*BERNINGERODE*. Nobiles, inde dicti, circa Poppenburgum et Gronauiam fundos tenuerunt. Ex eorum ſunt numero *Wernerus* a. 1180. *Sigfridus* 1220. *Vlricus*, *Conradus* et *Sifridus* 1227. et *Lippoldus*, fratres, a. 1345 bona, ad Eberholzen ſita, poſſederunt lege feudali ab eccleſia Ganderſemenſi, e quibus decem *kohtwordos*, conſentiente Iutta Abbatiſſa, Sigfrido de Bock militi eiusque vxori Cunegundae oppignerarunt anno demonſtrato. *Lippoldus* a. 1360 fuit infeudatus.

*BERVELTE*, nunc *Barvel*, iuxta Gronaviam et Leinam. *Henricus de Bervelte* a. 1360 exſtitit in numero clientum eccleſiae Ganderſemenſis. Ex eadem gente effloruit *Hartbertus*, aedis cathedralis Hildeshemenſis Praepoſitus, et ab anno 1194 ad annum 1208 Epiſcopus, qui lite cecidit, quam Mathildi Abbatiſſae ob exemtionis cauſſam infringendam mouerat in curia Romana.

*BILDERLA*, Villa olim regia, et antea caſtrum. In Diplomatibus ſaeculi X vocatur *Patheleche*, *Badelekke*. Nunc eſt ſedes praefecturae Epiſcopatus Hildeshemenſis, aequali interuallo Gandeſiam inter et Seſam. Praefecturae quondam ſedes erat Woldenſtein vsque ad annum 1523. A *Bilderla* quondam adpellationem traxerunt miniſteriales. *Ecbertus* fuit eccleſiae Ganderſemenſis vaſallus; *Gerhardus* autem Canonicus anno 1314.

*BIVENDE*. Locus ad Guelferbitum in Denctemarcu haud procul Aſſeburgo. *Woltherus* a. 1295. inde cognomen tenuit. *Helmoldus* et *Gunzelinus* fratres 1259. Vide ſupra p. 192.

*BLANKENBVRG*. Locus eſt ad Herciniam prope Wernigerodam et Halberſtadium. De Comitibus Blankenburgicis ſupra dictum eſt. Exſtiterunt praeterea nobiles viri, dicti de Blankenburg. Sed et de iis loco laudato §. 2. diſſerui.

*BLIDSTORP*, *Bliderſtorp*, pagus prope Sondershuſam in Thuringia, et nominatim in pago *Winidon*, a quo Vnſtruta fluuius quondam conſimile traxit nomen. Miniſteriales, ex Blidſtorp dicti, iam ab anno 877 obnoxii fuerunt eccleſiae Ganderſemenſi. Nominatim ad annum 1260 occurrit *Albertus de Blidſtorp*.

*BOBENTE*, *Bovente*. Locus prope Gottingam ſub ruinis caſtri Pleſſe. Domini nobiles de Pleſſe eum tenuerunt. Eis exſtinctis, poſſeſſionem adripuit Haſſiae Landgravius. Miniſteriales nonnulli, inde adpellati, Ganderſemenſia bona tenuerunt in Parnſen, Liudingehuſen, alibique. Inter legendum ſeſe mihi obtulerunt *Guntherus calvus* a. 1241. et *Otto* 1295. *Guntherus* ille anno 1241 3 Kal. Maii teſtatus eſt ſcripto publico, Erneſtum militem de *Waldenhuſen* 4 manſos, ſitos in Ammenhuſen, quos ab ipſo tenuerat loco feudi, reſignaſſe, et ipſum eos coenobio Lamſpringenſi tradidiſſe. Inſigne gentilitium dedi in Tab. XXX. fig. 5.

**BOC*, *Bock*, *Aries*. Inſigne et cognomen virorum, quibus a certo domicilio denominatio non fuit indita. Bockii alii dicti ſunt *de Poppenburg*; alii *de Wulfingen*. Poſteriores circa Gronauiam compararunt ſibi quondam bona, et in hanc aetatem vsque florent. Bockii *de Northolte* vocantur alias de *Bokel*, praecipue ante finem ſaeculi decimi quinti. Poſtremos hoſce ſeparatim enumerabo. Bockii iam celebritatem nominis opesque tenuerunt aeuo Henrici Leonis. In primis in diplomatibus deprehendi eos, quos heic cum lectore communicabo. *Hermannus* 1248. *Albertus* 1264. 1267. *Albertus* et

Her-

*Hermannus* 1283. *Arnoldus* 1285. *Iohannes Bock*, aduocatus Woldenbergenſis 1279. *Albertus* 1294. 1308. *Erneſtus* 1309. *Baſilius* 1336. *Iohannes* 1343. *Sigfridus* 1345 quem ab antiſtite eccleſiae Ganderſemenſis feuda a. 1360 recognouiſſe, ſupra demonſtraui p. 851. *Conradus* fuit circa a. 1353 Canonicus Hildeſienſis *Ditericus*, praefectus Steuerwaldenſis, a. 1460 a Diterico de Linde 100 florenos mutuatus eſt. *Timannus* a. 1449 ab Eliſabetha Abbatiſſa in feudum ſumſit decimam per agros pagi Dotzem, nec non duos manſos ibidem, praeterea duos manſos in campo Empnenſi. Idem renouauit eumdem nexum a. 1492. Vide ſupra p. 948. *Bertoldus* a. 1432. *Bertoldus* et *Curtius* fratres a. 1513. Magdalena de Clum infeudauit a. 1547 *Wulbrandum* de *Bock*, cognominatum de Wulfingen, cum agnatis *Conrado*, *Henrico et Timmone* fratribus, 2 villis in Dedenſen, 9 manſis iuxta eumdem pagum ſitis, 9 kohtwordis, decima per agros ibi ſingulos, ouiumque paſtione, ſilua Brand e regione Bruggemi ſita cum aduocatia et iudiciis, 2 manſis et 11 caſis in pago Eberholzen, ſiluae parte, nec non vno manſo et 2½ caſis in Bruggem, decimis ad Dotzen, 2 manſis ibidem ſitis, 2 manſis ad Heinſe ſeu Hönze, 4 manſis in Levede infra Libenburgum, 2 manſis ad Esbeke, monte Hüttenberg, aliisque adnexis bonis. Anno 1575 M. Iobſt de Walhauſen, Cancellarius et adminiſter ſitos inuolauit, quos a Bockiis loco pignoris tenebat Henricus Iacobi, antea Canonicus Ganderſemenſis, gograuius Abbatiſſae in Hemmendorpe. Quare Abbatiſſa Magdalena edixit, vt Wulbrandus aut vindicet ſibi aut ipſi reſignet feudum. Anno 1548 infeudati ſunt *Ordenbergius* Bock, Timanni filius, ac *Wulbrandus Bruno*, Conradi filius, et *Conradus*, Bertoldi filius. A. 1579 *Wulbrandus*, demortuus a. 1583 anno aetatis 83. *Curtius* filius ei ſucceſſit. A. 1591 *Iodocus Bruno*, loco fratris Curtii infeudatus. *Curtius* a. 1613 pro ſe et agnato *Wulbrando Georgio* feuda ſuſcepit: A. 1628 *Wulbrandus Georgius* et *Iohannes* agnatus. A. 1651 *Wulbrandus Georgius* filiusque Canonicus Magdeburgenſis: A. 1655 *Ludolfus Wulbrandus* agnatusque *Sigismundus Levinus*, Wulbrandi Georgii filius: Anno 1680 *Wulbrandus Erneſtus* fratresque *Iohannes Georgius*, *Ludolfus Hermannus*, *Iodocus Sigismundus*, porro *Levinus Adamus* ac *Georgius Wilhelmus* Sigismundi Levini filii, agnatusque *Iohannes Hermannus*, filius Ludolfi Wulbrandi. Anno 1694 *Wulbrandus Erneſtus* et frater Iodocus Sigismundus, Levinus Adamus et Georgius Wilhelmus, filii Sigismundi Levini et agnatus Auguſtus Ferdinandus, filius Ludolfi Hermanni, ni fallor, nec non *Ludolfus Ericus*, *Ditericus Albertus*, *Iodocus Gabriel*, *Auguſtus Philippus et Hartwicus*, filii Iohannis Hermanni: Anno 1715 *Wulbrandus Erneſtus* fratresque eius *Georgius Wilhelmus*, filius Sigismundi Levini, ac porro *Auguſtus Ferdinandus*, filius Ludolfi Hermanni, item Iohannis Hermanni filii *Ludolfus Ericus*, *Ditericus Albertus*, *Iodocus Gabriel* et *Auguſtus Philippus*: Anno 1732 *Philippus Auguſtus* et Sophia Charlotta de Bremern tutrix, feudalem nexum inſtaurarunt. Bockiorum inſignia exhibui in Tab. XXXI. fig. 6.7.8.

* *BOKEL*, *Bokla*, *Bokenem*. Vrbs Epiſcopatus Hildeſienſis infra Woldenbergam, quondam ditionis Abbatiſſarum, a quibus eam in feudo tenuerunt Comites Woldenbergici. Mathildis II Abbatiſſa vrbem permutauit cum fratre Henrico, Epiſcopo Hildeshemenſi, qui vt numos Comitibus ſolueret, multa oppignorauit praedia. Conſul ſedentis ſenatus Bokenemenſis ab Abbatiſſis in feudum ſuſcepit a. 1512 dimidium montis Dalemenſis, cauernam ſaxeam (Steinkule) et dimidium prati Bever (Beverbüh.) Nobiles, de Bokel dicti, inſigni gentilitio adhibuerunt malleum, quo pulſatur. Pulſare enim eſt noſtris idem ac *boken*. Obuii ſunt mihi ſequentes. *Henricus* 1241. *Bertramus* famulus 1335, cui fratres exſtiterunt *Conradus* et *Luderus* 1342. *Bertoldus* exſtitit Canonicus maioris eccleſiae Hildeſienſis 1353. *Conradus* 1389. *Ermbertus* de Bokenem 1279. *Curtius* a. 1414 recepit feuda, a Friderico de Kniſtede reſignata, videlicet 2½ manſos, ad Bornem ſitos. Reſignationi adſtabant Bertoldus de Oldershuſen armiger, Thomas et Hermannus de Olderhuſen, Hans de Roringen, Gerhardus de Gandersheim, Canonicique Gandeſienſes Iohannes Schilper ac Iohannes de Dotzem. Idem a. 1423 infeudatus eſt 3 manſis, ſitis ad Sölde minus. Anno 1440 infeudatus eſt ab Eliſabetha *Curtius*. Poſt hunc *Fridericus* et huius filius *Iohannes*, ac tandem a. 1512 *Timmo*. Anno 1512 Gertrudis Abbatiſſa *Hermanno Bock* de Northolte, filio Iohannis Bockii, contulit, ſitos ad Lutken Seelde 3 manſos. Inſignia habes in Tab. XXX. fig. 4.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*BOCKSTEDE.* Locus in Thuringia iuxta Erich. Nobiles, qui cognomen inde traxerunt, bona finitima Thuringica obtinuerunt olim ab eccleſia Ganderſemenſi. *Hartungus* a. 1342. fuit vaſallus. Inſignia exhibui in Tab. XXX. fig. 9.

*BODENSTENE.* *Sigeboldus* de Bodenſtene ad a. 1232.

*BORNVM*, *Born.* Pagus in Ambergau ad Bokenum. Inde fuerunt dicti *Haboldus* a. 1148 eiusque filius *Iohannes de Burne* 1154: *Ekehardus* et filius fratris *Henricus* 1155: *Iohannes de Bornheim*, a. 1226.

*BORNVMHVSVM*, *Bornhuſen.* Pagus inter Rüden et oppidulum Seſen in Rudieramarcu. Eccleſia Ganderſemenſis tenuit inde a Ludolfi donatione ac fundatione locum loco dotis vna cum adnexis miniſterialibus. *Tilo de Bornumhuſum* ad annum 1377 eſt obuius. Succeſſerunt ei ex ſingulari Abbatiſſae gratia Steinbergii.

*BORTFELDE*, pagus prope Brunſuicum, rapis exiguis, at ſaluberrimis, inclitus. Exinde dicti ſunt: *Bertoldus* 1169. 1172. *Ludolfus* 1203. 1243. *Wernerus* 1232. 1243. 1250. *Geuerhardus* pater 1243 et filius cognominis 1273. *Bernhardus* ſenior et filius *Gerhardus* 1273. *Ludolfus* 1314. *Gebhardus* 1328. *Othravus*, Abbas S. Michaëlis Luneburgi 1342. *Vlricus* 1388. *Burchardus* et *Henricus* 1415. Henrici filii *Henricus* et *Aswinus* a. 1448 tenuerunt bona clientelaria, ad Sleveke ſita. Ericus, Dux Brunſuicenſis, anno 1415 cum vrbe Brunſuici contra Burchardum et Henricum de Bortfeld, ſibi moleſtos, foedus iniit. *Henricus* a. 1529 in feudum ſuſcepit 4 manſos ad Lafferde ſitos, tres manſos cum prato inter Sottern et Nette, in Sottern locum *koppelhof*, in minori Rüden curiam, ad Rüden maius $2\frac{1}{2}$ manſos, $\frac{1}{2}$ manſum ad Hoſterte, 2 manſos ad Volkeſſen, 2 villas ſupra pagum Gremſen in *Crochen*, vnam in pago Maldem, vnam in Sleveke 5 caſas in Maldem et 11. in Sleveke. Progenies ea, quae tenuit Söder, intercidit, exeunte ſaeculo ſuperiori. An reſtent ſtirpis communis rami complures, exploratum non habeo. Inſignia gentilitia habes in Tab. XXX. fig. 10. 20.

*BRVCHEM*, *Bruggen.* Praedium opimum ad Leinam inter Alfeldam et Gronauiam, quod Henricus III Imperator dedit eccleſiae Ganderſemenſi loco coenobii Kinewag. Advocatiam ex beneficio Abbatiſſarum ad annum vsque 1418 tenuerunt Domini nobiles, ex Homburgo dicti. Miniſteriales de Bruggem inueni hoſce. *Mangoldus de Bruchem* 1272. 73. 78. 85. *Albertus*, eius nepos 1273. 78. *Manegoldus* et *Iohannes* 1289. *Hardewicus* 1325. *Hartwicus* 1360. *Hans* 1409, cuius ſoror nupſit Hilmaro de Steinberg, ex quo nati ſunt Steinbergii, qui tandem feudum fere vniuerſum Bruggemenſe obtinuerunt. *Hartwicus* 1492. Inſigne gentilitium exhibui in Tab. XXX. fig. 11.

*BRVNSEN.* Pagus praefecturae Grenenſis. Dicti ſunt exinde *Iohannes* 1231, filiique eius *Sifridus*, *Borchardus*, *Fridericus* a. 1251, liberales in coenobii Cluſinenſis Monachos.

*BVMENEBORG.* Locum in latere montis Witter e regione Hammenſtedae pagi, qua itur Northemio Catelnburgum, ſitum fuiſſe, plerique autumant. Clariſſimus Zollmannus caſtrum Bomeneburg ad Eſchwegam nuper poſuit. Dicti ſunt inde Comites et miniſteriales. *Altmarus* miniſterialis ad annum 1141 fuit e poſtremis. Confinia Eſchwegae per Sophiam I acceſſerunt eccleſiae Ganderſemenſi capto tradita ſunt Landgraviis Haſſiae,

*BVRCHTORF.* De Borchtorfiis dixi inter Canonicos et Comites.

*BVSKEBVRG.* Situm loci ignoro. Succurrit *Meinricus*, inde dictus, a. 1144. Vide ſupra p. 707.

*BVNNIGE*, *Bönni.* Locus in Ommergawi ad Bokenum. Occurrunt inde dicti *Herewigus* 1145 et *Brunike* 1284.

*CALCHEIM*, *Kalkum.* Curtis regia prope Diſſeldorpium in Ducatu Montium ad Renum, ab Arnolfo Imperatore donata. Miniſteriales, inde cognominatos, hoſce habe. *Theodericus* 1267. 1272. *Godeſcalcus* miles, filius *Hermanni* militis 1290. *Sergius* 1417. p. 882. Horum progenies exſtincta fuit ſub Maximiliano primo. Eis ſucceſſerunt Hanxledii, et hiſce rurſus Domini de Winckelhuſen. Inſignia Kalcheimiorum adtuli in Tab XXXII. fig. 11.

*CAMPE. Locus prope Brunſuicum. Nobiles inde dicti dudum interciderunt. *Iohannes Magiſter* a. 1313. *Iordanus* de Kampis Mareſchallus 1063. *Aſchwinus* a. 1346. Locus a Duce Cellenſi Georgio Wilhelmo a. 1706 traditus eſt, cum praefectura, Duci Antonio Vlrico. Doctor quidam iuris et adminiſter Ducum Brunſuicenſium, *Thomas Ludolfus* medio ſaeculo ſuperiori ſuſcepit Kirchbergam et Ildehuſam in feudum a Ducibus

Bruns-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Brunſuicenſibus, euectus ad nobilitatis honores. Ipſe a. 1660 pratum, Salderenſe vulgo dictum, ab Abbatiſſa in feudum ſuſcepit, reſignatum a Michaële Büttnero. *Iohannes Wilhelmus* poſtea rei metallicae in Hercinia praefuit. Ex quo nati ſunt *Wilhelmus Hartwicus*, *Chriſtianus Fridericus Hermannus*, *Thomas Ludolfus*, *Bernhardus Adolfus* et *Melchior Auguſtus*. Thomas Ludolfus Abbatiſſam laeſerat anno 1670. Confer ſupra p. 1041. Inſignia habes in Tab. XXXI. fig. 21.

*CLAVEN*, locus prope Peinam. Inde dicti fuerunt *Bertoldus* et *Henricus* ſaeculo 13 medio.

*CRAMME*. Pagus prope Guelferbitum cis ſiluam. Nobiles, inde dictos, et vetuſtate et gloria generis atque virtutum florentiſſimos, delineauit D. Conradus Bertoldus Behrens in *Vorſtellung einiger hochadelicher Häuſer* N. 217. p. 65. ſqq. Dabo e penu meo, quae ipſe collegi. *Berno* et *Ludolfus* fratres a. 1180. *Bernhardus* 1225. *Ludolfus* 1243. *Ludolfus* et *Bernhardus* fratres 1271. *Burchardus* 1283. 85. *Arnoldus* 1308 Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis. *Burchardus* et *Ditericus* 1315. *Ludolfus*, Canonicus S. Mauritii prope Hildeſiam, 1315. *Gotſchalcus* circa 1405 Praepoſitus maioris eccleſiae Hildeshemenſis. Crammii a. 1415 tenuerunt ab eccleſia Ganderſemenſi vnum manſum in Oydeshuſen et Tzeningen. *Hermannus* filius Henningi ad annos 1486 ac 1493 eſt obuius, quippe qui ab eccleſia Ganderſemenſi obtinuit dimidium manſum et caſam in pago, qui vocatur *Kleinen Heere*. *Burchardus* a. 1576 pro Eliſabetha Brunſvicenſi poſſeſſionem Abbatiſſatus Ganderſemenſis adripuit. Vide ſupra p. 996. *Aſchwinus* a. 1582 habitauit Wernigerodae feudumque a Comitibus Stolbergenſibus tenuit, nempe domum, immunem a ferendis oneribus pecuniarum, decimasque, iuxta pagos Redeber ac Langeln ſitas. Abbatiſſa Ganderſemenſis oſtendit iterum iterumque, bona haecce ſpectare ad patrimonium eccleſiae, cui praeerat. Inter haec Achatius atque Matthias de Veltheim vſumfructum illorum praediorum ſibi a Crammiis compararunt. Perhibitum fuit eadem tempeſtate, Aſchwinum, de quo diximus, ab Abbatiſſa infeudatum fuiſſe manſis quatuor, ad Langeln ſitis. Quod vtique contigit anno 1566. *Hans*, qui morabatur in oppido Bokenemi, ac patruelis eiusdem *Henningus*, anno 1606 infeudati ſunt vno ac dimidio manſo, ſito ad Lütken Heere, quatuorque caſis, vna ibidem, duabus in Groten Heere, vna in Sehle, porro ſex iugeribus et caſa in Groten Heere quaerendis. Crammiorum inſigne gentilitium productum eſt in Tab. XXX. fig. 18.

*CVRIA*. Domicilium Gandeſienſe, vulgo *de Hof*, quod olim nobiles, de Gandershem dicti, ab eccleſia Gandeſienſi obtinuerunt. Linea Gandershemiorum ſingularis exſtitit, cui cognomen *a curia* adhaeſit, i. e. *van hofe*. Deprehendi in tabulariis *Iohannem* ad 1215. 1236. *Henricum* et *Gerhardum fratres* ad annos 1236. 1249. p. 423. quibus ad annum 1241 cognomen *de Ganderſem* adhaeret, ac quibus frater *Curtius* ad a. 1243 adiungitur. Praeterea notaui nomina et annos, nempe *Eilardum* a. 1244, *Gerhardum* 1270. p. 425. *Thidericum* a. 1273. et *Gerhardum* a. 1334. Inſigne gentilitium produxi in Tab. XXXI. fig. 13.

*CVSSELEBEN*, locus prope Tenſtadium. Miniſteriales, inde dicti, tenuerunt praedia prope Erich et Quedlinburgum. *Iohannes de Cuſſeleben* anno 1342 fideiuſſit pro milite Henrico de Scherenberge. Poſteri florent in loco auito per Thuringiam. Inſignia habes in Tab. XXX. fig. 19.

*DALEM*, locus in praefectura Bilderla inter Bokenum et Seſam, olim dictus *Königsdalem*, vt differentia ſignificaretur, quae intercedit hunc locum inter et *Vogtsdalem*, prope Guelferbitum. In vtroque loco fuerunt miniſteriales, ab habitaculo et domicilio dicti. Saeculo XIII et XIV Abbatiſſae Ganderſemenſes Dalem regium, in Ambergawi poſitum, in feudum Comitibus Woldenbergicis et Woldenſteinenſibus tradiderunt. Otto III Imperator locum Berwardo Epiſcopo Hildeshemenſi donauit. Ex Henrici II autoritate ac dono locus cum aduocatia ac iuriſdictione ſuprema in poteſtatem Abbatiſſae Ganderſemenſis tranſiit. *Ecbertus*, de quo diximus inter Comites Brunſuicenſes, Comitatum heic tenuit. Ex veteri inſtituto Canonici Ganderſemenſes in Dalem quotannis exigunt arietes ſeu agnos ouium, qui olim fiſco regio inferebantur. Paſtura ouium ad Abbatiſſam ſpectat; Decimae ad Canonicos. Miniſteriales, ex vtroque Dalem dicti, clientes fiduciarii eccleſiae Ganderſemenſis exſtiterunt. Illi, qui a Vogtsdalem cognomen traxerunt, deducendi ſunt ex familia Wendeniorum, praefectorum ſeu aduocatorum Ducalium vrbis Brunſuici. Fidem oculatam fecit Meibomius To. III.

rer.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rer. Germ. ad Chronicon Riddagshuſenſe p. 366. ſq. Dabimus eos, quos e diplomatibus curſim enotauimus.

*Ludolfus* 1129. Schaten, Ann. Paderbon. p. 721. P. I.
*Rudolfus* 1169.

*Iohannes*
*Rudolfus* 1246.
*Rudolfus* 1260. 61. *Iohannes* 1261
*Iohannes* 1263. *Lippoldus.* *Engelbertus.* 1311. Rudolfus 1283. 1314.
*Ludolfus.* *Iohannes* 1335. *Lippoldus* 1307-1335.
*Iohannes* 1335.

*Baldewinus* 1237. p. 707.
*Engelbertus* 1227. 1250.
*Conradus* et *Richardus* 1325.
*Florinus* 1351. tenuit ex feudo 40 iugera et aream in Speygelberge. Inſigne eius obuium eſt Tab. XXXI. fig. 3.
*Borchardus* et vxor Ilſa 1389. p. 853.

Hi, exceptis forſan Baldewino et Florino, referendi ſunt ad nobiles, qui cognomen de Dalem, ad Bokenum ſito, trahunt. Ex altero Dalem fuerunt cognominati alii, quorum potiores dabimus ad fidem Meibomii.

*
*Ludolfus*, a Wenden. *Riddagus*, conditor Riddagshuſae.
*Balduinus* 1219. 1221. *Ioannes* Canonicus Auguſtin. Scheningae 1168. *Ludolfus* 1199 aduerſarius cum Egberto Wolfebuttelano Comite Henrici Leonis, To. I. Leibn. p. 865.
*Ludolfus.* 1258, 64. *Henricus.* 1278. *Balduinus* 1268
*Balduinus.* 1296. *Georgius.* *Ludolfus* 1296. *Fridericus* 1290. *Balduinus* 1269 *Florinus* 1290. *Iohannes*, eques torquatus 1269. 1291.
*Balduinus Longus* 1297. *Lotharius* *Balduinus* 1280. *Florinus* 1312. *Engelbertus.* 1298. *Rudolfus.* 1260. *Adrianus* 1284.
*Wernerus.* 1317. *Cunemannus* 1317. *Robertus* 1317.
*Anno* Monachus 1359. *Iohannes* 1363. *Nicolaus* 1357.
*Iohannes* 1369.

*Henricus de Wenden* famulus a. 1420 Capitulo Ganderſemenſi octo manſos, in Eiſershuſen et Nygenhuſen ſitos, vendidit. Vltimus familiae fuit *Iohannes a Wenden*, exſtinctus a. 1595. 13 Mart. *Borchardus de Dalem* anno adhuc 1417 ab eccleſia Ganderſemenſi vnum manſum vnamque caſam, ad Bruggem ſitum, ſuſcepit in feudum, nec non dimidium pagi *Banteshuſen*, loci prope Rüden ſiti, vbi nunc exſiſtit ſilua, dicta *der panzheuſerberg*: item quartam decimae prope Rüden maius, quatuor manſos agrorum ad *Obern Ieſen*. Adſtabant teſtes Bertholdus de Oldershuſen, Hans de Roringen, Sigfridus de Vreden.

*DERNEBORG*, oppidum Wernigerodam inter et Halberſtadium ad fluuium *Holzemme*. Henricus II Imperator locum eccleſiae Ganderſemenſi donauit. Comites Regenſteinenſes aduocatiam Derneburgi ex conceſſione eiusdem eccleſiae tenuerunt. Senatus Derneburgenſis ſuſcepit pro more ſiluam, piſcinam, et domiciliorum ſedes ex manibus Abbatiſſae. Anno 1508 Gertrudis, a. 1548 Magdalena de Clum, et a. 1590 Anna Erica ſenatum infeudarunt. Anno 1599 Anna Erica ſenatores ad Ducem Henricum Iulium remiſit, vt inpoſterum ab hoc bona illa recognoſcerent. Comes Regenſteinenſis Erneſtus a. 1557 in feudum ſuſcepit domum ac aream, Derneburgi ſitas, immunes, quondam a Valentino Schadenio poſſeſſas. *Bodo*, *Erneſtus* et *Martinus*, Comites, a. 1591 nexum feudalem renouarunt. Anno 1599 Anna Erica Comites ad Ducem Henricum Iulium remiſit, vt ab hoc porro feuda Ganderſemenſia ſuſciperent, ſcilicet praeter domum illam et aream vndecim manſos et totidem caſas prope et intra *Reddeber*, prope Wernigerodam, quibus anno 1360 Albertus de Langeln infeudatus fuerat: ſiluas feudum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dum Spadiorum, de quo intra circa nobiles de Spaden recurret mentio. *Henricus*, miniſterialis, dictus de Derneburg, iure permutationis ab Epiſcopo Halberſtadenſi anno 1302 eccleſiae Ganderſemenſi fuit traditus. In Kettneri Antiquitatibns Quedlinburgicis p. 180. ad annum circiter 1150 occurrit pater *Gerhardus* de *Derneburgk* ac tres ipſius filii *Bertoldus*, *Gebhardus* et *Ludouicus*. Ad annum 1237 obuius eſt *Alvitus de Derneburg*, apud eumdem p. 333.

* *DETFORDE* ſeu *Diethvorde*, locus prope Quedlinburgum. Nobiles, inde dicti, dudum tenent bona inſignia ab eccleſiis, Halberſtadenſi, Ganderſemenſi et Quedlinburgenſi. Bona Wanzlebica ipſis ſunt collata ab Abbatiſſis. Summatim enim animadvertendum eſt, feuda oblata vix inueniri in patrimonio eccleſiae Ganderſemenſis. Veritas pronuntiati patet ex fundatione, dotatione, et donationum tabulis. In diplomatibus noſtris occurrunt *Henricus* a. 1204. *Sifridus* et *Bertoldus* 1241. *Vdo* pater, filiique eiusdem *Henricus* ac *Hermannus* 1269. In diplomatibus Quedlinburgicis recenſentur *Hoimarus* et filius eius *Hermannus* 1150. *Bertoldus* et *Burchardus* 1183. (a) *Burchardus* 1230. *Bertoldus* 1231. *Iacobus* 1231, 33, 36, 41. *Bertoldus* 1258. *Bernardus* et *Henricus* circa eamdem aetatem. *Sifridus* 1236. *Sifridus* et *Bertholdus* 1238. *Bertholdus* 1241, 54, 70. *Bernhardus*, Marſchalcus Abbatiſſae Quedlinburgenſis 1267. *Henricus* 1276. *Bernardus* et *Bertoldus* 1299. Quantum ad noſtra eaque propiora adtinet, *Balthaſar*, filius Henrici, anno 1473 ex nexu fiduciario ſeu feudali ab eccleſia Ganderſemenſi iam tenuit ſex manſos ac tria iugera agrorum, ad Wanzlebiam ſitorum, ac porro ibidem ſitos ſexdecim (b) manſos. Succeſſerunt *Hans* et frater *Bertoldus*, qui anno 1502 nexum illum renouarunt. Operae pretium videtur, annos infeudationum adiungere nudis perſonarum nominibus, ne lectoris patientiam fatigemus. *Hans*, filius *Balthaſaris*, 1509. *Henricus* 1548, 88. *Hans* et *Liborius* fratres 1592. *Hans* 1613, qui obiit anno 1627. *Antonius*, Hanſi filius, 1628 fratresque eius. *Franciſcus* ac *Erneſtus Ludouicus*. In litteris feudalibus occurrunt praeter ſuperius commemorata bona 1) curia ſalia immunis intra Wanzlebiam 2) immunitas a decimis reſpectu agrorum: 3) XVI areae intra Wanzlebiam. Anno 1650 Franciſcus fuit ſatrapes Bokeloënſis et Sachſenhagicus. *Antonius*, conſiliarius et dynaſta viduae Schaumburgici Comitis, in Stadthagen commorantis, obiit anno 1649, relicto filio *Antonio Adolfo*, qui nexum innouauit feudalem a. 1667, defunctus ſine prole maſcula anno 1670. 14 Febr. Erneſto Ludouico exſtiterunt filii: *Iodocus Hermannus*, *Iohannes Albertus*, *Franciſcus Ditericus*, et *Arent Ludouicus*. Franciſci filius *Otto Arturus* dignitatibus eminuit maximis. Fuit enim magiſter aulae Guelferbitanae Ducalis et praefectus rei metallicae per vtramque Herciniam primarius. Iohannes Albertus genuit filios *Erneſtum Albertum*, *Chriſtianum Adamum*, *Franciſcum Ottonem*, *Iohannem Guntherum*, et *Georgium Ludouicum*. Franciſcus Ditericus 1671, 79, 1710, defunctus 1710. 22 Febr. ſtipendiis factis ſub Landgravio Haſſiae. Filius, patri ſuperſtes et cognominis, prouentu filiorum diues exſiſtit. Reperio in filiorum eius numero *Carolum*, *Fridericum Ludovicum*, *Mauritium Wilhelmum*, *Adolfum Fridericum*, *Rudolfum Ludovicum*, *Franciſcum Henricum*, *Wilhelmum Maximilianum Auguſtum*. Arendi Ludovici filios ad annum 1694 perſpexi hoſce fuiſſe, *Philippum Adolfum* et *Fridericum Mauritium*. Inſignia gentilitia Ditfordiorum praeferunt duas trabes, ad horizontem directas, ſeparatas, et parallelas.

*DOLGEN*. *Wernerus* 1259.

*DOSHEIM*, *Dotzem*, *Dötzen*. Villa iuxta Leinam prope oppidulum Gronau. Ex hac villa denominationem traxerunt *Eilardus* pater et filius 1351. *Erneſtus* 1389. Supra p. 851. Eius porro filii *Bodo* ac *Erneſtus* 1400. *Henricus* a. 1440 in feudum ſuſcepit $10\frac{1}{2}$ manſos in campis, ab Empne dictis, tres manſos ad Eitzen, caſam villici, tres caſas ouiumque inibi paſtionem. *Iohannes* fuit a. 1414 Canonicus Gandershemenſis. *Woltherus* eiusque filius *Bodo* a. 1466. a Capitulo Ganderſemenſi pecunias ſumſerunt (c) mutuas. *Ditericus* a. 1489 nexum induit feudalem. Inſigne gentilitium repraeſentatur in Tab. XXXI. fig. 6.

*DOTESSEN*, *Dodeſſen*, *Toſſem*. Locus circa Hildeneshemium. Nobiles, exinde cognominati, quondam exſtiterunt Camerarii Epiſcoporum Hildeſienſium. Bona, ab ipſis

(a) Leuckfeldii *Antiquitates Michaelſtein*. p. 94.
(b) Credo, intelligendas eſſe XVI areas, *hoefe*.
(c) In litteris mentio quoque fit *Erneſti de Doesheim*.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſis poſſeſſa, poſſeſſoribus exſtinctis, a. 1353 coaluerunt cum praediis coenobii Betzingerode ſeu Marienrode. Proferam miniſteriales nonnullos, a Toſſem dictos. *Eilbertus* 1188. *Henricus* Canonicus Hildeshemenſis 1217. *Bertoldus* 1227. *Henricus*, ibidem Canonicus 1231 et Praepoſitus 1243. *Tidericus* 1243, 60. *Ecbertus* 1284 filiusque *Ludolfus* 1284, 94. *Iohannes* 1313, 14.

*DOTLEBEN, *Tuteleiben*, *Tutlebe*. Locus prope Tenſtadium, in Thuringia ſitus. Familia generoſiſſima, inde adpellata, hodieque floret. Antiquitatem gentis nobiliſſimae iam ad annum 1143 indicat *Widelo de Tuteleiben*. (d) *Ludevicus* et *Gothofredus*, fratres de Tuteleiben, occurrunt ad annum 1302 in diplomate Alberti, Landgrauii Thuringiae Comitisque Palatini Saxoniae. (e) Qui hiſce per ſaeculorum decurſus ſucceſſerunt, Dotlebii, ab eccleſia Gandershemenſi infeudantur tribus manſis agrorum aliisque bonis, ad Erich ſitis. Dabo recentiſſimos.

Oswaldus — Dittericus

Iohannes Reinhardus — Wolfius.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Reinhardus Sigismundus † 1638. | Oswaldus Hermannus. | Albertus Georgius 1633. | Chriſtophorus Melchior † 1633. | Iodocus Volcmarus † 1617. | Hans Reinhard, | Otto Heuricus. | Wolfius 1628. |

Hans Georg (ex Oswaldo Hermanno et Alberto Georgio) — Hans Friderich. 1637. 39. (ex Ottone Heurico)

*DVDINGE*, *Duien*. Pagus modicus inter ſiluas haud procul ab arce antiqua Lauenſtein, figulis adfluentiſſimus, nuper illuſtratus ortu Iohannis Eccardi ab Eccard, qui tenuiſſimae fortunae parentibus, patre venatore, ibi editus, gloriam Saxoniae et Franconiae ſcriptis comtiſſimis inſigniter locupletauit. *Hermannus de Dudinge* ad annum 1360 in diplomatibus noſtris eſt obuius. Theodericus de Dasle, Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis, Doctor, manſos nonnullos, in Odelem ſitos, comparauerat a fratribus *Hildebrando ac Henrico de Dudingen*, quos a. 1334 coenobitis Carthuſianis, tunc ad portam Dammonis extra Hildeshemium habitantibus, donauit. Inſigne Dudingiorum repraeſentatur in Tab. XXXI. fig. 7.

*EGGELSEN*. Locus prope domicilium praefecturae Steinbrück, Hildeſiam inter et Brunsuicum. *Eggelſen minus* fuit deſertum; maius vero nunc dicitur *Hoheneggelſen*. Iudicium villicationis a Capitularibus exercetur noſtris. *Rodericus de Eggelſen* vixit circa annum 1148. *Burchardus* 1181. Quosnam agros hi ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerint, non amplius liquet.

*ELVELINGERODE*. Locus prope Gandershemium ad orientem. *Ludouicus de Elvelingerode* obuius eſt a. 1317, 18. (f) *Hans* obiit anno 1415, in cuius feuda Ganderſemenſia ſucceſſit Lambertus de Wendhuſen.

*EIMBKIE*. Vrbs notiſſima. *Arnoldus de Eimbike* 1154.

*ELVEDE*, *Elvethe*, *Elve*, *Dreckelve*. Pagus praefecturae Steinbrück in Epiſcopatu Hildesheimenſi, quem nunc generoſus vir de Metſch tenet. Ab Elvede cognomina traxerunt *Conradus* et *Henricus*, qui a. 1285 decimam in Holdenrode a coenobio S. Godehardi in feudum ſuſceperunt. *Arnoldus* 1295, 96. *Ludolfus* a. 1398 tenuit ab Abbatiſſa prope Winciburgum bona, ad Eiſershuſen ſeu Eiershuſen ſita. Supra p. 862. *Ludolfus* a. 1488. *Conradus* et *Ludolfus* fratres 1244. *Theodericus* 1256. Inſignia eorum vides producta in Tab. XXXI. fig. 8.

*EMESSEN*, *Eimſen*. Locus cis Leinam e regione pagi Limmer infra Alfeld, bipartitus inter Wrisbergios et Redios. *Burchardus* Canonicus Hildeſienſis inde fuit adpellatus, obuius a. 1191.

*ENENHVSEN*, *Oenhuſen*. *Lambertus* a. 1389. Supra p. 852.

*ESBEKE*, locus ad Bruggem et Leinam. Inde fuerunt dicti *Iohannes* 1205. *Fridericus* 1237, 43. Vide ſupra p. 707. Inſigne eorum gentilitium habes in Tab. XXXI. fig. 9.

*ESCHERDE*, *Eſcher*. Locus inter Gronau et Hildeshemium. *Ludolfus de Eſcherde* a. 1289 ſex manſos tenuit ab eccleſia Ganderſemenſi in Berevelde ſeu Barvel, qui tum coenobio Eſcherde tradebantur. Frater ipſius *Baſilius* erat Canonicus eccleſiae Bremenſis. *Lippoldus* 1188, 91, 1220, 27. *Iohannes* 1260. *Lippoldus* 1272. *Iohannes* et *Ludolfus* 1294.

(d) Hahnii *Collectio monumentorum ineditorum* To. I. p. 83.
(e) To. I. Mencken. p. 630.
(f) Chronicon montis Francorum p. 64. 66.

1294. Lippoldi filius erat *Tidericus* 1272 huiusque nati cenſentur *Iordanus*, *Iohannes*, *Ludoldus* 1282, 1309. *Iohannes* cum fratre *Ludolfo* reſignauit a. 1294 Epiſcopo Hildeshemenſi duos manſos, in Sodere ſitos.

*EVENSEN.* Locus inter Lamſpringam et Bodenburgum. *Hans* filiusque *Lambertus*, *Tilo* et *Lambertus* a. 1427 infeudantur duobus manſis, ad Oſternbiwende prope Guelferbitum ſitis.

*EVERSTENE.* Inde cognominantur *Albertus*, Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis 1243, itidemque *Hermannus* 1365.

*ESCHENWEGEN*, *Eſchwege.* Oppidum ad Werram in Haſſia poſitum. *Henricus de Eſchenwegen* ab eccleſia Ganderſemenſi a. 1415 feuda ſuſcepit. Inſignia Eſchwegiorum ſiſtuntur in Tab. XXXI. fig. 10.

*FREDEN.* Vide Vreden.

*GANDERSEM.* Pagus prope oppidum Ganderſem ad alterum lapidem verſus ſeptentriones. Vulgo Altenganderſem. Nobiles, exinde dicti, tenuerunt ſaeculis XII et XIII aduocatiam nobilem eccleſiae Ganderſemenſis. Obuii ſunt ex eorum numero *Waltherus aduocatus* 1148, 54, 59, fratresque *Iohannes* 1159 ac *Hildebrandus* 1159. *Arnoldus* 1169. *Reinherus* cum ſorore Margareta 1189. Fratres *Iohannes*, *Henricus* et *Gerhardus*, dicti de Curia 1241, 43. *Eilhardus* cum vxore Waltberga 1237. *Conradus* 1250 vendidit decimam in Bornem eccleſiae S. Godehardi Hildeſienſis, conſenſu heredum *Conradi*, *Iuſti* et *Leopoldi*, (b) *Waltherus* 1256, 67. *Gerhardus* 1283 aduocatus Epiſcopi Sigfridi in caſtro Winzenburg. *Hermannus* et *Woltherus*, fratres, a. 1261 ſunt teſtes in diplomate Henrici de Steinberge dicti. *Hermannus* 1270, 83. *Bruningus* aduocatus 1278. *Conradus* et *Conradus* 1243. *Tidericus* miniſterialis a. 1217 tenuit bona in Eggelſem. *Conradus* filiique *Conradus* et *Hermannus* 1319. *Bruningus* 1314, 17, 34. Eius filius fuit *Henricus*, Canonicus Ganderſemenſis. *Gerhardus* 1334. Filii *Henricus* et *Gerhardus*, Henrici filius anonymus et *Gerhardus*. Anonymi filius *Gerhardus* 1360. *Henricus* fuit anno 1346 aduocatus Domini Homburgenſis in caſtro Woldenſtein. (c) *Bernhardus* et *Hermannus* 1356. *Gerhardus* Bernhardi filius; Hermanni fuit *Curtius* 1388, cui vxor tribuitur Rixa. Iohanna exſtitit neptis Curtii ex fratre. *Gerhardus*, *Conradus*, *Hermannus* et *Cunegunda* ad annum 1426 adparent. Tres poſteriores Gerhardi fuerunt patrueles. Vide ſupra pag. 897. In feuda horum ſucceſſerunt Ruſchenplatii lineae Ganderſemenſis. *Hermannus*, miles de Gandersheim, pagum *Eddingehuſen* ex conſenſu Abbatiſſae coenobio Amelunxbornenſi donauit. Loci ſitus iuxta Ertshuſen infra Grenam prope flumen Leinam eſt reſiduus. Incolae ſeceſſerunt in pagos Ertshuſen et Bruchofe. Locus memoratur in tabula Ludovici Pii et Henrici II Imperatoris, qua fines dioeceſeos Hildeshemenſium Epiſcoporum eccleſiaſticae determinantur. *Conradus*, vltimus familiae Ganderſemiorum obiit anno 1440, ac in feuda, ab eo vacuefacta, ab Abbatiſſa a. 1441 Hermannus, de Ruſcheplate dictus, intromiſſus fuit. Inſigne gentilitium Ganderſemiorum dedi non vnum, ſed triplex, in Tab. XXXI. fig. 11. 12. 13. Ganderſemiis nonnullis fuit munus *Camerarii* eccleſiae noſtrae. *Henricus camerarius de Ganderſem* cum *Wolthero* ad a. 1259 eſt obuius ſupra p. 192.

*GANDERSEMENSE Capitulum* ab Abbatiſſis infeudatur inde ab anno 1560 praedio Rutenberg et ſucceſſione exſpectanda in bona Oldershuſiorum, quae ab Abbatiſſatu Ganderſemenſi pendent.

*GANDERSEM*, oppidum, nonnullas domos ex lege feudali tenet. Vt taceam ciues aliquot, qui ſingularia tenent feuda. Inſigne ſenatus eſt caput ſcarabaei maioris, qui ſalicibus inhaerere ſolet. Saxones ſuperiores vocant beſtiam eiusmodi *Schröter*. Oppidani id caput habent pro bubulo. Deligant, vtrum malint. Oppidani praeterea tenent domicilium ſcholae puellarum ex gratia Abbatiſſae. En ſenatus teſtimonium:

Wy Sophia von Godes Gnaden, Ebdiſche, Elizabet Proueſtynne, Aggnes Cuſterynne, Hinricus Coci ſenior, Bartoldus Helwici Canonicke vnd gantze Capittel, des frigen wertlicken Stichtes to Ganderſem, Cord Giler, Ludeke Schaper, Borgermeſter, Hinrick Ryngerod, Hans Bolshuſen, Ratmanne vnd gantze Radt do Ganderſem, bekennen openbar in duſſem Breue vor alſse wem, als wy to vnwillen, krige, vnd geiſt-

(b) Leyſerus de *Comitibus Eberſtein*. p. 72.
(c) *Chronicon montis Francorum* p. 79.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„geiſtlicker Forderunge gekomen ſin vnd woren, vmme eynes buwetes willen, dat „von ergenanten Rat to Ganderſem vpgerichtet, vnd harte by dem Margen Dore, tegen „vnſer Ebdige gebuwet hebben, welcke Sacke von Sophia vnd Capittel hadden dorch „tweyne vnſer Canonicken, benemblicken Hern Sander weigen, vnd Hern CordeLam„me geſtalt mit fuller Macht, an den werdigen vnd Erſamen Hern Iohan Brugeman, „Decken, Hern Bartolde Leutferdes Canonicken der Kercken Sancti Alexandri to Eim„beke geſat, to ſcheidende in Fruntſchup, vnd des gelicken von genannten Radt to „Ganderſem, ock dorch de vorſichtigen vnd Erſamen Corde Giler, Ludecken Schaper Burgemeſter, Hinricke Rymigerodt, Bartolde Hamenſtede, vnd Hanſe Wemele Ratmannen, ock mit fuller Macht an die vpgenant Decken, vnd Hern Bartolde geſtalt, vnd in Fruntſchup to vor ſcheudende geſat hebben, welcker Her Decken vnd Her Bartolt twiſchen vns beiden Parthen mer genant eyne fruntlicke uthſage vnd Schedinge vp ſo dann Buwete gedan vnd uthgeſprocken hebben, von worden to worden alſus ludende, dat ſolck ergenant Huſs vnd Buwete von vns dem Rade bey dem Margen dore vpgerichtet vnd gebuwet ſchall ſtande bliuen in Fruntſchup vier Iahr Quaſimodogeniti antogende, na Godes gebort, duſent vier hundert, darna in dem eyn vnd ſeuentigeſten Iare, vnd de Rade mach dat Huſs mit Endecken von Delen, edder holten Dackſchyndelen ſo lange to decken, vnd to dem grauen wort Fenſter vorhengen, denen demen vpdon kone; wen dar der Stadt des noit worde, ſunder de Fenſter to der Stadt wort, tegen der Ebdige ſchullen de vpgenante Radt mit Breden edder mit Delen, effte anders dor mede to macken vnd negeln, ock mogen ſe delen vpp de Balcken leggen, de vngenegelt loiſs liggen, dat man doch tor noit vp wandern konde, alſe vns deme ock beduncket, twei dore an dem Huſe ſin, mogen ſe vor der dore eyne eyn dor hangen, vnd de ſchal geſchloten ſtan, ſunder de ander ſchullen ſe vaſte to macken edder negeln, ſo ſchal ock in dem huſe duſſe vorgeſcreven Tyt nemant wonen, ock ſchall de Radt, edder nomant von orer weghen des nerghen to brucken, it enwile de Stadt ſo benodiget wore, dat on das noit wore, ſo mogen ſe darvpp wacken, vnd ore Stadt davon beſchermen, *de Radt ſchall ock binnen duſſen vorgerorten vier Iahren ſo dann Huſs vnd gebuwete genslicken deger vnd al by vnd aff doen, Ed enwore denne, dat et in gutlicheit vnd Fruntſchup gefunden worde, dat ſo dann Buwete ſtande bleue to nut vnd behoue der Stad.* Wann denn ſolck Huſs na vorgeſcreuener wiſe affgebrocken vnd bygedan is, vnd denne de Stadt darna vpp des Huſes ſtedde, edder anders wor eyn Bollwerck buwen wolde in orer Stadt dar des noit vnd behoff wore, dar willen denn von gudem willen in guter Fruntſchup dat genant Capittel to Hulpe geuen Seſs Marck Ganderſemſcher weringe, vnd hyr vpp ſchullen ſe orer Twydracht von duſſem Buwete vnd Huſe enſtanden, in gruntlicker Fruntſchup genſslicken wol vereynt und vordrogen ſin, vnd eyn dem andern willen bewiſen, wor he mit beſcheide mach, So dann Vthſage vnd fruntlicke Schedinge vpgerort, gedan vnd vthgeſprocken von den vorgenanten Hern Iohan Bruggeman Decken, vnd Hern Bartolde Leutferdes Canonicken der Kercken Sancti Alexandri, andrepente dat Buwete vorgerort, Annahme von Sophia Ebdiſche, Elizabeth Proueſtinne, Angneſe Cüſterinne, Hinricus Coci Senior, Bartoldus Helwici Canonicke vnd gantze Capitel des vpgenanten Frigen Stichts to Ganderſem, Cord Giler, Ludecke Schaper Burgermeſter, Hinrick Rymigerodt, Hans Bolshuſen Ratmanne, vnd gantze Radt der ſuluen Stadt Ganderſem, vnd louen Vnſer eyn dem andern, ſo dann ſtede vnd vaſte to holtende ane alle argeliſt vnd geuerde, in aller mathe alſe vorgerort is vpp den artickel des Huſes, vnd duſſe vordracht vnd vereynynge ſchall vnſchedelick ſin allen Breuen, verſcreuungen, Frygheden vnd voreynyngen, dar wy ſus lange eyn mit dem andern inne geſeten vnd geholden hebben, ane alle argeliſt vnd geuherde. Des to Bekantniſſe, Tuchniſſe, vnd merer wiſſenheit, hebben wy Sophia Ebdiſche vpgenant, *Elizabeth Proueſtynne*, *Agneſe Cüſterinne*, *Hinricus Coci Senior*, vnd gantze Capittell duſſen Breff vorſegelt heten mit vnſers Capittels groten Ingeſigel feſtlicken hyran gehangen, des wy all ſemplicken hyr to gebrucken, vnd wy Conradt Giler, Ludecke Schaper Borgemeſter, Hinrick Rymigerodt, Hans Bolshuſen Ratmanne vnd gantze Rat to Ganderſem hebben Vnſer Stadt Ingeſegel gehenget, witlicken vnd eyndrechtlicken by des genanten Capitels Ingeſegel vp dat ſo dann vordracht von Vns beyden Parten obgenant, vnd alle Artickele ſtede vnd vaſte in guden Truwen geholden werden. Gegeuen na der gebort Chriſti Vnſes Hern verteyn

teyn hundert Iar, darna in dem Eyn vnde Seuentigeſten Iare, des Mandags negeſt" na Letare."

Adhaeret ſigillum Capitulare et oppidagi ſenatus. Poſterius eſt conſpicuum in Tab. XXV.

*GLADEBECK*, *Glake.* Pagus ad Gottingam, vbi eminent bona Bodemeierorum. *Sigfridus* 1184. *Strus* 1318. *Strus* 1418. *Georgius* 1589. In feuda Gladebeckiorum ſucceſſerunt Roringii et hiſce exſtinctis Büttneri. Feuda Gladebeckiana exſtiterunt: quatuor manſi in monte Küler, 2 areae intra vrbem Gandersheim, vnus manſus ad Bolshuſen et decima minor ſuper quinque manſis, dimidius manſus in Seboldeshuſen, alii duo manſi et 2 areae. Inſignia repraeſentantur in Tab. XXXII. fig. 1.

*GARSLEBVTLE.* Locus prope Giſhornium. *Widekindus*, obuius 1305, 1317, obiit ante annum 1324. Familiam omnem enarrauit Henricus Meibomius ad Chronicon Riddagshuſanum p. 361. Proſapia ipſa, baronum primo, dein militum, intercidit ſaeculo decimo quarto medio.

*GERMERDISSEN*, *Grimbaldeshuſi*, *Gremſen.* Nobiles inde dicti tenuerunt pagum ipſum prope Altenganderſem et ad tempus aduocatiam Hollenſtedenſem. *Hermannus* et *Arnoldus* 1321. Inſignia habes in Tab. XXXI. fig. 16.

*GERMER.* Locus ad Mulhuſam, vnde olim dictus eſt Germarenemarcus, tractus peramplus. Bona nobilium de Germer, ab eccleſia Gandershemenſi obtineri ſolita, iacuerunt ad Erich, Hasleben et Ronſted. *Hans Henricus*, *Sebaſtianus* et *Chriſtianus Wolfius* 1592. *Hans Henricus* et *Hermannus* in Gorsleben 1612. *Ioachimus*, et *Iohannes* 1618. *Hans* filiique *Henricus* et *Hans Caſpar* 1611. 1616. *Henricus* reſignauit ea bona Dotlebiis. Inſignia *Friderici* ad annum 1409 habes in Tab. XXXI. fig. 15. 17.

*GEVELDEHVSEN*, *Gibelhuſen* in Aichsfeldia. Comes vltimus donauit bona ibi ſita eccleſiae Ganderſemenſi. Miniſteriales inde dicti praedia ab eadem eccleſia tenuerunt. Vide p. 948. *Iohannes* a. 1492 infeudatus eſt quadrante manſi et curia rubra Gebeldehuſenſi.

*GITER*, *Gitter.* Pagus prope coenobium Ringelheim et Salzgitter in Saltga. *Hans* 1389 et ſequentibus annis imminuit pincernatui hereditario. Vide p. 852. Idem *Hans* a. 1415 ab Abbatiſſa Agneſa in feudum 2 manſos, ad Gitter ſitos, ſuſcepit.

*GITLEDE*, *Gittel.* Vicus prope Stauffenburgum, qua itur Oſterodam. Nobiles, de Gitlede dicti, iam erant famoſi aetate Henrici Leonis, in cuius quippe diplomate iam anno 1154 occurrunt *Widego de Getlide et frater eius Adalhartus.* *Henricus* obuius eſt p. 1131. To. II. Leibn. In diplomatibus noſtris occurrunt *Gunzelinus* 1314, 21, 23. *Iohannes* et *Henricus* fratres 1335. *Iohannes*, *Henricus*, *Ditericus* et *Guncelinus* fratres 1338, qui aduocatiam nobilem Ganderſemenſem tenebant eamque poſtea oppignorabant Ducibus Brunſuicenſibus. Inſignia adtuli in Tab. XXXI. fig. 18. *Iohannes* 1470, cognominatus ſenior, famulus, confirmauit legatum Harrihuſenſe Parocho S. Georgii. *Iohannes* 1589. Vide ſupra p. 1016.

*GREMSLEVE.* Inde dictus fuit *Conradus* 1333. Inſignia adtuli in Tab. XXXII. fig. 4.

*GRENE.* Vicus et domicilium praefecturae Ducalis, ac ephoriae eccleſiaſticae. Locus ab Henrico II Imperatore donatus eſt cum tractu adiecto eccleſiae Gandeſienſi, a qua Domini Homburgenſes Comitatum tenuerunt Grenenſem. Quibus ad ruinam vergentibus Epiſcopi Hildeſienſes adpetierunt Comitatum. Bello cruento inde conflato ſuperiores diſceſſerunt Duces Brunſuicenſes, permittentes, vt Epiſcopo praefectura et Comitatus *Woldenſtein* obtingeret. Ita eccleſia Ganderſemenſis vtrumque amiſit Comitatum, et nil inde retinuit praeter praedium Bruggem. A Grene dicti ſunt miniſteriales *Henricus* 1219. *Thidericus* 1360 aliique.

*GRONE.* Locus ad Gottingam, nunc pagus, olim caſtrum regium longe munitiſſimum. Fruſtra ſunt, qui id caſtrum quaerunt in Grone ad Viſurgim, vel Groninga ad Halberſtadium, vel Grone circa Albim. Nam caſtrum regium Grone ſitum fuit in Leingawi. Ex Grone dicti ſunt *Hermannus* 1389. Vide ſupra p. 853. *Ditericus* 1480 recognouit 40 iugera, ad Gibelhuſen ſita. *Gunzelinus*, *Hans*, *Didericus* et *Gunzelinus* fratres, nec non *Hans* ac *Erneſtus* a. 1489 renouarunt nexum feudalem. Vide ſupra p. 947. Proſapia Gronenſis, ad Gibelhuſum morata, in Gunzelino a. 1570 intercidit. Proſapia altera Viſurgana adhuc floret viroſque ſuppeditat prudentiſſimos conſultiſſimoſque. Ex profeſſo de excellentiſſima Groniorum gente ſcripſit fautor noſter eximius, Archiater

LIIIIIIIIII 3 Bri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Britannici Regis Auguſtiſſimi, D. Conradus Bertoldus Behrens, genealogiſta perinduſtrius. Confer Ioannem Fridericum Pfeffingerum in *der Hiſtorie des Braunſchweig-Luneburgiſchen Landes* P. I. p. 424. ſqq.

*GRVBONES* tenuerunt quondam caſtrum Grubenhagen, cuius moenia in edito montis vertice ſuperſunt haud procul Eimbeca. *Henricus Grubo* fuit Marſchalcus Ottonis Pueri, Ducis Brunsuicenſis, in cuius diplomate commemoratur ad a. 1248.

* *GODENSTEDE*, *Goddenſtedde*, *Gadenſtede*. Locus ad Peinam in Epiſcopatu Hildeshemenſi. Familia, inde dicta, antiquitate nulli alii cedit, ac bona tenet potiſſima in pagis Gadenſtede ac Ilſe maiori. Recenſebo nonnullos ex gente ea clariſſima, prouti eos ex chartis fide dignis enotaui. *Bertramus* et *Iohannes* 1295. *Bartoldus* et *Iohannes* ad eumdem annum in diplomate Sifridi Epiſcopi Hildeshemenſis occurrunt. *Henricus*, *Retzo* et *Hermannus* fratres 1360. *Burchardus* 1389. *Sifridus* filiusque *Bertoldus* 1389. Confer p. 851. ſq. *Bertoldus* 1399. *Boldesberg* et *Borchardus* fratres 1440 ſuſceperunt ab Agneſa Abbatiſſa ea bona, quae Tidericus, de Walmeden dictus, eadem feudi lege poſſederat, videlicet 50 marcas lothoniatas in villa minori Ruden ac 5 manſos. *Borchardus* 1415 recognouit praeterea 2½ manſos in Süd-Nowen, ac 3 mansos, item 5 manſos ad Laſterde maius ac 5 villas ibidem, 5 villas in Stidien iuxta Beynen decimasque, 1½ manſos ad Eggelſen minus, 2 manſos ad Eggelſen maius, 2½ manſos ad Hoſterte, (pagum, nunc deſertum, inter malum et Ortshuſen) ½ manſum iuxta Volkerſſen, 2 manſos in Crochen colle prope Gremſen, 2 manſos ad Altenganderſem et reliqua. *Iohannes* 1345 teſtis fuit in diplomate Ducum Brunsuicenſium Magni et Erneſti. *Borchardus* 1405 vendidit feudum, ad Gremſen ſitum, Abbatiſſae Sophiae. *Bartoldus* 1484. *Bertoldus*, Bertoldi filius 1546. *Bartoldus*, *Henricus*, *Ditericus* et *Ianus* fratres 1548. *Burchardus* 1586. *Burchardus* et frater *Chriſtophorus Wolfius* 1588. *Albertus* 1609.

Bertoldus 1484

Bertoldus 1548. | Henricus | Diter. | Ianus

Burchardus. 86. | Chriſtoph Wolf. | Hans

Henricus | Albertus. 1609. | Bertoldus | Iohannes

Henr. Wilhelm, 29. 39. 54. | Georg | Ditericus | Ernſt Chriſtian. | Iohan. | Henric | Volrad 1629. 39.

Bodo Frider. | Achatius Ern. | Caſpar Ioh.

Philipp Euſtachius Erneſt 1701. | Frider. Iulius 1714. | Henr. | Gotlob. | Chriſtian Henricus

Omiſi indubie multos. Sed materia defuit, ex qua tractatio plenior inſtrui queat. Inſignia dedi in Tab. XXXI. fig. 14.

*GOSLARIA*. Vrbs imperialis ad radices Herciniae et Obacram flumen, ab Henrico II coepta et a Conrado II exaedificata. Hiſtoriam eius politicam ſcripſerunt Caſpar Corberus, et Iohannes Michaël Heineccius. Hiſtoriam eccleſiaſticam dudum moliti ſunt Trumphii, viri plurimum reverendi. Henricus Wilhelmus eius lineamenta nonnulla conſtruxit. Georgius Wilhelmus dedit *ſpecimen tractatus edendi de Turbis ſacris in eccleſia Goslarienſi a tempore reformationis, exhibens turbas primas ſacramentarias, Kniggio et Grauerto autoribus*. Diſſertatio haec nuper recuſa eſt in ſumme Venerabilis Ioannis Laurentii Moshemii *Diſſertationum ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinentium Volumine* p. 620. ſqq. Chronicon montis Francorum ſcripſit ediditque Kotzebuvius, Archiater quondam Erneſti Auguſti, Electoris Hannoverani Sereniſſimi. Albertus Ritter, fautor noſter ſingularis, nuper ex enarratione aliorum *epiſtolicam Oryctographiam Goslarienſem* Helmſtadii a. 1733. 4. typis publicis exſcribendam curauit. Nobiles, de Goslaria dicti, ſunt ſtirpis antiquiſſimae. *Witekindus* et *Herezo* iam anno 1154 in diplomate Henrici Leonis comparent. *Henningus* 1346. Inſignia Goslariorum ſuppeditat Kotzebuvius in Chronico montis Francorum p. 78.

*GOWISCH*. Locus et caſtrum exſtiterunt prope Goslariam. Domini de Gowiſch olim caſtrum Widela tenuerunt idque Epiſcopo Hildeshemenſi vendiderunt. (a) Ipſi fuerunt vna cum aliis heredes lignationum ex ſilua Hercinica. Inde vocati ſunt *Erfexen*. Pignoris loco a Ducibus Brunsuicenſibus decimam metalli effoſſi montisque Rammelsberg

(a) Chronicon Hildeshem. p. 760. To. I. Leibn.

berg obtinuerant, quam rurſus oppignorarunt ſenatui Goslarienſi. Fridericus II decimas illas ſolis Ducibus Brunſuicenſibus in feudum conceſſerat. Lites, ſuper hiſce decimis exortas, in commentatione de Comitibus Hartisburgicis ſupra adtuli. Inſignia Gowiſchiorum dedimus Tab. 32. fig. 2. ex p. 42. *Chronici montis Francorum.* Paucula ſunt, quae ex diplomatibus de familia Gowiſchiorum conſtant. *Bertholdus* et *Arnoldus* fratres laudantur ad annum 1234. Quae in tabulam redigi potuere, ea ſic cohaerent:

| | | | | N. N. | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Leonhardus. 1234. | | | | Bertholdus 1234. 1251. | | | | Arnoldus 1234. 44. | |
| Volcmarus 1234. | Giſelbertus, 1234. | Sifridus 1234 | Soror Waltherus 1242. | Bertoldus. 1271. 82. | Albertus 1271. | Hermannus 1271-1317. | Berno 1297. | Henricus 1297. 1271. | Anno 1244. 1264. 1271. |
| | | | | | | Arnoldus. 1310. | Bertholdus 1310. | Albertus 1310. 1317. | Volcmarus 1310. 1317. |

*Hermannus* 1349. Generoſi viri de Gowiſch dimidium decimae, ad pagum Sleveke obuenientis, tenuerunt, quod a. 1308 Mathildis Abbatiſſa in Lindios transtulit. Vide ſupra p. 797.

*GVSTED*, *Guſtidde*, *Guſtode.* Pagus praefecturae Woldenbergenſis in Epiſcopatu Hildeſienſi. Miniſteriales, exinde cognominati, late per Epiſcopatum Halberſtadenſem floruerunt. *Hermannus de Guſtidde* laudatur in diplomate Henrici Leonis a. 1154. *Bruno* curiam Vorſtede (Werſtede) Epiſcopo Hildeshemenſi 107 marcis a. 1216 vendidit. (b) *Wernerus* 1226. *Bruno* et *Gerhardus* fratres 1241. *Gerhardus* 1267. *Willekinus*, aduocatus, i. e. praefectus, vrbis Luneborch 1268. *Theodoricus* 1283. *Wilhelmus* 1285. *Willekinus* 1285. 96. *Rotgerus* 1291. *Bruno* 1300. *Wedekindus* et *Gebhardus* 1305. *Bruno* 1307 cum filiis *Grubone*, *Brunone*, *Rotgero*, *Willekino* et *Gerhardo*. *Iohannes* Willekini filius 1329 cum filiis *Willikino*, *Daniele*, *Brunone*, *Iohanne*, *Henrico*, et *Rotgero*. Bruno hic cognominatus fuit Crevet ſeu cancer. *Iohannes* famulus et *Gerhardus* miles 1308. *Gerhardus* et *Ludolfus* famuli, filii Iohannis, 1328 vendiderunt coenobio Ringelheimenſi marcis 15 puri argenti aream et ſesquimanſum agrorum, poſitum ad Gronſtede. Conſenſerunt patrui Gerhardus miles et Gerhardus famulus. Pagus Gronſtede, quem tenuerunt Gutſtedii ab eccleſia Gandershemenſi, pertinuit olim ad Lahtnadorpomarcum. Bodo et Sigfridus, Domini nobiles de Homburg a. 1340. nonnulla bona, ad Warpenſen ſita, Hermanno Heger militi et Brunoni de Guſtede famulo oppignorarunt. *Henningus de Guſtide armiger* a. 1356 Gandershemii teſtem egit publicum. Lippoldus et Beſeko, fratres de Vreden, a. 1356 piſcinam ad Pedel ſitam vendiderunt, conſentiente Abbatiſſa, Erneſto Duci Brunſuicenſi, praeſentibus Brunone et eodem Henningo de Guſted, advocati Ducis. Pedel fuit pagus prope Seſam, qua itur ad Herrenhuſen. Henningus, Ducis praefectus primus Gandeſiae, in primis operam ſuam hero ſuo vbique probare contendit. *Rotgerus* 1374. *Henricus* de Guſted, Abbas Ringelheimenſis 1390. *Wilkinus* 1407. *Grubo* 1424. *Wilkinus* 1431. *Ditericus* 1429. Vide Pfeffingerum iuniorem, qui pleramque horum partem diligenter congeſſit, in *Braunſchweig-Luneburgiſcher Hiſtorie* P. II. p. 153. ſqq. Inſignia adtuli in Tab. XXXI. fig. 19.

*HACHEM.* Villa, dudum deſerta, cis Bokenum, vbi nunc ſuccreuit ſilua, quam vocant *Hachemerwolt*, et quae eſt poteſtatis Ducum Brunſuicenſium, ſiquidem litterae feudales ab Abbatiſſis recipi ſolitae complectuntur pagum veterem Hachem et Oydeshuſen. Olim tenebant locum miniſteriales, quos Ludolfus Dux cum Rudieramarcu eccleſiae Ganderſemenſi donauerat. *Henricus* 1251. Ericus, Dux Brunſuicenſis, a. 1422 locum per nexum feudalem in ditionem ſuam ſuſcepit.

*HAGEN.* Locus in Aichsfeldia ſitus. Suſpicor, locum denominationis conſimilis olim exſtitiſſe prope Brunſuicum. Sunt Gandershemii, qui vocantur *zum Hagen*, eo quod progenitor ipſorum ad indaginem ſeu dumetum expoſitus, et, nomine carens, fuit deprehenſus. *Indago*, *Hage*, notat locum dumis pannisve ſeu retibus praeſeptum. Dumetum, quo agri circumſepti ſunt, dicebatur olim *Smachthage*. *Guncelinus de Hagen* occurrit iam in diplomate Henrici Leonis ad annum 1154. *Ludolfus de caſtro Hagen* 1181.

Vide

(b) *CHRONICON Hildeshem.* p. 754.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vide ſupra p. 707. *Engelbertus* et *Thidericus* 1299. *Bernhardus ab Hagen* et filius eius *Heierus* 1267. *Ludigerus ab Indagine* tenuit a. 1235 praefecturas Hildesheimenſes, qui tum vocabantur advocatiae. *Hans de Hagen* a. 1398 bona feudalia ab Erich poſſedit. Vide ſupra p. 854. Sed is indubie ab hiſce differt.

*HANENSEE.* Pagus in Epiſcopatu Hildeshemenſi. *Luderus ab Hanenze* 1285. *Eghardus ab Hanenſee* fuit Praepoſitus eccleſiae cathedralis Hildeshemenſis et S. Mauritii in Monte ad Hildeſiam. Alius eiusdem nominis, ſed iunior, fuit aeque Praepoſitus et iuſſu Epiſcopi Steuerwaldam abreptus et in cuſtodiam datus eſt, tanquam pacis publicae violator. Monumentum eius ſepulcrale reſtat Hildeshemi in aede baſilica. Inſigne gentilitium dedi in *tab.* 13. *fig.* 17. Vitam Preepoſiti huius habes in D. Conradi Bertholdi Behrens in *Catalogo Praepoſitorum Hildeſienſium* p. 33. ſq.

*HAVS, Domus.* Pradium ad Libenburgum prope Goslariam. Familia, inde vocitata, in hunc vsque diem floret. *Bertramus* 1220. *Tidericus* 1188. *Conradus* 1291. *Henningus*, ex hac gente ſatus, fuit medio ſaeculo XV eccleſiae cathedralis Hildeſienſis primo Decanus, poſtea (*) Epiſcopus. Floret nunc *Fridericus Ludovicus*.

*HARDENBERG.* Caſtrum olim firmiſſimum in *duro monte* (harten berg) ſaxoque prope Pleſſam et Gottingam ſupra vicum Northem. Domini de Hardenberg olim adnumerati ſunt fortiſſimis heroibus, ditiſſimis dominis et prudentiſſimis rei ſummae ſtatoribus. Antiquitas gentis eſt tanta, vt originem vltra ſeculum XIII protendat. Dabo ea, quae certis diplomatibus nituntur, nomina, donec licuerit accuratiora cum lectoribus communicare. *Guntherus* et *Bernhardus* 1232, (c) 40. Eidem fratres 1241 obuii ſunt, qui geminum ſibi domicilium in duriſſimo ſaxo ſtruxerunt. Vnde ſtirps continuo in duas diuiſa eſt progenies. *Hermannus* 1267, ſecundum Chronicon montisFrancorum p. 37. et a. 1272 in noſtro quodam diplomate. Ipſe obiit 8 Idus Maii. (d) *Bernhardus* 1305 Canonicus Ganderſemenſis et 1308 Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis. *Conradus* 1411 frater ordinis Minorum. *Henricus* 1319. *Hans* 1337. *Detmarus* 1329 Abbas Ilſenburgenſis. (**) *Engelbertus* 1338. *Wilhelmus* Abbas Helmſtadii et Werthinae (e) *Detmarus* 1305 fuit Praepoſitus eccleſiae maioris Hildeshemi; frater *Ludovicus* vero Canonicus, quocum caſtrum Steinbruck iure hypothecario tenuit. *Didericus* frater fuit eques. Agnati eorum adpellantur *Didericus* et *Hildebrandus*. Iacobus Abbas S. Michaëlis Hildeshemi a. 1400 Diterico et Iohanni, de Hardenberg dictis, bona ad Doſta et Renshuſen ſita elocauit. (f) Vtrumque Otto Dux Brunsuicenſis, ab vrbe Brunsuico fultus, debellaturus erat. (g) *Burchardus* a. 1439 erat Canonicus Hildeshemenſis, qui cum Buſchio et Rolando de Elſt multa reformauit coenobia. (h) *Henricus* ineunte ſaeculo decimo quinto Erneſtum Ducem Brunsuicenſem captiuum in itinere ad Northemium abripuit, vnde bellum exarſit longe grauiſſimum. (i) Epiſcopus Hildeſienſis *Hanſum* a. 1495 deiecit ex caſtro Hardenberg. At mox temeritatis dedit poenas Hanſumque reſtituit. *Fridericus* 1474. *Henricus* filiusque *Didericus* 1494. *Hans* a. 1530 praeſes erat Aichsfeldiae. Vide ſupra p. 973. Gertrudis a. 1516 *Gerhardum* infeudauit decima Heſerhagenſi, defuncto Henrico de Minnigerode. *Gerhardus* a. 1542 religionem Evangelicam in Ducatu Calenbergenſi admodum texit et ornauit. *Henricus* et *Iaſpar* fratres 1534. Nonnulla valeo genealogice connectere. Dolendum eſt, familiam tantopere effulgentem digno carere ſcriptoris calamo. Sed colligenda ſunt prius ea, quae hinc inde latent diſperſa, quam corpus hiſtoriae genealogicae compaginari queat. *Borchardus*, Canonicus Hildeshemenſis, anno 1446 tutelam geſſit agnatorum ſuorum *Diderici* et *Borchardi*. Ad annum 1479 occurrit *Fridericus*; ad annum 1644 *Hans Chriſtophorus*. Connectam ea, quae hoc fundunt ſchema:

Fride-

(*) *BODO* in *Syntagm. Gandersh.* p. 334. To. II. Leibn.
(c) To. II. Leibn. p. 380.
(d) Excerpta ex necrologio Werdinenſi p. 747. To. III. Leibn.
(**) To. III. Leibn. p. 687.
(e) To. III. Leibn. p. 602.
(f) Chronicon S. Michaël. Hildesh. p. 401. To. II. Leibn.
(g) *REHTMEIER* in *Braunſchweig-Luneb. Chronica* p. 620.
(h) *BVSCHIVS* To. II. Leibn. p. 492. 809. 811. 869.
(i) *ENGELHVSIVS* Chron. p. 1132. et p. 20. ſq. apud Leibnitium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Fridericus

Hans 1504-1534 praefectus Aichsfeldiae.

Chriſtophorus. 1553. 76. | Chriſtophorus. | Iobſt

Fridericus. 1577. | Curt. 1577. | Chriſtophorus 1577. | Iobſt 1576.

Vigeant et floreant incremento perenni Illuſtres Hardenbergii! Non vnum fuiſſe inſigne Hardenbergiorum gentilitium, facile pateſcit ex ſigillis noſtris. Ei, quibus nunc Deus honores et exoptatiſſima quaeque impertitur, Hardenbergii adhibent apri caput pro gentis ſuae inſignibus. Quanta fides inſit tabulae genealogicae, a Leznero et D. Conrado Bertoldo Behrens adlatae, ex adlatis facillime intelligitur. Inſignia Hardenbergiorum habes in Tab. XXXII. fig. 7. 8.

*HEDERSHVSEN*, nunc H*erhuſen*. Locus prope Seſam, gua itur Stauffenburgum. Inde dicti ſunt *Bruningus* et H*eidenricus* 1285.

*HEKENBEKE.* Pagus prope Gandeſiam in colle ſupra Leinam. Erat ei olim proximum H*ekenbekeshagen*, nunc deſertum. Cognomen inde traxerunt *Robertus* 1189 et *Ludegerus*, qui anno 1240 conſecrationi gynecei ſacri Gandershemenſi interfuit et adhuc a. 1251 vixit. Bona eorum tranſierunt ad Oldershuſios.

*HERRE.* Locus prope Hildeſiam. *Henricus de* H*erre* 1270.

*HERSTE*, H*arſte*, H*aſte*. Locus Northemium inter et Mundam. Miniſteriales inde vocati ſunt varii. Dabimus diploma vnius et tabulam genealogicam:

Ego *Iohannes miles* dictus *de* H*erſte*, omnibus Chriſti fidelibus hanc literam inſpecturis“
cupio eſſe notum, quod cum conſenſu *Baſilii mei cognati* ac omnium aliorum cohe-“
redum meorum dedi venerabili *eccleſie* Ganderſſemhenſi meram *proprietatem duorum*“
*manſorum* ſitorum *in Hugonis* H*olthoſen*, de illis bonis, que Arnoldus et Albertus ciues“
in Hildenſem dicti de Dammone a me tenuerunt in feodo. Quam quidem donatio-“
nem feci in reſtaurum cuiusdam manſi ſiti in pago *Suthem*, quem a praedicta eccleſia“
Ganderſſemenſi tenui in feodo. et vendidi eccleſie in *Stene* cum proprietate et omni“
iure, quam venditionem ſepedicta eccleſia Ganderſſenhem ad inſtantiam mei Iohan-“
nis militis ratificauit et ipſius literis ratificauit. Ne igitur ſuper hoc facto alicui in po-“
ſterum generetur ambiguum, preſens ſcriptum dedi eccleſie Ganders. ſigillorum mei“
Iohannis et Baſilii mei cognati appenſionibus munitum. Acta ſunt hec anno domini“
M°. CC°. LXXXX. I°. in diuiſione apoſtolorum.“

In ſigillo nobiles de Herſte adhibebant *ſerram.* Proſapia ipſorum dudum intercidit. En genealogiam Iohannis et Baſilii:

*

N. N. | *Baſilius* 1191.

*Iohannes* 1191.

*Iohannes*, qui dein abiit in coenobium Lippoldesberg, 1221. | *Hermannus* miles 1221. | *Helmbrecht* miles. 1221.

*Iohannes* miles 1241. 1271. 1291. | *Henricus* 1241. 1271.

*Henricus*, 1271. | *Baſilius* 1271.

*HEYDEMINDE.* Locus in Wedemerheyde quondam obuius ad Danckelſen in loco, qui nunc vocatur vp dem brande. *Lambertus de* H*eydeminde* 1337.

*HEYMBVRG*, H*eimburg*, H*aimburg*, caſtellum Blankenburgo vicinum. Reſtat nunc pagus. Domini, inde denominati, quondam exſtiterunt factis et ingenio eximii, Henricus Meibomius eorum genealogiam texuit, quem transſcribere nolim. Nec dum deſierunt tantae familiae merita. Splendor gentis elucet ex H*enrico*, qui anno 1245 magiſter fuit enſiferorum ordinis Teutonici per Liuoniam: (e) nec non ex *Bodone*, qui anno 1353 fuit Praepoſitus Capituli S. Mauritii in Monte ad Hildeshemium. Feuda Gan-

(e) I. L. Schurzfleiſch in *hiſtoria huius ordinis* p. 10.

Gandershemenſia ab Heimburgiis quondam fuiſſe poſſeſſa, ex diplomatibus ad Regenſteinenſia pertinentibus pateſcit.

*HIMSTEDE.* Pagus in Epiſcopatu Hildeshemenſi prope Peinam. Quondam Comitum ſedes, vti ex Vita Comitum de Aſſela perſpicitur. Miniſteriales, exſtinctis Comitibus, innotuerunt, adpellati de Himſtede. *Herwicus* a. 1415 ſuſcepit in feudum vnam caſam, ſitam in Sölde. An inde ſint deducendi Hemſtedii ſeu Hamſtedii, id disquirant alii.

*HOHENBVCHEN.* Pagus circa Alfeldam ad montem Hils, dictus ex frequentiſſima ibi *alta fago.* Quare miniſteriales vſi quoque ſunt adpellatione et vernacula et latina. Inſigne eorum gentilitium repraeſentatur in tab. XXXVI. Nominatim obuios deprehendi hoſce: *Conradum* 1232. *Vlricum*, qui a. 1244. iuri, quo fruebatur in dimidium decimae Nauen minoris, renuntiauit. (f) *Hoigerum* Canonicum Hildeſienſem 1264 et H*oigerum* Scholaſticum Hildeſienſis baſilicae 1260.

*HOLTHVSEN*, nunc *Langenholzen.* Locus ad Alfeldam iuxta amnem Warne, truttis diuitem, poſitus. Caſtrum ibi fuit quondam munitiſſimum. Reſtat nunc locus, der *Burgplaz.* Miniſteriales, inde dicti, tenuerunt quoque bona, Lamſpringae adiacentia. Obuii ſunt *Didericus* et *Hugo* fratres 1235. *Hugo* 1246. *Tidericus et Hugo*, fratres denuo 1341. *Lippoldus* 1360. Vide ſupra p. 850. Hic in bellis inteſtinis ſeſe cum ſuis abdidit in petram prope Brunkenſen, quae, mire excauata, adhuc vocatur *Lippoldshöle.* Antra eiusmodi olim perfoderunt ac aptarunt praeceptores litterarum ac artium, vt ne inter arma conticeſcerent Muſae. Dominis de Holthuſen ſucceſſerunt Capitulares baſilicae Hildeshemenſis, quorum nunc generoſiſſimus Dominus, de Nagel adpellatus, loci incolis iura curat dicenda.

*HONLAGE*, Locus haud procul Brunsuico. Inde dicuntur *Ludolfus* 1237. *Ludolfus* et *Bartoldus* 1296. *Iohannes* 1310, eques auratus, qui fraternitatem domus Riddagshuſanae emit. (g)

*HONROT*, *Hohenrot.* Locus prope coenobium Ringeln, vbi nunc ſtrenuiſſimi viri, de Walmoden nati, ius expromunt. Quondam totus ille pagus Abbatiſſis Genderſemenſibus. Miniſteriales, de H*onrot* dicti, et hunc pagum et duos manſos, ad Apellerſtede ſitos, ab Abbatiſſa Agneſa Anhaltina - per nexum feudalem ſuſceperunt.

*HVCKELEN*, *Huckelhem*, *Höckeln.* Locus prope Northemium ad confluentes Leinam et Moram. Immedi vxor Adela, mater Meinwerci Epiſcopi Paderbornenſis, hunc locum poſſedit. Henricus II Imperator a. 1016 diplomate publicato eccleſiae Paderbornenſi donauit tradiditque locum H*ukilhem.* Diploma produxit Schatenius. Rem ipſam enarrauit Autor Vitae S. Meinwerci c. 34. Domini Pleſſenſes, Poppo, Gotſchalcus V et Ludolfus anno 1242 ex conſenſu Ottonis Pueri in loco Huckelhem inſtituerunt coenobium pro virginibus ſacris ad regulam S. Auguſtini in honorem Dei et Mariae virginis. Perhibent, Annam, Gotſchalci V filiam, primam exſtitiſſe Prioriſſam. In hoc coenobio Domini Pleſſenſes poſthaec fuerunt ſepulti. Exſtinctis Dominis, de Pleſſe dictis, Landgrauius Haſſiae iuri ſuo quaeſito inuigilauit ac praeter alia loca vacuefacta hunc quoque occupauit. Iurisdictio capitalis ad Duces Brunsuicenſes ſpectat; dominium vtile nunc exercet Landgravius proſapiae Rotenburgicae. Miniſteriales, ab Huckeln dicti, inueniuntur inter alios hi, qui ſequuntur: *Bernhardus* 1162. *Bernhardus* et frater eius *Godſchalcus* 1181. Vide ſupra p. 707. *Henricus* 1237. Quibus exſtinctis ſucceſſerunt Domini de Pleſſe. Coenobitae Huckelhemenſis debent quotannis Capitularibus Gandershemenſibus penſionem exſoluere idque ex vetuſto inſtituto.

*IERTZE*, Pagus prope Goslariam in Epiſcopatu Hildeshemenſi. Miniſteriales, inde denominati, varia ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerunt feuda. Nominatim laudantur *Bruningus*, *Euerhardus*, *Henricus* 1302 fratres. *Iohannes* et *Bruningus* 1360 filii ex Bruningo nati. Lutgardis filii *Everhardus* 1317, cui vxor fuit Odeke, *Henricus* 1317, qui vxore vſus Salome, et *Ian*, de pape, i. e. Canonicus Ganderſemenſis. Euerhardo fuerunt porro liberi *Eberhardus*, *Henricus*, *Lutgardis.* Ipſi anno 1317 Henrico Epiſcopo Hildeshemenſi ius conferendi Paſtoratum Ierzenſem ceſſerunt. (h) *Ianus* 1350 a Gerhardo, vltimo Comite Woldenbergico, in feudum fuit intromiſſus. *Bruningus* 1389. Vide ſupra p. 852. Ab alio Bruningo naſcitur genealogia eiusmodi:

*Bru-*

(f) Chronicon montis Francorum p. 16.
(g) Meibomii Chron. Riddagsh. To. III. rer. Germ. p. 365.
(h) Leyſeri *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 81. ſq.

*Bruningus*, Vxor Eliſabetha 1317, 33.

*Bruningus*, 1317. Lutgardis. Ilſabe. Beata. Mechtildis. Petronella.

Iohannes. 1333. Henricus, 1333. Bruningus. Mechtildis.

*BRVNINGVS* alius a. 1415. in feudum ſuſcepit tres agrorum manſos, juxta Bronem ſitos.

*INFERNVS*, *Helle*, *Hölle*. Locus ad Leinam prope Embecam, qui nunc a ſalinis adpellatur *Solt tor helle*. Nobiles viri *ab inferno* nunc, nunc de *Hellen*, cognominati ſunt, quotquot ibi ſedem ac bona poſſederunt. *Albertus* a. 1389 tres manſos, prope Oſterodam ſitos, ab Abbatiſſa in feudum ſuſcepit. Vide ſupra p. 852. Arcem, quae ibi reſtat, habitauit quondam Dux vnus et alter Brunſuicenſis. Prope hunc locum viſebatur olim pagus Bönnikenhuſen, dudum deſertus, cuius nonnunquam in diplomatibus fit mentio.

*KALCHEIM*. Vide Calcheim.

*KNISTEDE*. Locus inter Salzgitter et Beinem, qua itur Gandershemio Brunſuicum et Wolfebuttelam. Commorantur adhuc ibidem nobiliſſimi viri, de Kniſtede cognominati. Inter legendum deprehendi *Henricum* 1312, 17. ac *Fridericum* 1382, 89. Vide ſupra p. 851. ſq. *Fridericus* 1415 ab Agnela Abbatiſſa in feudum ſuſcepit $2\frac{1}{2}$ manſos ad Billingesſen ſitos, 2 manſos ad Hollenſtede, 1 manſum ad Edemiſſen, 3 manſos in Ordeshuſen ibidemque decimam ſuper $7\frac{1}{2}$ manſos, vnumque pomarium. Inſigne adparet ex tab. XXXI. fig. 12.

*KOCH*. Familia ſic dicta virtute militari quondam gloriam et opes ſibi peperit. *Iohannes*, tribunus militum Ducalium, bona in et iuxta pagum Herhuſen circa Seſam ſibi comparauit. Idem a. 1650 loco heredum cancellarii Iagemanni infeudatus eſt ab Abbatiſſa, nempe ſemi-manſo, inter Seſam et Engela ſito, duobus immunibus agrorum manſis et curia ſalia in Herhuſen, nec non decima in nouale, ac decima alia minori, inter Seſam et Bilderla percipienda. Götzii autem in deceſſum Iagemannorum praemuniti erant iure ſuccedendi. Sed lis, inde enata, in iudicio feudali Bokenemenſi, ab Abbatiſſa exercito, diremta fuit. Iohannes praeter bona Herhuſana acquiſiuit quoque Windhuſana. Vnde filii ipſius in geminam abierunt proſapiam. Chriſtianus Vlricus, filius ipſius natu tertius, Henriettae Chriſtinae Abbatiſſae adminiſter primarius exſtitit, Canonicum egit Gandershemenſem, et anno 1708 ſibi proſpexit de ſpe ſuccedendi in bona Büttneriorum, quae conſiſtunt in $2\frac{1}{2}$ manſis ad Heiershuſen, decima quadam ad Ortshuſen, $\frac{1}{2}$ manſo ad Gronau, vno et quadrante manſi aliisque bonis ad Eime in praefectura Lauenſteinenſi, quinque manſis ad Vermſen in praefectura Mundenſi, quadrante manſi iuxta Harrihuſen, $\frac{1}{2}$ manſo ad Elligerode, $\frac{1}{4}$ manſi aduocatiae ad Opperhuſen ac tribus manſis ad Elligerode aliisque bonis compluribus.

*Iohannes* Koch de Herhauſen, Windhauſen et Seſen 1600 † 1677. Vx. Maria de Schwarzkop, filia Cancellarii Guelferbitani.

- Antonius Ferdinandus 1655 natus, tribunus militum Haſſiacorum.
  - Chriſtophorus Ioſephus.
  - Carolus Antonius.
- Chriſtianus Vlricus
  - Ioh. Chriſtoph. 1714.
  - Otto Chriſtian 1714.
- Anna Maria nupta Chriſtophoro de Hagen

Inſigne gentilitium adductum vides in Tab. XXXII. fig. 13.

*KROPF*. Ditericus de Kropf, praefectus aulae Abbatialis, a. 1667 ſpem ſibi aperuit ſuccedendi in feuda Steinbergiorum de Wiſpenſtein. Filiis gauiſus eſt *Diterico*, *Chriſtophoro*, *Wilhelmo Ottone*. Chriſtiani Sigismundi vidua eſt Clara Magdalena de Könizen. Ante Kropfios iam Walmodii ſpem illam tenent, fide publica corroboratam.

*LA*. *Iuſtus* de La, frater *Curtius* huiusque filius *Iohannes* tenuerunt a. 1504 nexu feudali agros ad Bonnikeſſen ſitos, iuxta *Salz der Hellen*.

*LANGELE*. Pagus in Epiſcopatu Halberſtadenſi, Stapelburgum inter et Dernburgum. *Albertus* 1389. Vide ſupra p. 852. *Albertus* 1436 eſt infeudatus 2 manſis ac 2 areis caſatis in pago Redeber, ad Wernigerodam ſito.

*LANGELEVE*. Pagus ad ſiluam Elmum prope Regiolothariam et Helmſtadium. *Fridericus* filiusque *Mauritius* ac Friderici frater *Eberhardus* huiusque filii *Iohannes*, *Fridericus*

*cus*, *Henricus* et *Carſten* a. 1469 infeudantur bonis quibusdam, a familia Spadiorum poſſeſſis. Conf. p. 929. Anno 1479 infeudantur *Mauritius*, Friderici filius, *Iohannes*, *Fridericus* et *Carſten* eisdem bonis, a Sandero de Walmoden poſſeſſis, $8\frac{1}{2}$ talentis ac 4 Schillingis argenti et 2 manſis in campis Seſenſibus bonisque iuxta Dalem ſitis. Item eodem anno ipſi per eumdem nexum obtinuerunt decimam Esbeccenſem, 4 manſos ad Bilderbeck, alia in Opperhuſen, Olxen, Heygershuſen, Hallenſen, Ippenſen, Rimmerode, Mechteshuſen, tres manſos ad Bervelde, dimidium decimae ad Bilderla, 4 villicationes aliaque in Wolperode et Clauenſen, 2 areas immunes intra Gandeſiam, vnum manſum et vnam aream in Sebboldeshuſen, 2 manſos iuxta Esbecke, 2 manſos iuxta Bornem, decimam Rimmerodenſem, ſemimanſum ad Wreſſingerode: nec non quinque fertones pecuniae in Geueldehuſen, manſum ad Altenganderſem, 4 manſos ad Bentigerode, 3 manſos iuxta Hollenſtede, 2 manſos ad Billingeſſen, 3 manſos ad Oſterodam, 1 manſum iuxta Opperhuſum, $4\frac{1}{2}$ manſos ad Menſingerode, ius patronatus in *Kocberge*, vnum manſum ad Rorasvelde et complura alia.

*LENGEDE.* *Guncelinus* eiusque vxor Alheidis, filiique *Henricus*, *Guncelinus*, *Hartwicus* ac tres alii de Lengede iam exſtant in diplomate Henrici Leonis. *Hermannus* 1215. *Henricus* et *Iohannes* fratres 1261. *Henricus* 1272. *Iohannes* 1273. *Ludolfus* 1360, 89. Vide p. 883. *Iohannes* de Lengede ſacerdos 1280. *Rudolfus* a. 1415 in feudum ſuſcepit 4 manſos, ad Bilderbeck ſitos, vnamque ibidem curiam ſaliam.

*LETGAST.* Inde dicti ſunt *Detmarus* 1248 et *Detmarus* 1356. *Werneri* fuit mentio ad annum 1280, ad quem quoque ſigillum eius repraeſentaui in Tab. XXXII. fig. 18.

*LINDE*, *Lindede.* Locus ad Lichtenbergam aliusque nominis eiusdem ad Guelferbitum. Ad miniſteriales de Linde ſpectant *Ludovicus* 1256. *Henricus* et *Conradus* 1295. *Curtius* filiusque *Ditericus* 1381. *Curtius* alius 1437 cum filio *Diterico* 1460. Reliquorum partem ita cohaerere intellexi.

*

| | | |
|---|---|---|
| N. N. | N. N. | Hans 1430. |
| Henricus, 1397. Ianus 1419. | Ludovicus 1397. Cort, Baldewin 1397. | Ditericus, 1475. Henricus 1480, 1485. |
| | | Ditericus Can. Gandersh. 1475, 85, 1515. vltimus familiae. |

Lindii permulta tenuerunt bona in Sleveke alibique ab eccleſia Ganderſemenſi. Inſignia ipſorum adtuli in Tab. XXXII. fig. 17. 19.

**LOHNEISEN.* Generoſiſſimi viri, inde denominati, ex nexu feudali tenent pagum Neiendorf ſub monte Oiſel cum advocatia, iure criminali, paſtione ouium, decem manſis et 13 caſis. Ab Aſſeburgiis haec quondam reſignata. *Georgius Engelhartus* 1613 praefectus rei metallicae per Herciniam, de qua, ni fallor, inſignem librum conſcripſit. Fuerunt ei filii *Henricus Iulius* ac *Wolfius Erneſtus*. Ex Henrico Iulio nati ſunt *Fridericus Vlricus*, *Georgius Engelhardus* et *Iulius*; Ex Wolfio Erneſto autem *Georgius Henningus*, 1649 obuius. *Iohannes Wernerus* occurrit ad annum 1690. Inſignia dedi in Tab. XXXII. fig. 21.

*LOHTEN*, *Lochten.* Praedium generoſiſſimorum de König prope Libenburgum. *Ludolfus de Lochtene* miles 1305.

*LOSSE.* *Iohannes de Loſſe* 1389. Vide p. 853.

*LVCKELN.* Vicus vltra Guelferbitum, vbi commoratur commendator ordinis teutonici S. Mariae Lutheranus, pendens ab auctoritate Magiſtri, qui reſidet Mergenthemii in Franconia. *Georgius Sehlen*, commendator, accuſatus eſt Guelferbiti ab Abbatiſſa Magdalena Columnenſi, eo quod nexum feudalem ob bona Langelevenſia renovare negligat.

**LVDEKE.* Vrbanus Ditericus, de Ludeke dictus, adminiſter intimarum deſtinationum fuit penes Antonium Vlricum et Auguſtum Wilhelmum, vir, ſi quisquam alius, prudentia, conſilio, omnigena rerum ſcientia et quotidiano vſu nemini ſecundus. In ſpem admiſſus eſt, ob inſignia merita, ſuccedendi per poſteros maſculos in feuda Aſſeburgiorum. Filius nominis eiusdem, cedentibus Philippo Wernero et Maximiliano Adamo, infeudatus eſt villa in Hekenbeke et ſemimanſo, ſito ad Gandersheim. Ipſe

Ipſe Walckenredenſis coenobii dynaſta fuit clementiſſime declaratus, vnumque, proh dolor! heredem oſculatur ſuperſtitem, quem Deus conſeruet!

*LVTHARZEN*, *Lühthars*, ad confinia Bodenwerderae et Viſurgis. Locum ex beneficio eccleſiae Ganderſemenſis tenuerunt quondam miniſteriales, inde dicti. Feudis antiquis Brunsuicenſibus nunc inſertus eſt locus. *Arnoldus de Lutharzen* a. 1452 electioni Sophiae IV interfuit. Vide p. 917.

*LVTTER* inter Goslariam et Hildeshemium, nunc ſedes praefecturae Brunsuicenſis. Dicitur *Lutter* ad *Bakenberg* ſeu *Barenberg*. Differt ita a *Luttera Regis*, Königslutter, oppido et Abbatia inter Helmſtadium et Guelferbitum, nobili ex cereuiſia *Dukſtein*. Luttera Regis ſic vocatur a Lothario Rege, qui ibi requieſcit cum Henrico Magnanimo, genero. A Lutherio ſeu Lothario indubie *Lutter* prius fuit adpellatum. Lutheriomarcam Ludolfus Dux Saxoniae coenobio Brunteshuſano donauit. Gepta ſeu Gerberga II Abbatiſſa Gandershemenſis duos manſos ſuos ibi ſitos donauit Meinwerco, concionatori aulico Ottonis II, poſthaec ad Epiſcopatum Paderbornenſem euecto. Eccleſia Paderbornenſis in tractu illo poſtea, ni ex hereditate Meinwerci, plures adquiſiuit agros. Etenim ſaeculo XIII Walmodii feuda ab Epiſcopis Paderbornenſibus receperunt. *Bakenberg* eſt pars vaſtiſſimae olim ſiluae Herciniae, quae dicebatur *Bacenis*, et inſtar muri natiui obiecta Cheruſcos a Sueuis, vtrosque a mutuis iniuriis, prohibebat, teſte *CAESARE* de B. G. L. VI. c. 10. Habuit Lutter antiquiſſimos miniſteriales, eccleſiae Gandeſienſi addictos.

*Andreas de Luttere* eſt obuius ad annos 1233 et 1234.
*Iohannes de Lutheren* a. 1244. *Fridericus de Lutter* ad a. 1220.
*Lippoldus de Luttere* a. 1256.
*Egbertus de Luttere* a. 1258. Hic ſecutus eſt partes Alberti Magni, Ducis Brunsuicenſis, et cum eo Aſſeburgum expugnauit. Videtur ipſe caſtri partem et bona Ducibus Brunsuicenſibus in feudum obtuliſſe.
*Andreas de Lutter* a. 1282. Hic dicitur Leopoldi filius ad a. 1270. Supra p. 425.
*Eberhardus et Aſchwinus fratres de Lutter* a. 1289. qui vendiderunt dimidium manſum in Kericknowe coenobio Francobergenſi. *Aſchwinus de Lutter* a. 1209.
*Aſchwinus* et *Dethmarus* (*) fratres 1295. *Dethmarus* 1298.
*Conradus de Lutter* (b) a. 1320. *Andreas de Luttere famulus* a. 1324.
*Aſchwinus de Lutter* a. 1384.

Poſſederunt cum eis Walmodii caſtrum Lutter. Anno 1323 Duces Brunsuicenſes, Erneſtus, Wilhelmus et Iohannes, vendiderunt hypothecae loco Lutterum nobilibus de Oberge dictis et paullo poſt eodem anno lege eadem Ottoni, Comiti de Woldenberg, Epiſcopo Hildeſienſi. (**) Ex eo tempore Lutterum retinuerunt Epiſcopi Hildeſienſes ad annum vsque 1523. Curtius de Bock ſeptem millibus florenorum illud poſſidebat pretio. Eadem ratione pleraſque praefecturas Hildeſienſis Epiſcopatus loco hypothecarum obtinebant familiae generoſae aliae. Quas quum Iohannes Epiſcopus hypothecis illis eſſet exuturus, eae ad Ericum et Henricum iuniorem, Duces Brunsuicenſes defecerunt, qui plurimis caſtris ac praefecturis Epiſcopum a Carolo V proſcriptum priuabant. Anno tandem 1626 anteſignanus Saxoniae inferioris Chriſtianus, Rex Daniae, XVII Auguſti die ad Lutteram haud procul a Nauen praelio funeſtiſſimo deiectus, vix terram ſuam pace Lubecenſi 1629 a Caeſareanis liberauit. Friderico Vlrico deinceps defuncto, Auguſtus Dannebergae Dominus partem terrarum Brunsvicenſium ampliorem nactus, anno 1644 cum Duce Bauariae et Epiſcopo Hildeſienſi Ferdinando compactis initis, Lutterum retinuit per modum feudi maſculi ab Epiſcopis Hildeshemenſibus recognoſcendi. Pontifex Romanus iam anno 1540 vrſerat fruſtra redditionem caſtri

(*) In Diplomate Siſridi Epiſcopi Hildeſienſis, et a. 1345 in diplomate Magni ac Erneſti Ducum Brunsuicenſium.

(b) *Conradus, de Luttere* miles, fuit aduocatus Iohannis Epiſcopi Hildesheimenſis a. 1365, vti patet ex litteris Iohannis eiusdem apud *Polycarpum LYSERVM* in *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium* p. 61. Nam a. 1282. Epiſcopus Hildeshemenſis iam caſtrum Luttere ſibi vindicauit. *CHRONICON STEDERBVRGENSE* p. 868. To. I. Leibn. *Eodem anno Dominus Epiſcopus, cooperante ſibi Duce de Luneborch, caſtrum Luttere obſedit, et nouam petitionem, imo exactionem, in totam dioeceſin fecit.*

(**) Litteras oppignorationis produxit *REHTMEIER* in Braunſchweig-Luneburgiſcher Chronica P. III. c. 32. p. 533.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſtri Lutter. Complura occurrent infra de caſtro Lutter, vbi de Walmodiis diſſerendi erit occaſio. Nonnulla deliberauimus in Diſſ. I. ſeu Parte II §. VIII. not. ff gg hh. Supereſt quoque Lutterum aliud ad Inneram haud procul a Sodder et Binder in Epiſcopatu Hildeſienſi.

*MALDEM.* Pagus ad Bokenum ſitus, obnoxius praefecturae et Seſenſi et Lutterenſi. Parochialis collatio eſt penes coenobium S. Georgii, quod eſt iuxta Goslariam. Ex Maldem dicti ſunt *Gerhardus* 1317. *Bodo* 1360. *Gerhardus* 1389. Vide p. 851. Ipſe 1415 renouauit nexum feudalem reſpectu quinque manſorum ad Sleveke, vndecim caſarum ac decimae per $7\frac{1}{2}$ manſos campi ad Bakenrode. Vxor ei Cunegunda. *Didericus* a. 1475 recepit feuda. Vide p. 931. Ipſe fuit ſuae ſtirpis vltimus.

*MANDELSLOH.* Caſtrum, nunc vicus, ad Neoſtadium iuxta Rübenberge in Ducatu Calenbergenſi. Familia, inde nomen ſortita, floret adhuc in Holſatia, ac nonnulla praedia in Ducatu Cellenſi poſſidet. A Mandelsloh dicuntur viri et manu et conſilio promti. *Lippoldus* 1248. *Albertus* 1253. *Ludolfus* et *Lippoldus* fratres 1273 ſuſceperunt feuda a Burchardo, Comite Welpienſi. *Lippoldus* diues *Lippoldus* longus et frater *Ludolfus* promiſerunt Lippoldo ſeniori, ſeſe pro communi ſingularum animarum ſalute decimas, Abbenhuſanam et Holtſulledenſem, coenobio Loccumenſi tradituros. Traditio contigit anno 1278. *Lippoldus* et *Herbertus* fratres 1283. *Hartbertus* miles a. 1314 Epiſcopo Mindenſi Gothfrido tres manſos reſignauit, ſitos ad Marslo. Ipſe cum filiis *Hartberto* ac *Conrado* vendidit a. 1316, conſenſu Wilkini ac Herborti, filii ac fratris, decimam Hesdorfienſem, et ius in molendinum Abrahami venum dedit ciuibus nonnullis Hannoveranis. *Hartbertus*, famulus, Dominicani ordinis virginibus votiuis Lemgouienſibus intulit iniurias et detrimenta, ſi credimus ſtilo Monachorum. Idem renuntiauit anno 1317 iuri ſuo in Boſentorpe. *Iohannes armiger* ad annum 1325 in veterum chartis eſt praeſto. *Heineco* et *Ditericus*, fratres, anno 1381 in ſeſe ſuſceperunt defenſionem ciuium Hannoveranorum, quoties hi interuentu fluminum Bremam vectarentur. Eidem fratres Hannoveranis a. 1390 vecturam immunem per Wehre et Müden permiſerunt, inito praeterea mutuae tuitionis pacto. *Ditericus* a. 1392 confoederationi magnae Luneburgenſi nomen dedit. *Herbortus* a. 1446 a ſenatu Luneburgenſi 600 florenos fuit mutuatus, ſuppeditandos Iohanni Epiſcopo, qui Statio de Klencken magnam aeris ſummam debebat. Anno 1454 *Curtius*, Heineconis filius, ac *Heineco*, *Herbortus* et *Ditericus*, ex Curtio nati, ab eodem Epiſcopo receperunt feuda. *Harbordus* 1465 fuit Praepoſitus eccleſiae cathedralis Hildeshemenſis. Ad annum 1477 obuius eſt *Bertoldus*, filius Curtii. *Nicolaum* fuiſſe Canonicum Bremenſem 1479, fide veterum conſtat. *Heino*, in Decanum eccleſiae Bremenſis electus, a. 1503, ſacellum S. Lazari a. 1526 fundauit. *Michaël* exſtitit 1479 Canonicus Verdenſis; *Ditericus* 1541 itidem. *Andreas* a. 1550 commemoratur. *Bartholdus* 1552 legatus Electoris Brandeburgici Iohannis ad comitia Paſſauienſia. *Erneſtus* 1567 ſtetit a partibus Wilhelmi de Grumbach in bello Grumbachio. *Conradus* filiusque *Otto Aſche* tenuerunt praedia Ribbesbüttel, Hilberding et Rethem, ac Mareſchalli fuerunt in aula Cellenſi. Conradi abnepos fuit *Otto Aſche*, tribunus Gifhornii, conſiliarius prouincialis et tributorum per Ducatum Luneburgicum. *Burchardus* habitabat Seſae 1559, 67. cum filio *Diterico*, cuius fit mentio ad annum 1580. Burchardus comparauerat ſibi bona Langelebiorum, ad Seſam ſita ideoque ſeſe obnoxium eccleſiae Ganderſemenſi per vinculum clientelare reddiderat. Filii Ottonis Aſchwini fuerunt hi: *Iohannes Otto*, judex aulae Cellenſis, natus 1624, defunctus 1687, nec non *Gebhardus Iulius*, camerarius Electoris Brandeburgici, conſiliarius regiminis Magdeburgici, quaeſitor ſupremus et Decanus Magdeburgi. Prior vxorem duxit alteram poſt alteram, Catharinam Eliſabetham de Bremer ac poſtea Hedewigem Catharinam de Mahrenholz, filiam Mauritii in Dickhorſt. Poſterior iunxit matrimonium cum Maria Lucia de Schulemburg, lineae Apenburgicae, filia Alberti et Luciae Catharinae de Mandelsloh: deinde cum Dorothea de Minding: tandem cum domicella de Wellinghauſen. Gebhardus Iulius progenuit *Ottonem Albertum*, Canonicum S. Sebaſtiani et S. Gangolphi Magdeburgicum, iunctum matrimonio cum Chriſtina Eliſabetha de Veltheim. Bartensleben, filia Ioachimi Ludolfi. Ipſe obiit 1709. Ex hoc coniugio ſuperſunt *Ioachimus Ludolfus* n. 1708. 24 Ian. *Gebhardus Iulius* n. 1704: *Carolus Fridericus* n. 1705: *Auguſtus Lebrechtus* n. 1706: *Lucia Helena* n. 1708. A gente Mandelslohica caſtrum Ricklingen poſſidetur prope Hannoveram. In diplomatibus noſtris ad a. 1648 fit mentio *Michaëlis* et *Georgii*. Praeter hoſce ſunt memoratu digni

Her-

*Herbertus*, frater de Mandelsloh, quondam eccleſiae Mindenſis Decanus, poſthaec per annos quindecim Prior ſui ordinis. Mentionem eius circa initia ſaeculi XIII iniicit Lerbeccius. (a) Ad exitum ſaeculi eiusdem notat idem Lerbeccius: (b) *Circa eadem tempora Dominus Albertus de Mandelslo, Decanus, in iure canonico Licentiatus, ſaeculo valedicens, ordinem Praedicatorum apud Mindam intrauit.* Medio ſaeculo decimo quarto Mandelslohenſes tenuerunt caſtrum Slotelburg, ſpoliisque ac rapinis more tum ſolito vias et viatores infeſtandos curarunt, ſi fides eſt Lerbeccio p. 190. Anno 1392 eccleſia parochialis caſtri Mandelsloh per *Theodericum de Mandelsloh* commutata fuit in collegiatam, quae conſtaret coetu ſex canonicorum et duorum vicariorum. (c) Sub initia ſaeculi XV Comes Hoienſis caſtrum Petershagen *Euſtatio de Mandelslo* oppignorauit, (d) ea aetate admodum potenti. Anno 1410 *Conradus de Mandelslo* vnam plateam oppidi Petershagen clanculum combuſſit. (e) Qua de cauſſa in moleſtias iudicii vehmici fere incidit, quas euitaturus Wildeshuſam profugit. (f) Iohannes, Epiſcopus Verdenſis, qui anno 1386 obiit, a militibus, dictis de Mandelslo, caſtrum Rotenburg marcis 8000 Luneburgenſium denariorum redemit. Mauritius, Comes Oldenburgicus, ſaeculo XV ineunte *Heineconem de Mandelslo* conſtituit nouello Comiti Hoienſi Iacobo. (g) *Thidericus de Mandelslo* occidit Ducem Saxoniae, qui viduam Magni, Ducis Brunsuicenſis, vxorem duxerat et caſtrum Rickelingen oppugnabat. Henricus vero, Magni filius, ea de cauſſa Thidericum medio ſaeculo decimo quinto prope coenobium Werdere ſuſpendit de patibulo. (h) Etenim Dux MAGNVS generoſis heroibus, de Mandelslo dictis, minus fauerat. Id quod vel ex eo intelligitur, quod Dux idem anno integro caſtrum Mandelsloh obſederat tandemque anno vno ante mortem occupauerat. (i) Anno autem 1395 Dux Brunsuicenſis Henricus Thidericum ad Cellam ſibi praeſto eſſe iuſſit. Advenientem Dux ipſe manu ſua tanquam perduellem confodit. (k) Quo facto Luneburgenſes rebellarunt vehementius copiasque aduerſum Duces conſcripſerunt, ac in primis anteſignanum delegerunt *Statium de Mandelslo*, Tiderici fratrem. Duces autem, mala auerſuri impendentia, Mandelslohenſibus in gratiam Luneburgenſium ſatisfecerunt. (l) Initio quidem Mandelslohenſes contra Luneburgenſes arma corripuerant, ideoque obſidebantur in caſtro ſuo Ricklingen; at ipſi caſtrum ſuum ita defendebant, vt Albertum, Ducem Saxoniae, glande plumbea necarent. (m) *Lippoldus de Mandelslo* a. 1363. 8 Octobris in Abbatem Luccenſem electus fuit obiitque a. 1369. 6 Aug. (n) *Ditericus* a. 1519 tenebat partem caſtri Widelage. (o) *Hermannus Chriſtophorus* munia tribunitia Ferdinando III in bello tricennali praeſtitit, cubicularius Dominus Leopoldi Wilhelmi, Archiducis Auſtriae, poſtea Maximillani Henrici Epiſcopi Hildeſienſis conſiliarius et ſatrapes Gronauienſis. *Hermannus Albertus* anno 1636 in Moscoviam, Perſiam, Indiamque Orientalem peregre abiit. Hodoeporeticon eius Adamus Olearius Slesvici a. 1658. in forma fere maxima edidit, inſcriptum: *Des Hochedelgebornen Iohan Albrechts von Mandelslo Morgenlaendiſche Reyſebeſchreibung.* In praefatione, libro praemiſſa, complura inueniuntur momenta, ad vitam generoſiſſimi autoris ſpectantia. Ipſe, ex itineribus redux, ſtipendia militaria ſub Rege Galliarum fecit et a. 1644 Lutetiae variolis exſtinctus obiit. *Hermannum Albertum* alium, vrbis Höchſt defenſorem, anno 1646 bellum tricennale illuſtrauit. *Ludolfus Hugo* Hannoveranae aulae fuit Procancellarius et Electoralis conſiliarius intimus, defunctus 1704 menſe Septembris. *Conradus* frater praefectus exſtitit Stolzenavienſis. Communis pater

*Statius*

(a) In Chron. Epp. Mindens. p. 183. To. II. Leibn.
(b) Loco laudato p. 188. ſq.
(c) Lerbeccius l. c. p. 195.
(d) Idem p. 198.
(e) Idem p. 206.
(f) Idem p. 208. ſq.
(g) *IOH. RHODIVS* in *Chronico Bremenſi* p. 270. To. II. Leibn.
(h) *ENGELHVSIVS* in *Chronico* p. 1130. To. II. Leibn.
(i) *LERBECCIVS* in *Chronico Epp. Mind.* p. 195.
(k) *CHRONICON Luneburgicum* p. 193. To. III. Leibn.
(l) Ibidem p. 194.
(m) *BOTHO* in *Chronico picturato Brunsuic.* ad a. 1385. p. 389. *Breuis narratio belli Luneburgici* p. 675. To. III. Leibn.
(n) *CHRONICON Luccenſe* p. 696. To. III. Leibn.
(o) *Stiftiſche Fehde* p. 259.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Statius Hugo*, natus a. 1595. 6 Aprilis praedium Hagenburg in Comitatu Schaumburgico tenuit, obiitque anno 1678. 11 Ian. Chartae noſtrae docent praeterea, *Hermannum* quemdam a. 1581 pacem reſtituiſſe inter viros generoſos, de Reden cognominatos.

*MANDER.* Locus in praefectura Libenburg intra Epiſcopatum Hildeshemenſem. Nunc adpellatur *Manert*, eſtque vel maius vel minus. Inde cognominatos ſentio *Rudolfum* 1181, 1210, 17. *Fridericum* 1264. *Burchardum* 1324. *Stephanum* 1360. *Gerhardum* 1389. Vide ſupra p. 852. *Conradus* fuit duodecimus Magiſter ordinis enſiferorum Livonorum Teutonici circa annum 1269. (p)

*MEINERSEM.* Sedes domini vetuſti Cellam inter et Giſhornium, nunc praefectura Electoralis. Dominos recenſuit Meibomius. (q) Spicilegium addemus. *Luthardus*, ad annum 1314 obuius, ſupra commemoratur. (r) Ad annum 1272 in diplomate Hildeſienſi occurrit *Luchardus* ſeu potius *Luthardus* cum filiis *Burchardo*, *Luchardo*, *Bernhardo* maioris eccleſiae Hildeshemenſis canonico, *Luchardo*, ac filiabus *Lucharde* et *Bia*. *Armgardis* fuit Decana Quedlinburgenſis circa annum 1299. (s) Alia *Ermegardis* euaſit Quedlinburgi a. 1338 canonica, Decanatum adepta a. 1361, immo Praepoſituram 1377. *Gertrudis* ibidem exſtitit Decana a. 1355 obiitque circiter a. 1360.

*MIDEN*, *Meden*, *Medem.* Pagus quondam prope Northemium verſus Sutheim. Heredes agrorum incolunt vrbem Northeim ac vocantur *Medemer Erben*. De Meden dicti fuerunt *Henricus longus* 1181. (t) *Adolfus* 1314. *Ludolfus* 1314. (u) *Hermannus* 1389. Supra p. 853. *Borchardus* et *Henricus* 1371 patrueles. (x) *Hermannus* a. 1415 in feudum ab Abbatiſſa ſuſcepit 4½ manſos agrorum iuxta Bilderla ſitorum, 2 caſas et vnam aream in coemeterio ibidem, curiam nigram, decimam in Peddeln, 2 ibidem agrorum manſos, 5 manſos ad Erich maius, item pagum Oydeshuſen iuxta Tzeninge prope Rüden cum ſingulis eodem pertinentibus, decimis, iudiciis et aduocatiis, excepto vno manſo, quo fruebantur Crammii: octo manſos agrorum iuxta Bokeln, et ſesquidecimam iuxta Bilderla, quam tamen Abbatiſſa ſibi vindicare nitebatur. *Hans* et *Ludevicus*, ex Hermanno nati, a. 1420 decimam Peddelenſem oppignorarunt. *Hans*, a. 1422 fuit infeudatus eis bonis, quae poſthaec ceſſerunt viris illuſtribus ac generoſiſſimis, queis de Walmoden cognomentum adhaeſit.

* *MINNIGERODE.* Caſtrum quondam in confiniis Aichsfeldicis ac Principatus Sondershuſani, cuius rudera duntaxat exſtant. Locus ipſe ad fundationem et dotem primam eccleſiae maioris Gandershemenſis pertinuit. Generoſorum de Minnigerode virorum origo deſumi ſolet ac deduci ex gente (y) Rimiorum; Rimii porro ex Italia ortos credunt, qui norunt, in ea regione dari familias, qui *di corrigio* cognominantur. Sed nil fundamenti loco adfertur, praeterquam quod Germanorum *rieme* ſit Italorum *corrigio*. Spectatiſſima Minnigerodenſium gens tenet pagos Bokelhagen, Silkerode, inſigne praedium ac ius parochiale in Solt tor Hellen, agros ad Gebeldehuſen et bona complura. *Otto* filiusque *Henricus* a. 1497 in feudum ab Abbatiſſa ſuſceperunt decimam Heſerhagenſem. In praeſens Minnigerodii 18 ſalias areas, in Gibelhuſen ſitas, ab Abbatiſſis in feudum ſuſcipiunt. Dabo ea, quae ſunt ad manum. *Hans*, *Iohannes*, *Hans*, *Hans*, et *Hans* fratres de Mynigerode a. 1481 ex conſenſu Alberti et Henrici, Ducum Brunsuicenſium, ab Hanſo de Ammenſen 38 florenos renanos ſumſerunt mutuos, loco vſurae annuae promittentes marcam argenti ex pago Coſenſen, Ducum feudo, et talentum ex 2 manſis agrorum ſitorum ad Dornigeſſen, nunc Dörriſſen, emtorum a Decano et Capitulo S. Alexandri Embecenſi. Nonnulla ita cohaerent:

Iodo-

(p) I. L. Schurzfleiſch in Hiſtoria eius ordinis p. 24. ed. Vitemberg. 1701. 8.
(q) To. III. rer. Germ. p. 364.
(r) Supra p. 997.
(s) Kettneri *Quedlinburgiſche Kirchen-Hiſtorie* p. 79. ſqq.
(t) Vide ſupra p. 707.
(u) Heineccius in *Antiqq. Goslar.* p. 330.
(x) Supra p. 855.
(y) Vide Leuckfeldii *Antiqq. Poeldens.* c. 21. p. 136.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*

Iodocus 1559

Hans 1591. | Hans 1572, 91. | Hans | Hans Heidenrich | Hans Caſpar 1572, 91. | Hans Georg 1572,91.

Iobſt Ludevicus 1629. | Caſpar. | Hans Wilhelm 1613. | Hans Iobſt 1613. | Hans Daniel 1629. | Iohannes, 1629.

Hans Wilhelm 1654 | Iodocus Aſcanius 1654.

Ioh. Ludovicus praefectus venationum 1690. | Chriſtian Ludovic. 1690, 94. | Henricus Chriſtianus 1694. 1710.

GeorgLudov. 1694. 1710, 29. | Henricus. 1710. 29. | Iohannes Melchior. 1729. | Hans Carolus 1710 | Chriſtianus Ludevicus 1710, 29.

* *

Iodocus

Franciſcus 1559. 99.

Hans 1611

Hans 1629.

Franciſcus, 1629. 50, 54. | Erneſtus Chriſtianus 1654

Hans Erneſtus 1654, 71, 77, 80. | Henricus Mauritius 1677. 96.

Hans 1691. 94. | Adam Rudolf 1694. 1710. | Henricus | Otto Wilke 1729.

Chriſtian, Ernſt. 1710. | Wilhelm Frid. | Hans Gunther | Aug. Frid. | Henricus 1710. | Henricus Chriſtophorus 1729. | Henr. Frid. Maur. 1729. | Otto Fridericus. 1729. | Erneſtus Wilhelmus 1729.

Aug. Wilh. 1729. | Albr. Frid. Lud. | Wilh. Frid. | Auguſtus Fridericus 1729.

* * *

Iodocus

Hans ſenior

Hans Iobſt 1613. 29.

Hans 1654, 71, 77, 80. | Hans Wilhelm 1654, 77, 80.

Iodocus Burchardus 1690, 94. | Hans Fridericus 1690 94. | Hans Caſpar 1690, 94. | Hans Fridericus 1690, 94.

Hans Adam 1710 Vx. Dorothea Charlotta de Minnigerode | Frid. Chriſtoph. | Hier. Phil. Frid. 1710, 29.

Aug. Burch. Frid. | Frid. Carol. Lud. | Frid. Melch.

*MOTLEVINGEROT*, *Mitligerode*. Locus prope Oſterodam verſus Vhrde, olim Orta, in tractu Lisga. Reliquiae murorum caſtri reſtant. Eccleſia Gandersſemenſis quamplurimos ibi quondam poſſedit manſos. Miniſterialibus, de Motlevingerode dictis, hoſce fuiſſe in fidem traditos, accepimus. Occurrit *Gerhardus* a. 1240. (z)

*MVNCHHAVSEN*. Inde dicuntur viri generoſiſſimi, ſcientiis et Marte praeclari. *Statius* et *Hilmarus* de Münchhauſen 1597 ad annum vsque 1620 Elbingerodam pignoris

(z) Leznerl *Antiqq. Pleſſenſes* p. 202. ed. Ioach. Meieri.

Nn nn nn nn nn

gnoris loco tenuerunt eoque nomine a. 1604 ab Abbatiſſa infeudati ſunt. *Hilmarus*, Statii filius anno 1654 a Catharina Eliſabetha expetiit renouationem feudalem. Hilmari filii idem precibus contenderunt a. 1658, quibus fuerunt nomina *Liborius*, *Philippus*, *Adolfus* et *Hilmarus*. Ex Statii filia nati ſunt Aſchwinus Statius et Chriſtophorus Iohannes de Aſſeburg, qui petierunt, vt in communionem feudi Elbigerodenſis admitterentur. Elbingerodenſis tractus quondam in feudum erat datus Comitibus Stolbergenſibus. *Wolfius Erneſtus*, *Ludevicus Georgius* et *Chriſtophorus* fratres ac agnati, Comites Stolbergi, Konigsſtenii, Rutſchefortii et Wernigerodae a. 1584 conſenſu Sereniſſimorum Ducum Brunsuicenſium Wolfgangi et Philippi vendiderunt Henrico Iulio, Epiſcopo Halberſtadenſi, qua Duci Brunsuicenſi, caſtrum, vicum et praefecturam Elbingerode cum metallis fodinisque ferrariis ac officinis Trockfort, Lüdershof, Königshof, Sauſſenburgk, Murhol et ſiluis adnexis, ſitis per Comitatum Stolbergenſem ac Wernigerodenſem, pretio 91303 thalerorum et 12 gr. quos dederant Duci mutuas Statius de Münchhauſen, Aſchwinus de Holla, Oldershuſii, Franciſcus de Minnigerode, Bado de Adelipſen et Gladebeckii. Contractui ſubſcripſerunt a. 1597 Wolfius Erneſtus Comes et Bartoldus Lüdeke D. ac Henricus Beſſell.

*MVTZEVAL*, *Mitſcheval*. Pagus iuxta Clettenbergam in Comitatu Hohnſteinenſi. Miniſteriales, inde dicti, tenuerunt bona, iuxta Hebenhuſen ſita, quae Fridericus a. 1295 coenobio Lamſpringenſi donauit.

*NANESSEN*, *Nahnſen*. Pagus prope Grenam ad africum. *Hartmannus de Naneſſen* a. 1154 in diplomate Henrici Leonis eſt obuius.

*NEIENDORPE*. Pagus ad Obacram prope Guelferbitum in Denctemarcu. Neiendorpii quondam eccleſiae Ganderſemenſis fuerunt miniſteriales ratione huius et alterius Neiendorpe, ſiti in Ducatu Magdeburgico. Nominatim ſeſe offerunt *Albertus* 1212 et *Ludovicus* 1324.

*NETTE*. Pagus in Ommergawi prope Bokenum. *Henricus de Nette* 1479, 85, accepit feuda, a Sandero de Walmoden quondam poſſeſſa. *Ludolfus* 1492 praeterea tenuit bona, ad Hoſterte ſita. Vide ſupra p. 948. Coniux ipſi fuit Alheidis. *Boldewinus de Nette* a. 1325 Lamſpringenſi coenobio benefecit.

*OBERG*. Pagus in Ducatu Calenbergico. Nexum cum Abbatiſſa habuerunt *Iohannes* ſenior et iunior de Oberg. Iunioris frater fuit *Burchardus* 1323. 1324. Antiquitas genti eſt ſumma. Nam *Bernhardus* et filius *Ditericus* ad annum 1191 ſunt obuii. *Iohannes* 1295. 1309, qui anno 1323 caſtrum Lutter poſſedit.

*OLDENDORP*. Vicus prope Sladem in Epiſcopatu Hildeshemenſi. *Sigfridus* et *Conradus* 1151. 1173. *Ditericus* 1314. *Aſchwinus* 1324 et *Ditericus* 1357 Oldendorpium ab Abbatiſſa tenuerunt. Exſtinctis ſucceſſerunt Roſſingii.

*OLDENBVRG*. *Thidericus* 1171. Loci ſitum ſcio vna cum ignariſſimis.

**OLTWERDESSEN*, *Oltwardeshuſen*, *Oldershuſen*. Vicus in Augawi inter Gandershemium et Northemium. Domini, qui cognomen inde trahunt, ſemper Marte et arte praeſtiterunt, ac olim Comitatum Augawi ab Abbatiſſa tenuerunt. Genus ipſorum in tres abiit progenies, Weſterhovenſem, Düderodenſem et Oldershuſanam. Poſtrema adhuc floret, prioribus exſtinctis. Genealogiam texuit Iohannes Georgius Leuckfeldius in Appendice ad Antiquitates Poeldenſes. Dabimus, quae fide chartarum non deſtituuntur. In diplomatibus noſtris occurrunt *Hermannus* eiusque filius *Bertoldus* 1314, 37, 38. Bertoldo fuit filius denuo *Bertoldus* 1337, 44. Circa eamdem aetatem occurrit *Henricus*. *Thomas* et *Ludolfus* fratres 1314, 21. *Ludolfus* et *Bertoldus* 1360. Vide ſupra p. 882. *Iohannes* 1360. Antiquitate hoſce antecellunt *Ludolfus* et *Iohannes*, ad annum quippe 1172 memorabiles. Occurrunt porro *Bertoldus* armiger, *Thomas* et *Hermannus* ad añum 1414. *Thomas*, Canonicus Gandershemenſis, a. 1422 ab Abbatiſſa Agneſa recipit vitalitium pro ancilla ſua et concubina Greta. *Henricus* a. 1477 feuda excepit a Sophia. *Bertoldus* 1487 ab Agneſa Anhaltina infeudatus eſt. Feudo continentur dimidius pagus Aſſchauwe, cum decimis, iudiciisque, decima ad Oldershuſen, decima ad Oldenrode, decima ad Dugingerode, (Düerode) decima ad Bentigerode, duo manſi agrorum ad Eberholthuſen, item 6 caſae: tres manſi ad Alten Nauen, bona ad Banteln et Ackenhuſen, quatuor manſi ad Esbecke, ſex manſi ad Rode, vnus manſus ad Volkerdiſſen, duo manſi ad Oldendorp, vnus manſus ad Immenſen et duo kohtwordi, vnus manſus ad Sulbeke, vnus manſus cum kohtwordis ad Volkerſen, 4 manſi ad Selze, vnus manſus et vnus kohtwordus in Deelmiſſen,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeptem manſi ad Wolderſſen, tres manſi ad Esbecke, duo manſi ad Sebexen, item tres areae: porro nouem manſi et molendinum ad Hoppenſen prope Erichsburg: item quatuor manſi et molendinum in Eichhofe ac curia: $1\frac{1}{2}$ manſi ad Calevelde: tres manſi, molendinum ac kohtwordi alibi &c. *Ludolfus* 1504. *Bertoldus* cum filio *Henrico*. *Diterico* erant filii *Hans* 1592, *Thomas*, *Leopoldus* et *Ditericus*. Georgius de Mandelsloh in horum bona, ſi ipſe cum ſuis ſuperſtitaret, ſpem ſucceſſionis obtinuit. At progenies Georgii dudum intercidit. *Rudolfus* 1591. *Adamus* 1618. Recentiſſima ita cohaerent:

Hans

Hans. 1613, 18, 23. — Leopoldus. 1613, 49. — Ditericus. 1633 - 65. — Iodocus Burchard. 1640, 50. Vxor Dorothea Engel de Haken.

Iodocus Adamus 1694, 15. Vx. Sibylla Lucretia de Wurm. Ipſe † 1726. 8 Ian.

Iodocus Ludovicus 1726. — Burchardus Antonius Fridericus — Hans Erneſtus Adolfus.

Dignitas Mareſchallatus hereditarii pendet a domo Brunsuicenſi vtraque Sereniſſima. Iodocus Adamus nomen ſibi adſcripſit ab Oldershuſen, Düderode, Weſterhofe, Förſte et Gebeſee. Adſpiret familiae tantae Numen benigniſſimum!

*OLTENHVSEN, OLENHVSEN.* Götzii quidam ad nobilitatis honorem euecti, ſeſe ab Olenhuſen cognominarunt et Iagemannis in feudo Ganderſemenſi ſucceſſere, quod complectebatur decimam Wettebornenſem, parochiam Fredenſem et quatuor manſos ad Oſterode. Capitulares a. 1629 infeudarunt Ioachimum Götzium, Embecenſem, conſiliarium Ducis Brunsuicenſis, fratresque Curtium et Iulium. Ex Iulio natus eſt *Iodocus Ioachimus*, tribunus militum ſecundarius, qui Hoiae obiit 1666. 22 Maii. *Curtius Fridericus* et *Fridericus* ſedem delegerant in Niederngebra. Tutelam eorum geſſit Fridericus Chriſtophorus de Cuzleben. Barbara Catharina de Werthern, vidua neſcio cuius, *Guſtavum Ludolfum* peperit et filiam, quam, familia intercidente, Thomas Ludolfus de Campe in vxorem duxit.

*OSTERRODE.* De Oſterrodiis ſupra p. 321. *Baſilius* 1203. *Labertus* 1264. *Ecbertus* 1288. *Wernerus* et *Liuchardus* 1154. *Berchtoldus* 1151.

*PISCINA*, *Dyk.* Sic dictus fuit locus ad Goslariam, vulgo Dieckhof. Nobiles *de piſcina*, *van den dyke*, tenuerunt bona elientelari nexu ad Altenganderſem ab eccleſia Ganderſemenſi. Nominatim obuii ſunt *Theodericus* 1281. *Conradus* 1285. Diderico fuerunt filii *Didericus* et *Philippus* 1356. Diderici iunioris vxor exſtitit Iutta. Beneficientiam eorum, in coenobium Cluſinenſe expromtam, laudaui ad annum 1356 in Vitis Abbatiſſarum. Hiſce antiquiores fuere *Vlricus* 1173 et *Conradus* 1253, 71.

*PLESSE.* Caſtrum prope Gottingam. Barones Dominosque inde dictos recenſui in Vita Abbatiſſae Margaretae I. *Gotſchalcus* feuda recepit a. 1360. (a) *Ditericus* a. 1507 ſubinfeudauit alios (b) ac anno 1527 ex conſenſu Abbatiſſae Gertrudis oppignorauit quartum decimae Hammenſtedenſis partem.

*POPPENBVRG.* Caſtrum et praefecturae Epiſcopalis Hildeshemenſis ad Leinam prope Elzam. Comites Poppenburgenſes ſupra recenſui. Nobiles, inde adpellatos, *Iohannem*, *Sigfridum* et *Baſilium* atque eorum diploma ad annum 1325 in Vitis Abbatiſſarum dedi.

*REBOC*, *Remboc*, *Roboc.* Inde dicti miniſteriales ad Erich incolentes, quique fortaſſis poſſederunt praedium Vſſinghuſen prope Moringen in Ducatu Gottingano. *Eizo* 1382. *Conradus* 1464. Erneſtus de Wrisberg duxit in vxorem vltimam heredem Rebockiam et hac ratione bona Holzmindenſia ac Vſſinghuſen recepit.

* *REDEN.* Pagus iuxta Leinam ad Gronau oppidum. De viris generoſis, exinde dictis, diſſerui ſupra, quum miniſteriales pertractarem. Dabo tamen nonnullos e chartis noſtris. *Ditericus* et *Ludolfus* 1337. *Henningus* 1369. Antiquiores hiſce ſunt *Ditericus* et

(a) Supra p. 850.
(b) Supra p. 956.

et *Iohannes* fratres ad annum quippe iam 1314 obuii. *Henningus* et *Henricus* fratres 1481. *Heyſo* in Banteln 1491, 98. *Ludolfus* 1435 in feudum ſuſcepit villicationem in Bruggem, ibidemque 4 manſos cum ſeruitiis ac iudiciis, nec non vnum manſum et alia in Bantenem ſeu Banteln. Heiſonis filius *Antonius* 1553. Simonis filii *Curtius* et *Segebandus* 1578, 87. *Wulbrandus* et *Ditericus* agnati 1578 ac Wulbrandi filius *Iodocus*. *Carolus* et *Hoierus* fratres 1585, Henningi filius *Chriſtophorus* 1513. Dolendum eſt, tabulas genealogicas accuratas huius familiae florentiſſimae deſiderari.

*RETMERSHVSEN.* Praedium illuſtrium Baronum de Göriz iuxta Aichsfeldiam ad Gleicham. *Hildebrandus de Retmarshuſen* 1389.

*RORINGEN.* Pagus prope Gottingam. *Hans de Roringen* 1426. Ipſe renouauit nexum feudalem 1437 et in feudum ſuſcepit quatuor manſos in Küler, villam in Hoinhove, curiam ad portam indaginis, aream in Hachenhuſen, dimidium manſi iuxta Seboldeshuſen, ibidemque decimam minorem. *Hans* 1449 accepit praeterea dimidium manſi ad Gebeldehuſen, 2 manſos et caſas ibidem, *villicationem iuxta Opperhuſen tres manſos complexam*, 100 *florenis Capitulo oppignoratam*, bona ad Olxen a Lippoldo de Vreden poſſeſſa, nempe duos manſos a decimis immunes, vnum manſum, tres quadrantes agrorum &c. Lehnbuch D. p. 41. 66.

*ROSDORF.* Locus prope Gottingam. Domini, inde dicti, olim tenebant Hardegſen, Gladebek, Harſte et dimidium vici Morungen. Inſignia exſtiterunt claues duae erectae in area aurea. Rosdorfii feruntur obiiſſe munus ianitorum imperii hereditarium. *Oſtravenus* 1203. *Conradus* 1245. *Fridericus* ab eccleſia Ganderſemenſi in Widerkeshuſen prope Gottingam tres manſos tenuit. *Dethardus* 1318. *Dethardus* et *Conradus* 1329. Vide ſupra p. 707. *Conradus et Ludovicus fratres* a. 1346. Vide ſupra p. 707. *Conradus* 1345 teſtis exſiſtit in diplomate Magni et Erneſti, Ducum Brunsuicenſium.

*RVDEN*, *Riudiun*, *Rudia.* Locus in Ambergawi, qui olim inter villas circumiectas principatum tenebat, ſaeculisque XIII ac XIV caſtro murisque communitus legitur. Dicebatur ex hoc loco Rudieramarcus, tractus, qui loca, vbi nunc ſunt Bokenum, Hachemerwolt, Bornem, Dalem, Woldenhuſum, Panzhuſerberg, Oydeshuſen, Tzeningen, Hebenhuſen, Ruden vtrumque, Mechtshuſen, Morshuſen, Bornemehuſum et finitima ad ſolis ortum, complectebatur. Qui Germarenemarcum et Marcus Fuldenſes norunt, facile adplaudent. Tractum Rudieramarcus cum miniſterialibus et mancipiis Dux Ludolfus eccleſiae Gandershemenſi adlegauit in perpetuum. Otto I et II Imperatores, ac ante eos Ludovicus, Rex Franciae orientalis et Saxoniae, donationem ac fundationem Ludolfi confirmarunt. Caſtri firmiſſimi Rudenſis et ſacelli Spiritus S. adhuc exſtant veſtigia. Comes de Woldenſtein locum ineunte ſaeculo decimo quarto ſuam adpellauit *ciuitatem*. Nobiles de Rüden heic eminuerunt, eorumque vni progeniei exſtinctae ſurrogati ſunt Spadii. Hiſce porro emortuis, ius patronatus in manus Abbatiſſae recidit. Iurisdictio ſuprema quondam adhaerebat dominio ac advocatiae Dalem: Comitibusque Woldenbergicis, nec non Woldenſteiniis, hisque defunctis, vni ac alteri Dominorum Homburgenſium in feudum ab Abbatiſſa fuit tradita. In bello, de ſucceſſione Homburgica ſuſcepto, Epiſcopus Hildeshemenſis ſibi eam vindicauit: Ipſorum, qui a Rüden cognominati ſunt, dabo nonnullos. In diplomate Henrici Leonis anno 1154 inter teſtes emicat *Eggebertus de Riudim*, *filius Haoldi*. *Conradus* a. 1480 beneficiarias poſſeſſiones ad Sleveke tenuit. Anno 1588 infeudatus eſt *Carolus de Ruden* cum fratre *Hoiero* manſis quinque ad Sleveke ſitis, 12 caſis ſaliis, et 8 iugeribus a decima immunibus, ad Werder poſitis.

*RVTENBERG.* Pagus Peinam inter et Hildeshemium. Viri generoſi, inde denominati, ab eccleſia Ganderſemenſi tenuerunt iudicium forenſe pagi camposque adhaerentes iurisdictione coercuere, nec non ſexdecim manſos agrorum poſſederunt. Iudicium villicationis (Meierding) Abbatiſſa ſibi ſemper reſeruauit. In praeſens id exercetur a Capitularibus. De Rutenberg dicuntur in chartis noſtris *Chriſtianus* 1128, 31. *Sigfridus* 1227. 1243. *Sigfridus* pater et filius 1250. *Sigfridus* et *Baſilius* frater 1282, 95. *Sigfridus* 1298. *Sigfridus* 1323. *Baſilius* Canonicus Hildeshemenſis 1328. 53. *Bertoldus* et *Herbortus* fratres 1418. *Sigfridus* obiit 1479, prouti nuntiauit *Hanſus*. *Herbertus* ſenior 1489. *Bodo* 1588 et *Hans* fratres 1587, 90. *Bodo* ipſorum fuit patruelis, qui obiit anno 1596. *Hans* et *Bertoldus* fratres, ex Sigfrido nati, 1597. *Bartoldus*, Sigfridi filius 1607. *Bertoldus*, ſtirpis ſuae poſtremus, renouauit nexum feudalem a. 1628, defunctus circa

annum

annum 1641 in paupertate ſumma. Curtius de Steinberg cum fratribus Erneſto, Burchardo et Friderico ſuccedere in feuda contendebant. Obſtiterunt Capitulares ac ſucceſſionem ſibi vindicarunt.

**ROTSING*, *Röſſing*. Villa Hildeshemium inter et Schulenburgum. Nobiles, inde cognominati, in hunc vsque diem florent. Ipſi in feuda ſucceſſerunt, quae Oldendorporis quondam obtigerant, ex parte. Ad annum 1415 fit plena bonorum recenſio. Occurrunt *Arnoldus* 1439. *Beſeco* 1345. *Sigfridus* 1389. Ipſe anno 1415 in feudum ſuſcepit 7 manſos, vnam curiam iuxta et intra Oldendorp prope Sladem, feudum parochiale, villam in Rüden ibique 4 manſos, duo molendina, porro tres agrorum manſos et villam, ſiluae partem et pratum ad Dalem. *Lippoldus* 1555. *Ludolfus* 1569 et *Leopoldus*.

*

Iohannes in Berſel et Sauerode Mareſchallus Halberſtad. Epiſcop. 1590. — Ludolfus 1550, 94, 96.

Iulius 1607, 16. — Henricus 1600 — Lippold9. 1616. — Frideri[c]us

Iohannes 1616, 28. — Fridericus. 1628. — Curt Hildebrand 1628. — Ludolſus 1616 - 82.

Herm. Frid. 1659 - 82. — Otto Henr. — Curd Hildebrand. 1669-82. — Otto Henricus 1669-1706. — Maximilianus Ludovicus 1706

Ioh. Georg 1706. — Ioach. Herm. 1706, 25. — Iodocus Frider. 1706, 21, 25. — Ioach. Frid. 1725. — Otto Henricus

Iohannes Leopoldus 1721. — Otto Fridericus 1721, 25. — Herm. Frid. 1721, 25.

**RVSCHENPLATE*. Viri exinde dicti quondam circa Viſurgim et Embecam bona tenebant. *Ludolfus de Ruſcheplate* iam ad annum 1101 exſtat in annalibus Corbeienſibus. *Henricus* 1360. *Hermannus* 1389. Vide p. 853. Hic ſuſcepit ab eccleſia Ganderſemenſi ea feuda, quae nobiles, de Gandersheim dicti, poſſederant, nempe quatuor villas et quinque caſas in Wolperode ac Clauenſen cum duabus areis in ſolo eccleſiae Gandeſienſis, quae poſthaec ad Stoplerios peruenerunt: duas areas in Neuendorfe: duas areas in Sebboldeshuſen, 2 areas in Kreyenſen, 2 manſos iuxta Esbeke, totidem in Bornem, decimam Rimmigerodenſem, dimidium manſum ad Wreſſingerode. Idem Hermannus anno 1417 infeudatus eſt decima Esbeccenſi, 4 manſis ad Bilderbeck, caſam a Ludolfo de Lengede poſſeſſam. Lehnbuch D. p. 86. a. Ruſchenplatiorum duae exſtiterunt progenies, altera Ganderhemenſis, quae intercidit, altera Hildeshemenſis, cuius pars ſupereſt. En ſchema:

Hermannus

Hermannus. 1390. Hild. vx. Agneſa. — Ludolfus Gandersh.

Ludolfus 1410-1438. — Hermannus 1410-30. — Ludolfus

Hans 1464, 74. — Henningus 1484.

Filia nupta Domino de Poſt. — Plato. — Bernhardus. † 1487. — Henning 1516 - 36. — Ludolf 1531 - 36. — Bernhardus 1531, 1559. — Franciſcus 1531, 59.

Filia nupta Heimaro de Helverſſen — Filia nupta Iohanni de Bolgen. — Hermannus inſanus † 1536. Gandershemii. — Hermannus 1559 — Bernhardus 1559

Hermanni inſani tutor fuit *Henricus de Reden*, qui pro eo a. 1488 feuda ſuſcepit. Ruſcheplatii, qui ſuperſunt, tenent ab eccleſia pagum Sellenſtede. Adnotamus porro vnum et alterum. Hermannum Gerhardus, Epiſcopus Hildeſienſis, infeudauit a. 1395 quatuor manſis immunibus iuxta Hilbrechtshuſen, et villam feudo addidit Dux Brunsuicenſis Otto. Addidit Iohannes Epiſcopus a. 1410 *feudum caſtelli Wincenburg* et quinque manſos, ad Ammenſen ſitos. Hermanno filio Otto Dux a. 1427 decimam et ſiluam iuxta pagum Hilbrechtshuſen adiunxit. Ludolfus frater a. 1410 a Iohanne Epiſcopo ſuſcepit quadrantem decimae ad Vpſtede in Ommergau. Ipſe cum fratre ab Epiſcopo Magno bona recepit, quibus antea Gerhardus de Ganderſem fuerat infeudatus. In horum numero erat decima Wolperodenſis, ſeruitia incolarum, $3\frac{1}{2}$ manſi agrorum, 16 Achwerdi, villa decimalis ac villa vna cum quatuor manſis.

*SALDER*. Pagus prope Scheppenſtadium in Ducatu Brunsuicenſi. Nobiles, inde deſcriptos, ex profeſſo deſcripſit D. Conradus Bertholdus Behrens inter reliquas genealogias nobilium N. 249. ſqq. p. 95. ſqq. *Aſchwinus de Salder* iam ad a. 1355 eſt obuius. *Henricus de Salder* miles ad annum 1345 teſtis exſtat in diplomate Magni ac Erneſti, Ducum Brunsuicenſium. *Henningus* 1333. *Bodo* a. 1395 a Lutgarde III Abbatiſſa pagum Ockelſen ſeu Olxen ad dies vitae ſuae ſuſcipit. *Burchardus* a. 1529 per edictum Imperatorium fuit coercitus. (a) *Ludolfus*, Hanſi filius, 1489 habitauit in Geuerdeshagen. Particulas genealogicas efformare, corpus ipſum concinnare non audeo.













Praedium *Salder* Dux Auguſtus Wilhelmus emit: *Equord* peruenit ad Hammerſteinios: *Netlingen* tranſiit ad Weihios, qui id oppignorarunt familiae de Wobersno: Dreckelbe paret generoſo viro de Metſch. Gandershemica feuda Salderenſes vendiderunt et reſignarunt Probſtio de Wendhauſen, a quo delata ſunt ad Dehnios. Feuda illa comprehendunt ius patronatus in Sleveke, maiorem decimam ibidem, villicationem cum tribus manſis, 9 areas et pratum, ſeſquidecimam ad Engelemſtede, 4 manſos et aream in Hoſterte, 6 hortos, 3 manſos, 7 iugera et aream in Bokenem, quadrantem manſi ad Dalem, ſeſquimanſum ad Malem, 2 manſos ad Gremſen, vnum manſum ad Immendorp, villam in Berle, manſum ad Rüden minus, aream kaminatae, quadrantem agrorum et pratum ad Söhlde. 3 manſos ad Denkte, vnum manſum ad Reddeber pro-

pe

(a) Vide ſupra p. 973.

pe Wernigerodam. Henricus de Salder et Ludolfus de Bardeleben a. 1575 pacificabant de feudis Lindiis. Maria Sabina a. 1654 Salderenſibus tradidit feuda a Bardelebiis poſſeſſa. Aſchwinus de Salder a. 1686 feuda communia reſignauit Philippo Ludovico Probſtio de Wendhauſen eiusque genero Ioachimo Chriſtophoro Stiſſero, nempe bona in Engelemſtede cum iure parochum denominando, ad Engella, ad Leſſe, Nienſted, Hoſterte, Bornem, Hoyershauſen, Embecam, 4½ manſos ad Motlingerode, tres manſos et aream ad Bilderla, manſum ad Opperhuſum, manſum ad ſalinas inferni, 4 manſos ad Benterode, 3 ad Hollenſtede, 2 ad Billingeſſen, 4 manſos et villicationem in Brüggen.

*SALZA.* Locus in Thuringia prope Erich. Giſelerus 1342. Ad Allendorpium prope Werram olim fuerunt ſalinae, de quibus Hermunduri litigabant. Salinae intermortuae dein vocatae ſunt *totenſode.* Erraui, dum per Tutinſode intellexi Langenſalzam.

*SCHEREMBERG* 1342. Inde vocantur *Henricus* et *Ditericus* 1389. Vide ſupra p. 853. Poſteri ſunt ciues Seſenſes.

*SCHERENBECKE.* *Wernerus* 1265.

*SCILDBERC.* Caſtrum in edito colle Seſam inter et Bornhuſum, diu deſtructum. Inde ſunt dicti *Gerungus* 1144. *Gerungus*, *Baſilius* et *Vlricus* fratres 1159. *Baſilius* 1203. *Bertoldus* 1212. Caſtrum Hermannus Comes de Wincenburg a. 1148, permutatis aliis bonis, ab Abbatiſſa in feudum ſumſit.

*SEBECHTESSEN* ſeu *Sebexen.* Pagus Gandeſiam inter et Northemium ad amnem Aue. Quidam, de Sebechteſſen, fuit heic Canonicus 1314, ac ſacrarium in honorem S. Bartholomaei anno 1344 exſtruxit. Nobiles de Sebechteſſen dicti tenuerunt agros ad Hollenſtede ex patrimonio eccleſiae Gandersheimenſis, vti patet ex hoc diplomate:

„Von godes gnaden wy *Agnes* ebdiſche des werliken ſtichtes to Ganderſem bekennen „mit duſſen breve vor vns vnde vnſe nakomen, dat wy hebben belegen vnde „beligen to enen rechten ervenmanlene den hochgebornen erluchteden forſten Herto„gen *OTTEN* unde Hertogen *FREDERIK* as unſeme leve feddern mit dren hoven „landes mit allen oren tobehorungen, de belegen ſint to *Hollenſtede* unde vppe deme „velde darsulves, de *Ludelef van Sebexen* van uns gehat heft - - - 1429 des nege„ſten ſonavendes na ſunte Peters dage, alſe eme de bende entſprungen.“

*SELLENSTEDE.* Vide Zellenſtede.

*SEHVSEN*, *Seſen.* Oppidulum ad radices ſiluae Hercinicae. *Hermannus miles* 1217. *Sigfridus* 1272. *Henricus* 1314, 17. Vide Comites de Sehuſen.

*SPADEN.* Qui inde denominati ſunt, habitarunt plerumque Rüdenſe ac in proximo per pagos Rüden, Panzhuſen, Odenhuſen feuda tenuerunt vna cum dapiferatu hereditario. Recenſebimus nonnullos Spadios, prouti ei in diplomatibus litterisque feudalibus ſunt obuii. *Conradus* 1283. *Bertoldus* 1389. Supra p. 852. *Conradus* dapifer et vxor Geſa 1415. *Conradus* 1445. Supra pag. 900. *Conradus* 1452. *Ludolfus* 1479 et Conradus 1469. Supra p. 929. *Ludolfus* 1490. Supra p. 947. *Ludolfus* cum cognato *Conrado* 1492. Supra p. 948. Iutta Abbatiſſa a. 1348 infeudauit Bertoldum pago Oydeshuſen iuxta Tzeningen, reſignante Iohanne Meiſen. Bartoldus idem 1360 in feudum ſuſcepit aream ſaliam ac 5 manſos ad Rüden maius, 4 manſos ad Banteshuſen, 2 manſos ad Dalem, curiam in Bornem, curiam in Oydeshuſen, nec non dapiferatum hereditarium. Anno 1415 Abbatiſſa Bertoldum eisdem infeudat bonis, omiſſo tamen pago Oydeshuſen. Anno 1492 Agneſa Abbatiſſa Ludolfum et Curtium denuo infeudauit. Gertrudis a. 1508 Curtium inueſtiuit. Anno 1518 idem reſignauit feudum ſuum Comitibus Regenſteinenſibus, a quibus illud ad Duces Brunsuicenſes tranſiit. Dapiferatum obtinuerunt Redii.

*STEMME.* Pagus prope Poppenburgum ad Leinam. *Erneſtus*, inde dictus, ex beneficio eccleſiae noſtrae 6 manſos in Hateshuſen a. 1289 poſſedit. *Hermannus* 1304 id eximii habet, vt ſucceſſores eius adhuc ignorentur.

**STEINBERG.* Mons caſtro quondam inſtructus prope Goslariam. Sedes ibi praefecto et aduocato vrbis, a Caeſare poteſtatem nacto. Hanc Lotharius Caeſar praefecturam cognatis quibusdam ſuis, Comitibus de Haldensleve, tuendam credidit. Caſtrum Steinberg ſenſim intercidit locusque Comitibus Wernigerodanis ceſſit, qui eum vendiderunt ſenatui Goslarienſi. Hanc exiſtimo genuinam eſſe Steinbergiorum originem,

nem, qui deinceps Comitatum Bodenburg et Immetheshuſen, ac Comitatum Ambergawi defendendos Caeſariſque nomine regundos obtinuerunt. *Bodo*, qui Bodeburgum exſtruxit, floruit aeuo Henrici II Imperatoris eiusque nomine per Comitatus Bodenburg, Ommergawi, Ganderſemigawi, Augawi, Frithenigawi, Grenigawi ac Wencigawi ius dixit. Hermannus Conringius per coniecturam id reperire tentauit, quod fides veterum denegat. Conuenientiam peruidit inter *ſtein* et *pierre*, *mont* et *berg*: hinc augurauit, Steinbergios ex Comitatu Piermont eſſe oriundos, ortu Francos, a Carolo Magno huc translatos. At Steinbergiorum fit mentio, antequam Pyrmontum exſtitit. Pirmontum praeterea dicitur ex amne Viermond, qui ab Elbringſen, pago Comitatus Lippe, infra Lügde ſeu Lüde in Emmeram ſeſe euoluit. Ex hoc fluvio dictus eſt *Viermontgawi*, *Piermontgau*, ſeu *Comitatus Pirmont*, vti ex amne Aue apud nos olim cognominatus eſt tractus *Augawi*. Multam diligentiam contulit D. Bertholdus Conradus Behrens, fautor noſter praeſtantiſſimus, in deſcribenda Steinbergiorum gente. Edidit hoc quoque ipſo anno 1733 acceſſiones. Pace viri incomparabilis nonnunquam nobis diſſentire liceat. Steinbergii quondam quadripartito progeniem ſuam continuarunt, diſtributi in lineam Bodenburgenſem, Wiſpenſteinenſem, Almſtedenſem et Bornhuſanam. Circa initia cuiusque lineae reſtant difficultates, quibus demum eruderandis poſteri ſuffecerint. Linea Bodenburgenſis anno 1230 circiter deſiit pendere a ſolo Imperio. Vt enim Conradus Epiſcopus Hildeshemenſis Comitem de Steinberg immunitate ſua imperiali exueret, Fridericum II continuis fatigauit querelis, fautorem quippe ſuum, dictitans, Comitem latrociniis delectari perpetuis viasque infeſtare publicas. Motus hiſce accuſationibus Caeſar iurisdictionem comitiae Epiſcopo tradidit, iubens, vt Comes bona ſua et propria et ab imperio poſſeſſa Epiſcopo in feudum offerret, retentis tamen vectigalibus, venationibus, aliisque allodii indiciis. Nititur haec commemoratio diplomate vno et altero, quod iam edere haud licet. Dabimus tantae ſtirpis tabulas genealogicas, partim Behrenſii induſtriae debitas, partim a nobis interpolatas.

*

Bodo, 1024.

Georgius 1119. | Aswinus | Lippoldus 1059. 1119.

Meinfridus Comes 1130. 42. | Giſo Comes 1140 † 1146. | Henric9 C. de Steinberg 1146. | Henricus † 1140. | Henricus 1157.

Henricus C. de Bodenburg 1130. 48. 50.

Henricus † 1138. | Aswin 1138. | Hermannus, vnde linea Almſtedenſis

Andreas. | Burchard. | Henning.

Aswinus', ex quo linea ſecunda Bodenburg.

Aswin. | Burchard † 1121. | Conradus, vnde linea Wiſpenſteinenſis.

Boldewinus 1175. 1209. 1237

Sunt nonnulli, quos certis progenitoribus poſteriſque vsquequaque connectere haud licet. Quid impedit, quo minus et hoſce addamus?

Burchardus

Hermannus, vnde linea prima Bodenburg. | Burchard 1284. 90. 98.

Hermannus

Conrad † 1298. | Henric

Boldewin † | † 1277

*

Bolduin 1262 | Henricus Grube 1262. 91.

Linea

## Linea Almſtedenſis.

Herman

Henricus 1251-76. Grubo 1259 † 90. Bolduinus 1259-1313.

Conradus 1289. 91. 1309. Bolduin. 1309-28. Grubo. 1319, 28. Hans. 1319, 28.

Bolduin. † 1382. Grubo. 1382, 93. Hilmarus 1401. Henricus 1346. 1401. Hans 1345, 72.

Bolduin 1393. 1437. Henric 1393 Henric 1399-1440. Hans 1409-1437.

*

Conrad 1360 Hans 1471. 88. Henric 1488. Henricus 1461

Aswin 1386. Iordan 1399. Hans 1461 † 1523.

Conrad 1410. Iodocus. 1517-33. Henricus. Chriſtophorus, tribunus militum † 1570.

Anna, nupta Marenholzio, tandem domino de Wuſtrow.

## Linea Bodenburgenſis et Bruggemenſis.

Henricus

Henricus. 1314-35. Hermannus. 1329-45. Burchardus 1331 † 1379. Chriſtina nupta domino de Rosdorf. Cunegunda nupta domino de Adelevſen.

Henricus 1345.

Burchardus 1361-86. Adelheid. Aswin 1361 † 1373. Conrad. 1361-1395. Henricus. Bertha. Ilſabe.

Burchardus 1397-1426. Aswin 1397-1430

Burchardus. 1433-72. Giſela

Burchardus 1478 † 1522. Salome ſanctimonialis in Derenburg Conradus 1480 † 1523.

Burchard. Conrad. 1526, 28. Aswin. † 1575. Adrianus 1513 Conradus. † 1586. Burchardus Carolus 1568. Hans 1537-78. Iutta

Iacob. † 1592 Conrad. † 1582. Vide tab. IV. Philip Ernſt. 1564 † 89. Iobſt 1588

# TABVLA IV.

Iacobus

Conradus 1582 † 1622. | Catharina nupta Redio † 1672. | Erneſtus Produx Guelferbitanus † 1626. | Fridericus, † 1615. | Magdalena † 1642. | Burchardus praefectus rei metallicae

Children of Erneſtus: Fridericus † 1679. | Henricus † 1633.

Child of Burchardus praefectus rei metallicae: Burchardus † 1643.

Children of Fridericus † 1679: Georgius in Bodenburg † 1711, Vxor Eva de Korf | Fridericus in Bruggem

Child of Fridericus in Bruggem: Fridericus

Children of Georgius: Fridericus Victor | Philippus Chriſtophorus

## Linea Bornhuſana.

Henricus 1261.

Aswinus 1261. 1320. 35. | Conradus (a) 1261.

Henricus Can. Hild. 1336. 50. | Hermannus 1336. | Aswinus 1336.

Borchardus | Aswinus 1360-97. | Henningus 1360-86.

Children of Borchardus: Aſchwin, | Henr. 1399 | Iordanus | Borchard9

Children of Aswinus and Henningus: Hilmarus | Henning 1415 ab Agneſa Abbatiſſa inueſtitus. | Hermannus | Aſchwin

Henningus 1481-98.

Iodocus Can. Hildesh. † 1536 | Hilmarus 1507. | Aswin 1535. | Henning 1514. vidua Anna de Reden.

Ilſa, nupta Conrado de Stocken. | Iodocus † 1595. vx. Anna de Poſt. | Margareta nupta Ludolſo de Marenholz. | Walburgis

Henning Can. Halberſtad. et conſil. intimus Brunsvic. † 1639. | Iohannes Hilmar † 1648. ſatrapa in Hardegſen et Gronau. | Iohan Ernſt 1601. 1640. | Adolfus 1601 † 1660

Iodocus Henricus † 1663. | Henning Adolfus, † 1684. | Vxor Sophia Catharina de Münchhauſen.

Iohannes Adolfus, obiit ante nuptias ineunte hoc ſaeculo.

Linea

(a) Anno 1261. 7 Id. Iunii Henricus de Steinberg cum filiis Aſchwino et Conrado teſtatur, ſe conſtruxiſſe altare S. Catharinae in eccleſia Lamſpringenſi et illud dotaſſe tribus manſis in Harbarnſen ac 6 ſolidis, prouentibus ex molendino ibidem, ac duobus manſis cum dimidio in Weneden ſitis. Puto, hos potius quaerendos eſſe in linea Wiſpenſteinenſi.

## Linea Wiſpenſteinenſis.




Steinbergii Bodenburgenſes tenent ab eccleſia Ganderſemenſi praedium Bruggem cum adnexis, bona ad Sehlen et Bornhauſen &c. Wiſpenſteinenſes olim bona ad Alvelde et pagum Godardeſſen (c) tenebant, nunc 2 villas, 9 manſos totidemque kohtwordos, ac paſtionem ouium ad Dedenſen: ad haec 2 manſos et 9 caſas ad Eberholzen ac 6 manſos ad Heyershuſen in praefectura Lauenſtein. Magnus, Epiſcopus Hildeshemenſis, Hilmaro de Steinberg et Alberto Bock a. 1433. feudis quibusdam Homburgenſibus infeudauit. Hilmarus 1409 fuit adfinis Hanſi de Bruggem, filiosque genuit Borchardum et Curtium, quorum fit mentio a. 1480 et 1492. Vide ſupra p. 945, 47. Henrici bona fiduciaria habes recenſa ad annum 1493. Vide p. 948. De feudo Bornhuſano nonnulla monui ſupra. Anno 1415 illud conſtitit in iudicio per pagum, molendino et iure conferendi Paſtoratum. Magdalena a. 1548 Iodocum infeudauit pago et iure patronatus, iudiciisque, piſcina in Horrebecke, ſiluis et prato *van den Sike den vorſtweg an wente an den Schnede tho Habuſen, de depen vor dall, wente an den Schallerborn, tho Mauwershuſen tho un dorch den Schabergsſick ſtreckende vnd den vort an mit dem Schiltberge - - vn den Schlaggenpohl.* Sed haec ſunt exigua et magnam partem inculta. Pleraque ibidem Steinbergiorum bona erant allodia, quae redemit Abbatiſſa aere promto ab heredibus.

(*) Henrici ſenioris filii Aswinus et Conradus inſtituerunt ſacellum S. Catharinae Lamſpringenſe a. 1391.

(b) Anno 1399 confirmant fundationem et dotationem ſacelli S. Catharinae *Aſchwinus*, *Henricus*, *Iordanus*, et *Borchardus*, filii Borchardi, nec non *Hilmarus*, *Henningus* et *Aſchwinus*, Aſchwini filii, fratris Borchardi ſenioris, ac addiderunt bona in Selen ſita. Hinc patet hos referendos eſſe ad lineam Bodenburgenſem.

(c) Vide ſupra p. 802.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dibus. Redii, Steinbergii Bodenburgenſes, Walmodii et Steinmanni aeque tenent diu agros ad Bornhuſum ex patrimonio eccleſiae Ganderſemenſis.

*STOCHEM.* Vicus ad Guelferbitum aliusque haud procul Caſſellis. *Lupoldus pater et filius de Stochem* 1205. *Theodericus* 1281. *Ebertus* 1314. Vide p. 997. *Iohannes* 1388. *Erneſtus* 1409. Vide ſupra p. 871.

*STOCKEM.* Quantum interſit Stochem inter et Stockem, me fugit. Sequar igitur differentiam litterae. *Tidericus* 1227. *Conradus* 1295. *Lippoldus* Canonicus Hildeshemenſis 1305, 8, 26. *Erneſtus* et *Iohannes* 1309. *Didericus* Canonicus Hildeshemenſis 1353. *Lippoldus* 1448. Vide p. 901. Ipſe, vel cognominis, a. 1504 recognouit vnum manſum agrorum in Lodelſen ſuper pago Weſtvelde, in Comitatu Winceburgico. Vltimus obiit anno 1528 improlis, dominus in Limmer et Armſiille.

*STOCHHVSEN*, *Stockhuſen.* Inde dicuntur *Ditericus* et *Bodo* 1389. Vide p. 852. Ipſi fuerunt patrueles et a. 1415 feuda Geueldehuſana ſuſceperunt. *Lamberto* a. 1420 Agneſa Abbatiſſa anno 1420 primum vacuefaciendum promiſit feudum.

*STOPLER.* Cognomen id fuit Iohannis, Doctoris iurium praeſtantiſſimi, quem Henricus iunior adhibuit pro Cancellario ſuo. Ab eo enati ſunt viri generoſiſſimi de Stopler, qui ex patrimonio eccleſiae tenent 4 manſos ad Hallenſen, alios ad Embecam et Wolperodam, domos Gandershemii, iusque patronatus Olxenſe &c.

*SVLINGEN.* Genealogiam Sulingenſium miniſterialium texuit Ioannes Georgius Leuckfeldius. (a) In diplomatibus noſtris occurrunt *Henricus* 1181. et *Hartmannus* 1241. *Hermannus* et *Herwigus* fuerunt circa annum 1361 poſtremi ſuae ſtirpis.

*SWICHELT.* Locus prope Peinam, ſedes eorum, quos eſſe pios dictitant. Viri generoſiſſimi, exinde dicti, in hunc diem illuſtri florent gloria. De eis diſſeruit Ioannes Fridericus Pfeffinger (b) iunior. Praedia ipſi tenent *Ilſede* minus, *Flachsſtockheim*, et *Oſtlutter* ad Goslariam. *Brandanus* et *Conradus* circa annum 1427 Ducibus vrbibusque virtute ſua tantum incuſſerunt formidinis, vt Magnus, Epiſcopus Hildeſienſis, OttoClaudus Dux Brunsuicenſis, vrbesque Brunsvicum, Goslaria et Hildeshemium foedus contra eos inirent.

*VECHELDE.* Locus prope Brunsvicum, viduarum Ducalium ſedes. Viri a Vechelde dicti olim clari. *Albertus* a. 1389 tenuit ex feudo duos manſos ad Apellerſtede.

*VELTHEIM.* De Comitibus Veltheimiis in ſcriptorum Saxonicorum Menckenii Tomo II accurate diſſeritur. Nobiles deſcripſit Henricus Meibomius, et nuper alteram eorum progeniem curate recenſuit Noltenius, olim Conrector Lycei Scheningenſis, nunc Paſtor Hotenslebicus. Antiquitatem Velthemiorum indicant *Rotherus* 1181. et *Bertramus* 1345. Velthemiis fuiſſe feuda Ganderſemenſia, ex actis Regenſteinenſibus patet.

*VREDEN.* Locus ad Leinam, nunc *Hus der Vreden*, ſedes generoſiſſimorum de Weichs. Locus quondam caſtrum tractus Frithenigawi et Comitis ſedem ſuſtinebat. Vrediorum crebra apud nos mentio, *Erneſti* 1141, *Waltheri* 1178, *Alberti* 1246, *Ecberti* ac *Waltheri* fratrum 1261, *Hermanni* 1273, *Ecberti* 1305, 7, *Baſilii* 1317. Porro occurrunt *Beſeco* filiusque eius *Ludolfus* 1323. *Lippoldus* 1337. 44. eiusque frater *Beſeco* 1344. *Tidericus* 1346. *Lippoldus* 1345 teſtis eſt in diplomate Magni et Erneſti, Ducum Brunsuicenſium. Lippoldo fuerunt filii *Hans* 1337 et *Lippoldus* 1337, qui Tornbergam ad Gandershemium in feudo tenuit. Vide p. 832. Caſtrum Vreden expugnatum fuit a Gerhardo, Epiſcopo Hildeshemenſi triceſimo ſeptimo. (c) Vredii nomine eccleſiae Gandershemenſis poſſidebant quondam aſylum in Ippenſen, dictum *Burgfrede.* Praeterea memorabiles ſunt *Lippoldus* 1389. *Lippoldus* et *Sigfridus* fratres 1406. Vide p. 870. *Beſeco* 1426, 30. *Lippoldus* eiusque vxor Greta 1429. Vide p. 885. Vterque a. 1449 Capitularibus Ganderſemenſibus vendidit dimidium villicationis et ſesquimanſum ad Ippenſen, feudum Abbatiſſae, marcis 48. *Hans* 1464 deprecatur Abbatiſſam, vt veniam latrociniis ſuis indulgeat. *Ditericus* 1465 promittit coenobio Cluſinenſi tuitionem. *Hans* 1481 infeudatus eſt curia, intra Ganderſem ſita. *Beſeconis* tandem 1492 ad vltimum fit mentio. Reſtant Vredii in Palatinatu ad Renum, viri optimi.

*VRSLEVE*, *Orsleve.* Pagus prope Scheningam in Ducatu Magdeburgico iudicii Hotenslebii, quod tenent ex feudo ab Electore Brandeburgico, Landgrauii Haſſiae, ab Homburgo dicti. Nobiles, inde dicti, olim tenuerunt ex patrimonio eccleſiae noſtrae tres manſos, ſitos ad Dencte minus.

* *VSLAR*,

(a) In *Antiqq. Poeldens.* p. 129. ſq. (b) In P. I. Hiſtoriae Brunsvico-Luneb. vernaculae p. 299. ſqq.
(c) *Chronicon Hildesh.* p. 761. To. I. Leibn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*VSLAR*, *Vslare*. Oppidulum ad ſiluam Sollinge Huxariam inter et Gottingam. Vslarii ſunt duarum proſapiarum: vna eſt generoſiſſima, tenens alterum Gleichen et alia bona; altera eſt Goslarienſis et ciuica. *Hermannus ſenior* 1235. *Erneſtus* et *Hermannus* 1243, 46. *Hildebrandus* Canonicus maioris eccleſiae Hildeshemenſis 1260. *Erneſtus* et filius *Hans* 1426. *Erneſtus*, *Hans* et *Burchardus* fratres 1442, quorum cognatus fuit *Ludolfus*, Canonicus Ganderſemenſis. *Ditericus*, *Georgius* et *Mauritius* fratres a. 1480 ſunt infeudati. Vide p. 931. *Ditericus* 1492 ſuſcepit feuda, quae enarrantur p. 948. *Widekindus* et filius *Iodocus* 1533 ob feuda Engelladenſia controuerſias diremerunt Gandershemii. Vide p. 976. *Erneſtus* et *Wedekindus* patrueles 1403 feudum Peddelenſe receperunt a Sophia. *Ludolfus* cum filiis *Hanſo Erneſto*, *Carolo* et *Bernhardo Sigiſmundo* 1613.

*

Melchior

Melchior 1618 — Wilhelmus 1613

Otto Melchior 1639 — Hans Georg

Chriſt. Phil. — Burchardus — Hans Philip — Hans Georg 1661.

*

Ludolfus

Bernhardus 1618 — Sitticho

Carolus Werner 1661.

*

Ludolfus

Iohannes Erneſtus. — Carolus. — Bernt Sigmund

Georgius 1618. — Eilo — Albertus 1618 — Frider. — Mauritius 1618 — Curt Hans Henr. — Hans Werner 1638

Carolus — Guſtavus Adolfus — Hans Erich 1681 — Mauritius Wedek.

Otto Ludolf 1639. 61. tab. 4. — Ernſt Carl 1639.

Carolus Frider. — Otto. — Ernſt. 1680 1700 — Heimart. 1690. — Iodocus, 1681. — Henric

Hans Heimert, 1725. — Albrecht. — Chriſtoph Carl — Ioh. Frid. Moriz

# TABULA IV.

Otto Ludolfus

Ludolfus. 1681. — Georgius 1700. — Henricus 1690-1715.

Otto Albertus. — Frid. Adolf. — Adam H[illegible] cus 1725.

*

Tilo Albertus

Falco Adolfus 1639.

Albertus Achatius 1700 — Albertus Fridericus 1681.

Fridericus — Otto 1715.

Carolus Albertus 1725.

Sunt alii praeterea, quos connectere non licet. Feudum Gandershemenſe complectitur ſacrarium Vredenſe, bona ad Helmſcherode, dimidium decimae ad Goltorp, manſum ad Gremſen, et 2 praeterea: 2 manſos ad Nienſtet, pagum Pedel cum 10 manſis et prato ad fontem ſacrum, ac alia a Beſecone de Vreden reſignata, anno 1441. En diploma ob locum Eddinghuſen memorabile: "*Von Godesgnaden we Eliſabet Ebdiſche des wertliken Stichtes to Ganderſem bekennen myt duſſem openen breve vor vns vnde alle vnſe nakomen, alse Hans van Vslere, Hern Ernſts van Vslere ſeligen Ritters ſone, Ernſt, Corte, Hans vnde Borchard brodere alle van Vslere des guten Hanſes veddern, unſe leven getruwen dem Abbate undt Convente unſes cloſters tor Clus by Ganderſem eyne viſcherye vp der Leyne, de de angheyt in der landwere to Esbeke vnde wendet in deme glede, dar de beke in de Leyne gheyt beneden Erdeshuſen, dar hort to eyn kothof to luttiken Freden und eyn kothof to Esbeke, vnde hort ok to dre wyſchenblek, de ſynt belegen by* EDDINHVSEN, *de vorgenomte Hans van Vsler vnde ſyne veddern van vns vnde vnſer Ebbedige to lene hebben, de vort vor on Her Beſeke van Freden ſeliger van vns to lene hadde, vor ſeven vnde ſeſtich pund ganderſemiſcher weringe recht vnde redelken vorkoft hebben, unde by denſulven Hern tor Clus doch den willen beholden, dat ſe, edder ore erven de gute viſcherige myt orer tobehoringe vor 67 pund - - van on wedderkopen mogen na inholde ores breves - -* 1441. *an dem dage S. Iohannis ante portam latinam.*"

*VTTESSEN, Vtzen.* Pagus prope Hildeshemium. *Herewicus de Vteſſen* fuit camerarius Ottonis Pueri a. 1248. *Iohannes* a. 1296 occurrit in diplomate Alberti Magni Ducis et in alio eiusdem ad annum 1303. *Hilmarus de Vtze*, Praepoſitus Montis S. Mauritii prope Hildeshemium et Canonicus aedis maioris Hildeshemii a. 1418 reddit Abbatiſſae et Capitulo Ganderſemenſi decem manſos agrorum, ad Eggelſen minus ſitos, antea ipſi oppignoratos.

*WALLENSTEDE.* Locus ad Leinam prope oppidum Gronau. Inde cognominati ſunt nonnulli. *Albertus* 1299 reſignauit Abbatiſſae nouem manſos, ad Bruggem ſitos. Ipſe teſtis eſt a. 1314 in litteris Henrici. Vide ſupra p. 997.

* *WALMEDE, Walmonthen, Walmuden, Walmoden.* Dicitur ita vetus et nouum caſtrum prope Ringelheim coenobium et Haverla. Locus ad Immedingorum heredium pertinuit. Adela, Immedi vxor, filium communem Theodericum, Meinwerci Epiſcopi fratrem, nefarie occidendum curauit. Qua de cauſſa heredia eius paterna ipſi ademta et Meinwerco ac eccleſiae Paderbornenſi fuerunt tradita. Diplomate Henricus II Imperator a. 1016 ſic edixit, quod edidit Schatenius *Annal. Paderborn.* L. V. p. 417. In heredii huius partibus etiam referuntur *Walmonthem* et *Haverlov.* Locis eiusmodi ex auita conſuetudine adhaerebant plerumque iura piſcationum et venationum, quae in eum, qui poſſeſſione loci inueſtiebatur transire conſueuerant. Eccleſia Paderbornenſis paullo poſt infeudauit viros fortitudine et ingenii gloria conſpicuos praedio *Walmonthem* ſeu *Walmothen.* Vnde nomen et poſſeſſio in hunc diem continuatur. Quae originatio mihi iam magis adridet, quam illa, ex Walmodehuſen deducta. Diſſerui ſupra de Walmodiis inter Comites Nobilesque Dominos c. 53.

*WANZLEBEN.* Oppidum in Ducatu Magdeburgico. De Wanzlebiis ibidem dictum c. 52.

*WENDEN.* Locus prope coenobium Riddagshuſenſe. Nobiles, inde adpellati, tenuerunt quondam advocatiam ſeu praefecturam armatam Brunsuici, praedia Wenden et Vogisdalem. Vide ſupra *Dalem.* Henricus de Wenden a. 1420 vendidit Capitularibus noſtris octo manſos, ad Eyſershuſen ſeu Eiershuſen prope Winceburgum ſitos, et ad Nygenhuſen, nec non quadrantem decimae Adenſtedenſis, quam Erneſtus de Wryſtberg et Borchardus. Aswinus ac Henningus de Steinberge in feudo tenuerant: idque 200 florenis renanis: lege redemtionis ſibi reſervata. Obuii ſunt alias *Heino de Wenethen* a. 1248. *Henricus de Wenden* cum filiis *Geuerhardo* et *Alberico* 1269. *Henricus* (*) Ludolfo de Elvede a. 1398 pecunias dedit mutuas in bona Eiershuſana. Vide ſupra p. 862. *Henricus* 1492.

*WENTHVSEN.* Pagus haud procul Hildeshemio, quem generoſi viri, dicti de Weihe, tenent. *Lambertus de Wenthuſen* tenuit ex feudo vnum manſum ad Elvelingerode a. 1398. *Lippoldus* eſt vetuſtior, commemoratus quippe ad annum 1273. *Luderus* 1345.

*WEND-*

(*) Hic anno 1420 infeudatus eſt 40 iugeribus agrorum ad Spigelbergam et curia in eodem pago.

*WENDHAVSEN* aliud eſt prope Brunſuicum, quod inter beneficia eccleſiae Ganderſemenſis ex parte numerandum. Subeſt locus nunc Illuſtriſſimo Comiti de Dehn. Antea eum tenebat Probſtius, cuius genus dabimus. Martinus PROBSTIVS ſenior, patre ruſtico in villa *Gremsheim*, ſeu *Germerdiſſen* et *Grimbaldeshuſi* ortus, Graece Ebraiceque callentiſſimus, Vitembergae litteris ſublimioribus nauauit operam, ac ſub finem curriculi academici diligentiſſime iurisprudentiam hauſit. Ex ipſa academia Dux Iulius eum euocauit, ſuumque eſſe conſiliarium finiumque *Secretarium* eſſe iuſſit. Opera et autoritate Ducis Henrici Iulii Canonicatum Gandeſiae ſuſcepit ſuique tandem ordinis, a quo ſub initia duriter habitus eſt, exſtitit Senior. Comparauit ſibi domum nobilium de Oldershuſen Gandershemii, quam Roringii quondam ab Abbatiſſis tenuerant nexu fiduciario, nec non praedium Rimmigerode, quod olim fuerat pagus, Abbatiſſae ſubiectus, adquiſiuit ab Abbatiſſa per modum emphyteuſeos, idque templo inſtruxit modico. Tradunt, ipſum ſcripſiſſe conſilia, quae nunquam in lucem prodierint. Vxores in torum adſciuit non vnam. Primam ſecum iunxit 1587. 12 Iun. Annam Oppermanniam Goslarienſem, quae obiit anno 1588. 15 Maii. quum peperiſſet *Iuliam*, Iohanni Richhelmo Göttingenſi nuptam 1613. Secundam adſumſit *Hedewigam Reichen* a. 1591. nuptialibus ſumtibus a Duce copioſe ſuppeditatis claram. Ex hac procreauit Wolfebuttelae a. 1593. Henricum Iulium, Gandershemii Martinum iuniorem a. 1597. Parens vxoris erat Andreas Reichen, Burchtorfenſis, praefectus Vogtsdalemii, poſthaec Schlademii ac Libenburgi. Tertiam huic defunctae ſuperinduxit Martinus *Mariam Ludowigiam*, ex qua natus eſt *Georgius Wilhelmus*, familiae ſuae propagator, Iacobus, Iohannes, Margareta praeterea, Anna, et Catharina. Martinus obiit anno 1612. die Iohannis Baptiſtae. Frater ipſius *Henningus* fuit adminiſtrator coenobii Kemnade, ac poſtmodum praefectus Lutterae ad Baremberge. Tertius frater *Georgius*, praefectus Liebenburgenſis, deceſſit anno 1574. *GEORGIVS WILHELMVS*, Martini ac Mariae Ludewigiae filius, in dias luminis auras prodiit anno 1598, ſpes alma et delicium patris. Vxor ipſius Dorothea Eliſabetha Steinbringk, nata a. 1606. nupta 1624. 2 Nou. deceſſit anno 1679. Ipſa e nouemdecim ſororibus fuit decima quinta. Parens ipſius Henricus Steinbringk, cui vxor erat Anna de Lippe, egit praefectum ſupremum Scheningenſem ac inſpectorem generalem XIV praefecturarum, dynaſta praedii Scheningen, vitamque prorogauit ad annos nonaginta et quinque. Henrici pater fuerat Ditericus, tribunus militum ac poſtea praefecturae Winceburgenſis gubernator; Annae vero de Lippe obtigerat parens Georgius de Lippe, praefectus ſupremus Scheningenſis. Georgius Wilhelmus fuit Canonicus Ganderſemenſis ſolusque fere inter furores belli tricennalis ad eccleſiam permanſit, cui conſeruandae fidem ſuam adſtrinxerat. Obiit anno 1636. 14 Oct. relictis ex ſeſe tribus filiis ac quatuor filiabus. *CHRISTIANVS WILHELMVS* notatu dignus eſt ex eorum numero, eo quod gentem ſuam propagauit. Editus in lucem fuerat anno 1530. 11 Oct. Fratribus vſus eſt *Philippo Ludovico*, de *Wendhauſen*, ac *Franciſco Sigiſmundo*, qui a ſecretis muniisque bellicis Suecici Ducis bellici de Königsmarck exſtitit.

*PHILIPPVS LVDOVICVS* natus eſt a. 1633. 25 Mart. Gandershemii, cui adeo fortuna ſerenior adfulſit, vt in nobilitatis ſplendorem a Caeſare immitti meruerit, Dominus quippe de Wendhauſen, Scheningen ac Riddagshuſen. Deceſſit in ſera ſenectute anno 1718. 17 Novembris Brunſuici. Qui quamdiu ſuperfuit, fulcrum ſuis praebuit robuſtiſſimum, ſibique adeo non defuit, vt tria coëmere potuerit praedia ſatis opima. Ab ineunte aetate eluxit in eo nitor ingenii et lux iudicii. Anno 1658 ventilauit Helmſtadii diſſertationem pro gradu Doctorali obtinendo de Renuntiatione nobilium filiarum in bona ſuae familiae. Quo ſpecimine edito inuiſit academias Lugdunum, Cantabrigiam, Oxonium, Aureliam, Genevam et Argentoratum. Spiris inuigilauit rationibus iudicii cameralis. Tantae ipſum dotes adplicabant Ducum Brunſuicenſium clementiae ac fauori ſummo. Primo enim ſyndicus prouincialis per Ducatum Guelferbitanum effectus: deinde a. 1669 conſiliarius Sereniſſimi patris patriae Antonii Vlrici: anno 1673 Decanus Capituli S. Blaſii Brunsvigae per poſtulationem, ac confirmationem Principis ſupremi: anno 1678 conſiliarius ſtatus intimus Rudolfi Auguſti Sereniſſimi: anno 1680 ephorus dicaſterii Guelferbitani, quod *Cancellariam* vocant. Leopoldus, Caeſar inuictisſimus, merentisſimum euexit ad nobilitatem cum vxore liberisque, ac ei confirmauit leonem adrectum flauum dimidium in area coerulea, quem tegunt euibra-

tae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tae aquilinae alae. In ſymboli loco geſtabat ſerpentem et columbam cum epigraphe: *Docet vterque.* Volupe eſt vxores eius adiungere, nempe 1) Barbaram Ilſam Flühwerkiam, ductam a. 1660 et defunctam a. 1696, ex qua fuit nata a. 1686. 5 Aug. Dorothea Eliſabetha, quae a. 1684 nupſit Ioachimo Chriſtophoro Stiſſero de Wendhauſen conſiliarium intimum Guelferbitanum, cuius filiam Ilſam Ludouicam duxit Rudolfus Baro de Imhof, conſiliarius intimus Guelferbitanus. Quum hic Baro nuptias inter Eliſabetham Chriſtinam ac Carolum VI, aeterna Germaniae ſidera, ad optatiſſimum perduxiſſet effectum; ipſe ad caſtra Pontificiorum exemplo nouae reginae tranſiit. Quam ob rem vxor maritum deſeruit, conſcientiae impulſum cauſſata. Avus igitur Philippus Ludouicus Theologi partes expleuit et ad ipſam conſolandam conſcripſit libellum, neruoſa breuitate coeleſtis doctrinae elementa complexum. Rubrum ſic habet: *Kurtzer, iedoch gründlicher, Inhalt der chriſtlichen Evangeliſch-apoſtoliſch-catholiſchen religion* a. 1715. 8 mai. Libellum ornant nitidiſſimae circumquaque ad marginem adiunctae figurae, aeri inciſae. Ex exemplis centum, quae duntaxat impreſſa ſunt, poſſideo vnicum. Liber diuiditur in *Purae religionis characteres* et *plerophoriam fidei chriſtianae.* Quum Baro Barcellona Vindobonam et hinc Guelferbitum rediret, concordiam inter eum et vxorem deſerentem reduxit Sereniſſimus Antonius Vlricus, ac renouatio coniugii conſtitit benedictione ſacerdotali ab integro impertita. Obiit Baro a. 1717. 22 Iul. in religione Pontificia. Ipſa nuptias ſecundas paullo poſt iniit cum conſiliario intimo Conrado Detlevo de Dehn, viro ad comitatem et prudentiam nato, obiitque a. 1719. 27 Apr. Properandum eſt ad ſecundam Philippi Ludovici coniugem. Exſtitit ipſa Chriſtina Ermuda de Sperlingen, quam ſibi publice adſciuit Gandershemii a. 1697. 2 Dec. in domicilio Decanatus Gandershemenſis. In lucem ipſa prodierat vitalem a. 1670. 17 Martii. Matrimonio recens inito valedixit, a. 1698. 12 Iun. Brunsuici defuncta. Tertia vxor fuit Maria Eliſabetha de Imhof, ſoror Baronis ſupra demonſtrati. Nuptiae celebratae ſunt a. 1699 in palatio Salzdalum. Ipſa obiit a. 1709 Brunsuici. Memoratu dignum eſt, quod educatio et inſtitutio ipſius academica fuerit demandata Horneio, Profeſſori Logices Helmſtadienſi. Quis noſtra aetate iuvenem tantae ſpei traderet Ariſtotelico et Scholaſtico formandum? Ipſe oderat medicamenta et ad decrepitam ſenectutem carnem fumo induratam, pernam et lucanicas in cibum adhibebat. In addiſcendis rebus erat tardus, ſed tenax et iudicii plenus. In cognatos erat minus liberalis, rei familiaris haud negligens. At quam hominum ſpes ſunt inſtabiles et quantae viciſſitudini obnoxia ſunt bona hominum caduca! Orationem funebrem in honorem defuncti recitauit ad funus Vir illuſtris Gottlieb Samuel Treuerus, tum Profeſſor Ethices et Politices in alma Iulia. Nunc ad ſeſe vocat induſtriam noſtram *CHRISTIANVS WILHELMVS*, Philippi Ludouici frater, natus 1631. 11 Oct. Obiit ipſe a. 1707. 28 Nou. Fuit vero poſſeſſor Rimmerodae et Canonicus eccleſiae Ganderſemenſis, nec non conſiliarius ſingularum Abbatiſſarum inde a Dorothea Hedewige vsque ad Henriettam Chriſtinam. Erat indubie litterator, poëta, Iureconſultus et Theologus incomparabilis. Inprimis poëſis ipſius in deliciis fuit Rudolfo Auguſto, Duci ad miraculum docto ac pio. Dabimus ſpecimina poëmatum Sereniſſimi Ducis, ad Chriſtianum Wilhelmum miſſorum. Quum ciues de hoc conqueſti fuiſſent Guelferbiti, Dux dedit litteras ad filiam Abbatiſſam, inſerta ſchedula ad Probſtium, cui erat inſcriptum:

*Tune Satanas vrbis?*

*Tune potes forſan Satanas hinc dicier Vrbis,*
*Vincere quod doctos calliditate ſoles?*

Vel

*Quod leo vt eſuriens quaeris *auarus opes?*

Porro in Dominica Quadrageſimali:

*Atras LVMInIbVs ChrIſtI sVffVnDere nVbes*
*Fruſtra conatur dux tenebrarum ἀναστάς.*
*Inter erat Satanam et Chriſtum certamen obortum.*
*Hic verbo pollens victor ab hoſte redit.*
*Da, Ieſu, pugnem contra tentamina dictis;*
*Redditur atque, ſcio, palma decora mihi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

DIABOLVS
4 3 1 2 5 6 7 8
Hinc *dolus* elucet Satanae, quod fallere Chriſtum
Non dubitat. Bene quam conuenit illud *abi*!

In gratiarum actionem pro transmiſſo epigrammate de medicis noſtri temporis remittit hoc Quadrageſimale RA
Anno
ADVerſarI LVCI frVſtra nItItVr VMbra!

*INSCRIPTIO IN PIETISTAS*, autore eodem *DVCE*, ad Probſtium:
„Nemo deſperet!
„Semiſutores et tonſores
„Sunt doctores.
„Docent, quae nunquam didicerunt:
„Loquuntur, quae nunquam audiuerunt.
„Horum nonnemo (a) in arte, quam didicerat, ſe exercebat feliciter
„Ita vt non adeo indigne Doctor fieret.
„Manſiſſet quoque Doctor,
„Niſi docere incepiſſet.
„At
„Poſtquam pro pilulis calamum
„Pro emplaſtro papirum adripuit
„Suamque chirurgiam in ſcripto theologico exercuit,
Tam ſtultus ſapientibus,
Quam ſapiens ſtultis, merito videtur.
Caueatque ne ex (b) titulo Germanus C. T. eiiciat.
Illorum autem quidam (c)
Sutoriam item doctus, non edoctus,
Nouos calceos conficere quum non ſuſtineret,
Veterum reſartor factus eſt;
Sed et vetuſtatem pertaeſus,
Nouis iterum ſanctis ſe aſſociauit,
Noua ipſe docere incepit,
Non quidem publice, ſed priuatim,
Audi, Lector, vnum eius dogma.
Riſum tene, non meretur,
Et leonem ex vngue agnoſce.
Docet, peccare parentes, qui tribus plures liberos generent.
Sic alios conuerſurus ipſe peruerſus.
O tempora! o mores!
Quae ſchola tales creat Doctores?
Schola Pietiſtarum eſt!
Quid illa ſit,
Nec turpiter nouit,
Nec nouerunt ipſi, qui ex ea prodierunt.
Conſultum eſt ergo hac de re oraculum. (d)
Sed aenigmata reſpondit.
Falces quum peterentur, ligonem dedit.
Quaerebatur de dogmatibus hodiernorum Pietiſtarum.
Reſpondit
de collegiis ante triennium ferme Lipſiae habitis,
Ab iis
Quibus Pietiſtarum nomen primum impoſitum,

Et

(a) Schotte D. Chirurgiae Cellis.
(b) Sic ex *Doctor* fit *Door.*
(c) Platzer, calceorum reconcinnator Guelferbitanus.
(d) D. P. I. Sp.

Et quidem, vt ait, ex ludibrio,
Niſi forſan per antiphraſin.
Deinde laudat ſtudium biblicum, quod nemo vituperat.
Vituperantur controverſiae inutiles, quas nemo laudat.
Poſtremo illi
Qui, ne impura fieret, purgarunt quidem eccleſiam ſuam,
Purgarunt ſed ex fonte turbido.
Triumphus illis promittitur.
Sed an bona cauſſa ſit eorum, aſſeritur, non probatur.
In ſumma NIHIL ad quaeſtionem praeter haec quatuor
1. Qui pietati prae ceteris ſtudent, vocari Pietiſtas.
O vtinam ex ſubiecto hoc fieri poſſit praedicatum!
Hoc modo:
Qui Pietiſtae vocantur, pietati prae caeteris ſtudent.
At verendum,
Ne malint pii videri, quam eſſe.
2. Pietiſtas vrgere potiſſime ſtudium biblicum.
At quale ſtudium?
Illud, quo torquentur et contorquentur dicta
De Perfectione
De Chiliaſmo
De Reuelationibus
De Conuenticulis priuatis
De Adiaphoris quibusdam
ſuo iudicio agentia.
His quum aptare occupatum non poſſint ingenium,
Suo illa aptant ingenio.
ERGO
Vnum illud neceſſarium, de quo Chriſtus Luc. X.
de vno interpretantur ferculo
conuiuiis adhibendo,
Plura afferri, peccatum aſſerentes.
Elegantes profecto Exegetae!
3. Pietiſtas vrgere res practicas.
Credo putari chriſtianiſmum practicum.
Quaſi vero detur alius!
Num noſtri otioſis coelum promittunt?
Quum potius ad rauim vsque clament,
Vt fidem per caritatem oſtendamus efficacem.
Verum practica eſt multiplex.
Noſtri quam vrgent, et vera et genuina eſt.
An et eorum talis ſit, dubito.
Quid enim lucem fugiunt
Conuenientibus nocturnis immerſi?
Forſan propterea
Vt lux eorum in tenebris fulgeat clarius
Aut forſan Nicodemum imitentur?
Sed ille erat ex familia Phariſaeorum.
Quid iuuenes vtriusque ſexus
Non aeque ſenes in ſuam trahunt familiam?
Sciunt, aetate homines ſapere rectius.
Quid? Fanaticorum ſcripta in deliciis habent,
Böhmii, Hoburgi, Kuhlmanni et aliorum.
Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe.
Et ſi arborem licet ex fructu cognoſcere,
Caritas eorum leui vtitur ſolo.
Dum enim ſpem perfectitudinis faciunt,
(Praeter hoc, quod ſpes illa multis deſperationem afferat,)

Non

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Non poteſt non inde oriri
Clandeſtinus proximi contemtus,
Vbi ille, ibi pauca et rara caritas,
Et ſic
Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.
Verbo
Praxi ſua otioſos faciunt ſubditos
Negotioſos magiſtratus.
Et quae non turba ex imaginaria hac perfectione
metuenda in republica?
Perfectiores enim ſubditi minus perfectos magiſtratus
contemnent. contemtos, ſibi imperare, aegre ferent.
Et aut nullos aut ex ſua familia magiſtratus admittent.
Vltimum tandem, quod pro oraculo aſſeritur
ambabus largimur manibus
videlicet
Pietiſtas nihil noui docere.
4. Non Apollinis magis verum quam hoc reſponſum eſt.
Nihil noui docent,
Sed camerinum mouent errorem veterum.
Eccho quaſi eorum ſunt.
Quis nouum diceret errorem de Chiliasmo?
Haereticorum coryphaeo ante tot ſaecula adſcriptum,
Cui nomen Cerintho
Hunc enim plerique eorum et vnus (e)
prae caeteris amplectitur.
decem aurea ſaecula iſte eccleſiae promittit,
re quidem, ſed adiecta tamen formula:
Saluo errore calculi.
Et ne ſibi tantum ſed et aliis ſapere videatur,
Publice hoc et priuatim docet,
porro priuatiſſime.
ſed noua plane methodo
tuba vſus vocifera
vt magni nominis Theologum (f)
ficta reuelatione ad ſuas partes traheret.
Mutentur iam ſyſtemata theologica,
hactenus quatuor tantum reuelationum genera
afferentes.
Noſter quintum inuenit.
En nequitiam hominis!
en modum conuertendi et a partibus peruertendi!
en pietatem!
Quam tantopere ſupra laudatum praedicat oraculum.
Illud in hoc puncto conſulebatur.
Sed reſpondit non aliter
ac ſi Papa de purgatorio conſuleretur.
En eius (g) ſymbolum:
Credo et ego ſupereſſe in his terris
ſplendidum eccleſiae ſtatum.
Credo purgationes poſt mortem,
Credo, mille annos a Iohanne promiſſos
nec incepiſſe nec deſiiſſe.
Habes profitentem rotunde profitentem, qui

(e) D. Peterſen.
(f) Molanum, Abbatem Loccumenſem, et Pontificem maximum per Electorales terras Hannoveranas.
(g) Falſum hoc non eſſe, patet ex litteris, a Wernsdorfio in Diſſ. de *Commercio animarum ſeparatarum cum viuentibus* adlatis.

qui tamen, dum pro alio militat, ſeipſum
defendere conatur.
Sed miles leuis armaturae eſt.
Vnum adducit locum ex Apoc. XX.
At hic reperit, quod pueri in faba.
dum etiam illos ſequitur,
qui proprie intelligi illum locum volunt,
errat propriiſſime.
Si enim proprie interpreteris,
Quae, quaeſo, catena eſt, qua Satanas ligandus!
quaenam ſtellae, quibus animae inſidebant?
Porro in hoc loco
Per beatos primae reſurrectionis participes,
ſi proprie interpretanda haec ſint,
Velint, nolint, debent intelligere reſurrectionem
piis cum impiis communem.
Praeter haec enim nullam proprie dictam reſurrectionem
ſcriptura agnoſcit.
et ſic omnes impii erunt beati
Quod nouum eſſet euangelium!
Vides, lector, ineptum eſſe, proprie locum illum interpretari.
Veram interpretationem non a me, ſed ab aliis exſpecta.
En autem
quam caute agat oraculum!
Quo enim mites erroris ſui habeat iudices,
Reformatae eccleſiae, vt vocant, modellam commendat,
quam eiusmodi erroribus condonandis facilem dicit.
Sed gratias commendat.
alieno enim periculo ſapuimus.
quid enim tam informem facit religionem Reformatorum?
Illud,
quod pluribus inter illos reformandi poteſtas.
Bene prudens reſpublica ne minima (h)quidem ſchismata tolerat.
ex his enim factiones
ex factionibus rebelliones,
et quae non mala? propullulant.
Prima igitur obſtat, ne poſtea ſero medicina paretur,
ſibi quoque illud Paulli dictum putans:
Paullulum fermenti totam corrumpit maſſam.
Abſcinde voces inquietantes.
Habemus Moſen et Prophetas.
Quod illi tacent, tacendoque negant,
et nos negamus.
*Pietiſtae
non ſolum habent Moſen et Prophetas.
ſed etiam habent vociferam tubam.
Habent Sibyllam. (i)
Hinc illae lacrimae.
Sed quaenam noua illa Sibylla?
nobili illa ſatis proſapia nata eſt.
ſed iam per prophetiam ſuam demum nobilis.
Illa
litteras ſaluo vinculo legere
lege et intelligere
intelligere et ad illas reſpondere poteſt.

Cauete

(h) *Nunc exercitium clandeſtinum Gichteliani et Juchtfeldiani per Germaniam inter ipſos exercitus conſcribunt, vt primo ſchisma, dein chiliaſmum, conſtituant.* *Haec calamus addiderat recentior.

(i) Domicellam de Aſſeburg.

Cauete amantes, qui amorem veſtrum latere vultis,
ne amatoriae veſtrae in huius manus incidant.
Sed quid illa inter prophetas?
Spiritum, aiunt, habere vatidicum.
aterne, an albus, ſit, non definio.
Ipſum oraculum definire haec noluit.
Beneuole lector,
proba ipſe hunc ſpiritum.
ſi de fide ſunt, quae dicit, ne fide.
De hac enim Deus *vltimo* locutus eſt per filium Ebr. I.
Si *vltimum*, nullum amplius in fidei dogmatibus
reuelationes ſperandae.
Si de aliis rebus vaticinia negligens
non peccat;
haec credant, qui volent.
Mundus vult decipi.
Ergo
decipiatur.
Interim haec boni conſule.
Tandem
ſi vis eſſe pius,
ne fias Pietiſta!

Subſcripſit manus recentior ſequentia: *Ineunte hoc ſaeculo XVIII candidatus theologiae, Gandeſias, Halis rediit, inuiſurus parentes. Ipſe vix adpulerat Gandeſiam, cum Decanam et Abbatiſſam flecteret ad collegia pietatis ineunda. Aures praebuerunt Principes conſilio ambae. Eamdem vultus delineationem prae ſe mox tulerunt aulici. Aedituus Schaper, adulterii reus, domi ſuae ex ſella concionatus eſt ad proſtratos humi. Tandem, iuſſu Ducis, fuit ab officio remotus. Fratres dimiſſum commendarunt Comiti Waldeccenſi, qui ipſum conſtituit magiſtrum acidularum Pirmontanarum. Avaritiam eius norunt omnes. Expendite exceſſum. A furibus, qui eius nummos corraſos ablaturi erant, ex improuiſo intempeſta nocte eſt trucidatus 1729. Candidati ſoror ſeſe diuulſit a frequentando templo ordinario, et ad ſeparatum ſeſe contulit coetum, quem in Abbatia culinae magiſter Liſtenienſis cogebat. Expendite exceſſum. Soror illa decidit praecipiti lapſu e ſummis aedium et miſere obiit. Frater eius, qui prae pietate mercaturam fere depoſuiſſet, foro tandem ceſſit et in miſerrimo pauperrimoque ſtatu, ab vxore, ſolatio et facultatibus prorſus relictus, diſceſſit a. 1728, et Ephorus obiit ex dolore, eo quod homo, qui per octo annos ſacra ſynaxi vſus non erat, et per quadriennium aedem ſacram non inuiſerat, honeſta ſepultura adficiebatur. Liſtenius maritus virginem nobilem ſtuprauit, ac, ſua vxore relicta, cum ea ſolum vertit. Reliqui, qui dedita opera Separatiſmum, qui tum Pietiſmus audiebat, promouerunt, infeliciter obierunt ad vnum omnes.* Haec ille.

Philippus Ludovicus Probſt de Wendhauſen cum genero Ioachimo Chriſtophoro Stiſſero de Wendhauſen recepit a. 1686 ab Abbatiſſa *Chriſtina* feuda Salderenſia, quibus ſeſe abdicauit Aſchwinus de Salder.

*WERLE* ſeu *Berle*. Tiadolfus de Werele iam anno 1154 in diplomate Henrici Leonis memoratur. Henricus de Werle miles a. 1296 teſtem agit in diplomate Alberti, Ducis Brunsuicenſis. Werlios reſpectu feudalis nexus fuiſſe eccleſiae Gandershemenſi obnoxios, pateſcit ex p. 850.

*WERTIRDE, WERTER.* Locus infra Woldenbergam, ditionis Steinbergiorum de Bodenburg. Fuerunt in loco illo olim Comites ex progenie Woldenbergica. *Henricus* a. 1224 dicitur *Comes de Werder* et Henrici Comitis Harzburgici frater. Domini de Werder beneficio ſingulari adfecerunt eccleſiam S. Iohannis, quae eſt Bodenburgi. Eccleſia ſeruat chartam donationis.

*WESTERHOVE.* Caſtrum in Augaui, ſedes quondam Comitis, nunc domicilium praefecturae Electoralis Hannoveranae. Weſterhovenſes Domini dicuntur ex communi cum Oldershuſiis ſtirpe prodiiſſe. Genealogiam eorum percenſuit I. G. Leuckfeldius in Appendice ad Antiquitates Poeldenſes. In chartis noſtris occurrunt *Daniel*, Canonicus Gandershemenſis 1305, 21, 25, nec non *Baldewinus* et *Guncelinus* fratres 1354.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*WEVERLINGE.* Locus inter Guelferbitum ac Scheppenſtadium. Superſunt viri generoſi, qui inde cognominantur. Genealogiam eorum in calce familiarum nobilium enumerauit D. Conradus Bertoldus Behrens. Decimam Weverlingenſem Epiſcopus Halberſtadenſis Bernhardus ſaeculo decimo eccleſiae Ganderſemenſi donauit. Donationem confirmauit Innocentius III Papa. *Ludolfus* 1269 teſtis eſt in diplomate Alberti, Ducis Brunsuicenſis. *Vlricus* ab Agneſa II a. 1489 bonis ad Dencte ſitis fuit infeudatus.

*WINTHVSEN.* Locus prope Oſterodam in radicibus Herciniae ad auſtrum. Oſterrodii quondam et Winthuſam tenuerunt, et ideo in duas ſeſe diſpeſcuerunt progenies, Oſterodiam et Winthuſanam. Vtramque vide ſupra enarratam p.321. *Baſilius*, 1241 inprimis obuius, nexu clientelari Abbatiſſae fuit obnoxius. In praeſens Kochii praedium tenent, de quibus paullo ante diſſerui.

*WOLDERSHVSEN.* Locus prope Lindoviam. Miniſteriales inde dicti eccleſiae Ganderſemenſi exſtiterunt ſingulariter addicti. *Bruningus* in primis 1314. *Hermannus* porro 1389. Vide p. 853. *Bruningus* 1346. Vide p. 707. Minnigerodii acceperunt locum a Ducibus Brunsuicenſibus, quibus in occupando Comitatu Lutterbergico egregiam nauauerant operam.

*WOLDESHVSEN.* Locus pagusque inter Rüden et Bokenum, nunc *Wolenhuſen.* *Bertoldus* 1453 electioni Sophiae IV inter clientes beneficiarios ceteros adſtabat. *Bruningus* 1303 teſtis eſt in diplomate Alberti Pinguis.

* *WRISBERG, WRYSBERG.* Mons ſic dictus eminet ſupra pagum Petze. Ibi quondam caſtrum fuit Comitum Valungaviae. Pagus Wrisbergholzen interiacet Hildeſiam inter et Alfeldam. Inſigne Wrisbergiorum eſt avis phaſiana, ſupra collem conlocata. In ſigillis vetuſtiſſimis anſeris imaginem deprehendi. Wrisbergiorum animus erectus, eruditio, candor et virtus bellica per quinque iam eluxit ſaecula et vltra, ad inuidiam vsque. *Erneſtus* de Wryſchberg famulus a. 1415 quadrantem decimae Adenſtedenſis oppignorauit *Curtio Droſten* (i. e. Spadio) et Geſae, huius vxori, pretio 140 renanorum florenorum recepto. Anna Erica Wrisbergiis ſucceſſionem addixit in bona Ruſcheplatiorum Sellenſtedenſia, cuius confirmationem *Liborius* a Catharina Eliſabetha Abbatiſſa obtinuit. *Chriſtophorus* II ineunte hoc anno 1733 obiit, octogenarius, vir arte, ingenio, Marte, ſcientiis omnigenis, et conſiliis inſtructiſſimus, cui ſimilem vel ſecundum vix noſtra vidit aetas. Ex ipſo ſupereſt vir Perilluſtris *Rudolfus Iohannes*, conſiliarius Regis Britanniae Auguſtiſſimi intimus, et praeſes tribunalis ſupremae prouocationis Cellenſis, quod viget Cellis, vir elogiis noſtris maior, cui Deus benedicat in ſaecula! De hac familia generoſiſſima propediem hiſtoriam genealogicam promiſſam videre geſtimus. Nonnulla monuit Iohannes Fridericus Pfeffingerus iunior. (a) Mallem omiſiſſet vir laudatus errorem, circa inſigne gentilitium commiſſum! Sed ita ſumus homines, vt facile labamur et impingamus.

*ZANTERSLEVE.* Locus in Principatu Anhaltino. *Iohannes de Zantersleve* a. 1300 erat miniſterialis eccleſiae Ganderſemenſis.

**ZELLENSTEDE*, *Sellenſtede*, penes veteres *Czellenſtede.* Locus prope Wrisbergholzen in Epiſcopatu Hildeshemenſi, quem Mathildis II, quum Henrico fratri ſuo, Epiſcopo Hildeshemenſi praeter alia bona traderet, facta permutatione recepit cum miniſterialibus inde dictis. Horum e numero exſtiterunt *Theodericus* 1289. 1314. *Thidericus* et *Henricus* 1325. *Benno*, *Henricus*, et *Ludolfus* 1360. *Ludolfus* 1389. teſtis 1409. *Hans* fuit teſtis 1481. Ludolfi frater fuit alius *Hans*. *Alheidis*, Ludolfi vxor, a. 1416 ad dies vitae ab Abbatiſſa ſuscepit dimidium decimae Sellenſtedenſis. *Iohannes* erat Canonicus Hildeshemenſis 1342 nec non *Tidericus* 1353. Notandum, quod venationes praediis adhaereant nec nominatim litteris feudalibus inſerantur. Adde, quod *ſedelhof* ſit curia immunis a tributis et oneribus ruſticis, ex inſtituto veteri, ſic dicta vel a libertate ſalia vel ex ephippio, *ſattel*, quia ſervitium equeſtre inde fuit olim praeſtitum aetate militari.

Addemus quatuor diplomata ad ritus ſaeculorum ſuperiorum noſcendos.

1. Anno 1448 Lippoldus de Stockem reſignat duas villas, vnam in Sleveke, alteram in Maldem, Abbatiſſae pro Borchardo de Steinberge et Ludolfo de Oldershuſen.

Gyk

(a) P. I. der Hiſtorie des Braunſchweig-Luneburgiſchen Hauſes p. 544. ſqq.

Gyk Erwerdigen in godt ffrauwen *ELIZABETH Ebdiſſchen* des wertlicken Stichtes“
to Ganderſem myner gnedigen leven frauwen enbede ek *Lippolt von Stockem* my-“
nen vnderdenigen willigen denſt tovoren vnde bringe vnde ſende iuwer gnaden vpp“
by twen iuwen belegen mannen, by namen *Borcharde von Steynberge*, *Ludolffe von OL*-“
*dershuſen*, alſodann vor broderscopp vnde leenwar an *twen meygerhoven*, *eynen* belegen
*to Slebecke* myt alle ſynere tobehoringe, wu me de benomen mach, vnde *de andere* be-
legen *to Maldem*, ok myt alle ſyner tobehoringe, wu me de benomen mach, ſo alſe iu-
we gnade de *bockele* vnde meck darmede vorbrodert vnde ſamptliken mede belenet
hebben. So vorder alſe iuwe Gnade *Hinrike* vnde *Aſſwene brodere von Bortfelde*, *Hin-
riks* ſeliger ſone dar mede belenen to eynen erven manleyne, vnde ore lyves maner-
ven vnd myt den Bokeln vortan vorbroderen vnd in al rechticheit de gn̄ten von Bort-
ffelde vnde ore erven ſetten, alſe ek dar anne hebbe vnde anderſt nicht. Duſſes to er-
kantniſſe hebbe ek myn ingeſeghel gehenget an duſſen bref. vnde wy Borchart von
Steynberge vnde Ludolff von Oldershuſen vorbenomet bringen iuwen gnaden vppe
ſo dane guder vorgeſcr alſe leenrecht is vmme bede willen Lippoldes von Stockem al-
ſe by namen twey meygerhove, eynen to *Slebeke*, den andern to *Maldem*, myt allen
oren tobehoringen, wu men dem benomen mach. So vorder gy de Hinrike vnde
Aſſwin gebrodern von Bortfelde vnde oren erven darmede myt den Bokelen vort an
verbrodern vnde ſe to eynen rechten manlene wedder beleenen vnde anderſt nicht.“
Duſſes to bekantniſſe hebbe wy vnſe ingeſegel gehenget by Lippoldes Ingeſegel an“
duſſen breff. na criſti gebort unſes hern *duſent verhundert*, darna *in deme achte vnde ver*-“
*tigeſten Iare.*“

2. Ick *Diderick van Vſſlar knape*, *Gunthers* van Vsslar ſeliger *Sone* vnd rechte erve be-“
kenne in duſſeme opene brewe vnd bethüghe openbar van myner vnd van my-“
ner erven wegen, dat eck dorch godes willen beſchütten, beſchermen, vnd to rechte“
vordegedingen aville den Erwerdigen vnd geiſtliken Vader vnd Hern den Abbet,“
Prior, vnd de gantzen Sampnunge des geiſtliken Stifftes thor Cluſs, Sancti Benedicti
Ordens, in deme fürſtendome van Brunswigk by Gandershem belegen, wur eck ſchall,
kan, edder vormach, dar vmme begherende vnd badende dorch godes willen, dat ſe
vnſern Hern God vor my baden, vor myne eldern, vnd vor alle deienne, de vth de-
me geslechte der van Vsslar vorſtorven ſin, de beſundern gunſt vnd leve to dem ob-
gn̄ten Stiffte gehat vnd mit oren milden almüſſen kebisſet hebben, de ſe gegeven heb-
ben vmme godes willen to duſſeme vorgenanten Stiffte in gudern vnd in rechtichey-
den, nach Inholde orer Breve vnd priuilegia, de on dar over gegeven ſint, vnd we-
ret ſake, dat ichteswe duſſe vorgn̄ten geiſtliken Hern nodegede edder overlaſt dede
wedder recht, in welken ſaken dat were, will ek dem vorgn̄ten Stiffte, vnd de my-
ne, dorch godes vnd ſunderliker günſt willen on behulpſik vnd furderlick weſſen,“
to verdedingende to allen tyden ane geverde. To orkunde hebbe ek myn Ingeſegel“
an duſſen breff don hangen laten. Datum anno domini milleſimo quadricenteſimo“
ſexageſimo quinto feria ſexta poſt dominicam Oculi.“

3. Ek *Henrik van Wenden* knape bekenne in duſſem openen breue vor meck vnde“
myne rechten eruen, dat wy hebbet verhoft vnde verkopet rechtliken vnde re-“
deliken tho eynen rechten kope den erwerdighen Capittele vruwen vnde heren des“
wertliken Stichtes tho Ganderſem vor twe hundert ghude vullewichteghe rynſche ghul-
den, de ſe mek in eynem ſummen betalt, vnde an redeme ghuden golde gheant-“
wordet hebbet, *achte houſe landes* de beleghen ſint in den dorpen tho *Eyſershuſen* vnde
to *Nygenhuſen* vnde in den velden darſulues myt allen oren thobehoringen in dorpen
myt houen vnd *worden* in holte, in velde, in wiſchen, in weyden, wu me dat benö-
men mach, vnde wor dat beleghen is vnde *eyn verndel des tegheden tho Adenſteyde* be-
leghen by Dyderikes Holthus, dat *Ernſt Wryſtberch* van her *Borcharde* vnd *Aſſwen* vnde
*Hennige van dem Steynberghe* tho lene heft, duſſer achte houſe hebbe ek *vyue* van mynen
gnedeghen Hern van Hildesheym tho lene vnde *de andern drei* ſtad mek van Hern *Lu-
dolve van Elvede* twyntech lodeghe mynte Hildenſem. Duſſe vorſcreuen achte houſe
landes myt allen oren thobehoringen, alſe vorſcreven is, vnde myt den breuen, de
ek dar vp hebbe van Hern Ludolue van Eluede vnde myt mynes Heren ouer breuen
van

vanHildeñs vnd *dat verndel des tegheden tho Adeſtede myt den van dem Steynberghe* ouerbreuen vn-
de myt Cordes Droſten vnde ſiner husfruwen breue, den ſe dar vp hebbet, hebbe we Ernſt
Wriſtberch vnde ek Henrik vorbenoñ vnde vnſe Erue deme vorbenompden Capittele vru-
wen vnde Heren tho Ganderſem in ore rauweliken vullen vp nemenden brukenden
were ghelaten vnde gheantwordet vnde latet vnde antwordet öne de vorbenoñ gho-
de vnd breue in craft duſſes breues myt allem rechte, alſe wy dar anne hebbet, vryg,
leddich vnd los in duſſer wys, dat dat vorſcreuene Capittel vruwen vnd Heren alle iar
moghen dar eynen deler vnd eynen tegheder ſetten, de de vorſcreuene ghode, de van
den vorſcreuenen achte houſen vnd van den verndel des tegheden tho Adenſtede
vallen, van orer weghen tho Sante Goren vnd dat derſchen laten vp vnſe coſte, vnd
ſchullet dene tho voren vppe ſinte Michahelis dach dar vt nemen ſeſteyne ghude vul-
lewichtighe rynſche ghulden ane vnſe vnd vnſer Eruen vnd ane allen hinder edder
iemandes vor bedent vnd wat denne dar enbouen bleue , dat ſcholden dat vorſcre
Capittel antworden laten *Corde Droſten tho Aluelde* edder ſynen eruen , wer dat ſek
dat vorlepe van haghele , van muſcheringe , van heervart , edder von dat tho
queme, dat, ſe de beſcrev ghulden dar nicht vt nömen konden vppe de tyd alſe vor-
ſcre is , des mochten ſe ſek erhalen in den na volgheden iaren an den vorſcre
ghuden ane alle vſe wedderſprake edder hinder edder iemandes van vnſer weghen.
Ok ſchulle wy vnd vnſe eruen vnd willet duſſes vorſcreuenen kopes an den ghuden
dem vorſcre Capittele der Vruwen vnd Heren rechte warende weſen vnd ſe entled-
deghen der ghude aller rechten anſprake, wor vnd wanne on des not is vnd ſe van vns
dat eſſchet. Ok moghet ſe tho den verſcreuenen achte houen meggen, ſetten, vnde
de entſetten, vu ön dat bequeme is, an myne Henrikes van Wenden vorſcrev. vnde
myner medebenomeden hinder edder wedderſprake , were ok dat vorſcre Capittel
Vruwen vnd Heren neynen megger enkrighen enkonden , de on bequeme wore to
den vorſcre Capittel Vruwen vnd Heren , ſo mochten ſe eyn dorphus edder eyne
ſchune buwen alſe dat in der ard wontlik is vppe dem hof , de to dem ghude hort,
vnd dat ſcholde ek vnd myne Eruen vnd wolden one gutliken ghelden vnd wedder-
gheuen , wen we on de vorſcreuene ghude wedder afkoften. Ok hebbe ek Henrik
van Wenden vorſcre mek vnd myne eruen *Ernſte Wriſtberghe* vnd ſynen Eruen den
„willen beholden by den erwerdighen dem Capittele Vruwen vnd Heren vorſcrev. dat
„we alle iar moghet de vorſcreuene ghude van on wedderkopen vor twehundert ghu-
„de vullewichtighe rynſche ghulden --- 1420. in den hilghen daghen tho Pa-
„ſchen.“

## 4. HAMTLEDE.

„Vann Godesgnadenn we Agnes geborne Forſtynne to Anhalt, Eptuſſche, *GHER-*
„*DRVDIS* geborn Grafynne to Reghenſteyn Proueſtynne, vnde gantze Capittel
„ffrauwen vnde Hern des frien eddelen vnde weerliken Stifftes to Gandershem dohn
„kunt vnde bekennen openbar myth duſſem vnſem vorſegelden breue vor vns , vnſe
„nakomen Eptdiſſchen vnde vort vor alſe weme ſo alſe vnſe vorfarn eptuſſchen vnnd
„Capittel in vorganghenen Iaren dem geſtrenghen vnde ernbaren *Elberde* van Hamt-
„lede ſeligher gedechtniſſe *vnſe ambecht vnd vogedye up dem fronhove to Kalcheym by dem*
„*Ryne* myth aller tobehoringhe to etliken Iaren vm benomede tints vorſchreven had-
„den, deſs wy denne em tor tyt van buwetes weghen vnde merer vorighen ſchulde,
„ſo dat de tintze van dem ambechte nicht upkemen dorch ſodan vnſſer vorfaren vnd
„capittels vorſchrevinghe , in mercklike ſchult by genanten *Elberde* gekomen woren,
„darumme hebbe wy dat vnder vnſs myt vorbedachtem mode truwelik beratslaghet
„vme vnſer ebdye vnde kerken beſtewillen to allen delen vnde ſodan vnſe ambecht
„vnde voigdye up dem fronhove to *kalcheym* myth aller vnd eyner igliken tobehorin-
„ghe pacht upkommyghe , herlicheyden vñ rechticheyden , alſe in vortyden hefft
„wontlik gheweſen vñ noch is, vtbeſcheden *dat kerklehn* darſulues, dat ſy in holte vel-
„de watere wiſſchen vnnde weyden bynnen vñ buten dem *hetoghdom tom Berghe* edder
„anders wo beleghen , nichtes uthbeſchedem, ſunder in aller geſtalt vñ forme , alse
„dat vormals de ehrgenante Elbert van Hamtlede vñ de Qwaden vñ andere vor one
„van unſen Vorfaren Eptuſſchem vnd vnſem capittel gehath hebbenn , der ernbaren
„vñ duchtighen Mechtelt , des genanten Elberdes van Hamptleden nagelaten Hus-
„fruwen,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fruwen, kracht, Iohannam Annam ſynen kinderen vñ ok dem kinde, dar de genom-"
de Mechtelt itſundes van des geñten Elberdes weghen mede ſwangher gheyt, wat"
kunne dat dat ſy, tho den viff lyven dede wertlick blyven vñ nicht gheiſtlik enwer-"
den, dewile dat der vif lyf welck am leuede is vñ nicht lengher vorſchreven vñ over-"
antwordet hebben, ſo dat ſe des gñten *ambechtes vn fogedye* - - ſcullen vn moghen"
gebruken to al orem beſten dat ſulffte ambecht vñ vogedye up dem fronhove in al-"
len wontliken buwe vn betterniſſe beholden, dat vormeren vn nicht mynneren vn"
vns, vnſen nakomen Eptuſſchen Proveſtynnen vn freuchen unvorhindert alle ierlikes"
up ſinte Philippi vñ Iacobi dach rauwelick geven vñ betalen in *der ſtadt to Soſt* in Wil-"
helm Andreas Hus edder inwoner des Huſes *ver vnde drittigh rinſcher gulden, io den*"
*gulden myt veir vnde twintich kolneſchen witten pennighen* tobetalende gheiſtlikes efte wert-"
likes gerichtes vnbekummert vñ darſulves van vns Epdiſſchen Proveſtynnen vn freu-"
chen wontlike quitancie entfanghen - - Anno domini milleſimo quadringenteſi-"
mo nonageſimo ſexto am daghe der hillighen drevoldigheit."

Nondum ſingulos miniſteriales ac vaſallos rite enumeratos eſſe, facile patet ex territorio, quod quondam eccleſiae Ganderſemenſi adhaeſit. Nam, quantum ex tabula IV geographica elucet, ex fundatione prima obtigerunt eccleſiae Ganderſemiamarcus, Alvungamarcus, Lutheriomarcus, Rudieramarcus, Lahtnadorpomarcus et Denctemarcus. Ex dono Odae acceſſit Wanzlebia cum ſeptem marcis. In Germarenemarcu Sophia Abbatiſſa Eſchwegam accepit. Bona Thuringica Ludovicus Saxo, Rex, donauit, nominatim in Duntſtedirnamarcha Tenſtedium vtrumque, et in pago Winidon praeter Erich, a Rege datum, poſthaec acceſſerunt *Suſſera*, *Belſtet*, *Weſtern Erich*, *Bliderſtet*, *Nienſtet*, *Wolferſchwend et Runſtet*. Vide Tab. III. geograph. Arnulphus Caeſar donauit bona in *Kalecheim*, *Crucht*, et partibus circumiectis ſita. Vide Tab. II. geograph. In Leingawi exſtiterunt varia eccleſiae praedia, in *Widerickshuſen* ſeu *Widechindeshuſen*, *Mackenrode*, *Retmarshuſe*, *Roleveshuſe*, *Hatticheshuſen*, *Angerſtein*, *Liudolveshuſen*, *Hammenſtede*, *Rosdorf*, *Lenglern*, *Harſte*, *Parnſen*, *Beranhuſen* et *Huckelhem*. In pago ſeu tractu Omfeld obuius eſt totus Comitatus Gebeldehuſen, ab vltimo Comite eccleſiae traditus. In Lisgowe *Forſte*, *Mitlingerode*, *Minnigerode*, *Elbingerode*, *Woldershuſen*, *Liudingeshuſen*, et *Walmodehuſen*. Totum pagum Budiſſin donauit vna cum imperiali immunitate Henricus II et complura addidit Henricus IV. Huc pertinent Guntersbergenſis ſilua, quae per Bennekenſteine et Haſelberge ad Regenſtein decurrit, caſtrum Bolfeld, vrbs et praefectura Elbingerode. In Hartega eminebant Derneburgum, Reddeber, Langeſtene, Langele, Schowen, Lochten, Evergodesrode et alia. Otto Illuſtris donauit bona ad Embecam, Bonnikeſſen, Osdageſſen, Sulbeke, Edemiſſem, Drubere et Hollenſtede. In Rittiga eminebant parochia Rittigerode, pagus Olexen, decima et parochia Immetheshuſana. Quis ignorat, Ganderſemenſi eccleſiae contributos fuiſſe hoſce tractus, Eriggawi, Wenzigawi, Augawi, Ganderſemigawi, Grenigawi, Frithenigawi, Spilbergawi, Empnegawi, Ommergawi et maximam partem in Ambergawi? Caſtellis igitur enituit eccleſia Ganderſemenſis diuerſis per hoſce tractus, Grene, Sehuſaburg, Schildberg, Dalem, Ippenſen, Vreden, et Aſſeburg. At quantum ex hiſce bonis eccleſia deperdidit?

---

# DISS. XI.
## DE
# AMORE LVDOLFIADVM IN COENOBIA.

Conſpectus ſeu ſumma.

§.1. *Praemonenda de cauſſis euentuum humanorum inquirendis.*
§.2. *Studium Ludolfiadarum, in exſtruendis coenobiis conſpicuum.*
§.3. *Cauſſae eius ſtudii variae generatim recenſentur.*